p ¶ Tempus. quia ibi tria tempora describuntur, vt visum est. q ¶ Ordo. qa ordinatè tempora & personæ in diuersis temporibus describuntur. r ¶ Numerus. quia sub certo numero, id est in trib⁹ quaterdenis comprehenduntur. s ¶ Dispositio uel ratio. quia rationabiliter disponuntur. t ¶ Quod fidei necessarium est. Hoc est dictum, ad hoc oĩa prędicta sic sunt ordinatè descripta, vt oñ datur quòd Christus est verus deus, quod credere necessarium est ad salutem: & quòd est verus homo. vnde subditur: v ¶ Quia factus est. quia onera legis voluit obseruare. Hoc autem accipiẽ de epistola ad Gal. iiij. x ¶ Passus in carne, omnia in cruce fixit. id est omnia peccata nostra in cruce destruxit. Et accipit hoc de epistola ad Col. ij. vbi dicitur sic: Delens quod aduersum nos erat chirographum decreti, id est obligationem ad pœnam inferni sed illum tulit de medio affigens illud cruci. Et est locutio metaphorica ad similitudinem illius qui destruit aliquam chartam vel obligationem, quia perforat eam vel corrumpit. sic Christus p̃ passionem suam illud decretum q̃ eram⁹ obligati gehennæ destruxit. Sequitur: y ¶ Vt triumphans ea in semetipso. i. deuincens in corpore proprio. z ¶ Resurgens in corpore. Ad euidentiam huius literæ considerandum, q̃ pater & filius correlatiue dicuntur: relatiua autem posita se ponunt, & perempta se perimunt. igitur quia Iudæi noluerunt recipere Christum, Abrahę & cęteris patribus promissum, ideo desierunt esse filij Abrahæ id est imitatores ipsius per fidem: & per consequens Abraham & cæteri p̃es desierunt esse patres eorum. Gentiles autem econuerso ad prędicationẽ apostolorũ receperũt fidem Christi: & ideo in loco Iudęorũ à fide Abrahæ recedentium facti sunt filij Abrahæ: & sic paternitas q̃ desierat esse in Abraham & cæteris patribus, restituta est per filiationẽ gentium, qui facti sunt imitatores eorum per fidem. Et econtrario sibi filiatio restituta est ipsis credentibus, restituta prædicta paternitate: quia hæc est natura correlatiuorum, vt dictum est. Et hoc est quod dicit Hiero. Resurgens in corpore. s. Christus, & præcipiens prædicare baptismum pœnitentiæ in omnes gentes factus est restituens. a ¶ Et pa. nomen in patrib⁹. s. antiquis. b ¶ Filio. hoc est ad honorem filij, quia hoc cedit ad honorem Christi.

D † Gal. 4. a.

a iij ✠ Et filij

E a ¶ Et filij nomen patri restituēs in filijs. i. in gentibus fidem recipientibus.
b ¶ Patri. hoc est ad honorem patris eterni. c ¶ Sine principio, sine fine. quia Christus secundum diuinitatem manet in æternum. d ¶ Ostendens unum deū se esse cum patre. per opera. s. diuinitatis quæ egit. quia propria operatio vniuſ cuiusque rei, ostēdit naturā ei⁹. e ¶ Quia unus est. i. deus qui ē pater & filius, ga nō sunt duo dij, sed vnus deus. f ¶ In quo euange. Hęc est quarta pars hujus prologi: in qua ostenditur vtilitas huius euāgelij Matthæi. & prīò ostenditur ista vtilitas in generali respectu omnium fidelium secundò, verò ostenditur in speciali, quātū ab btūm Hiero. ibi: Nobis enim in hoc, &c. In prima ergo parte ostēditur vtilitas q̄tum ad quatuor: ga illi q legūt hoc euāgelium perfectè possunt perpendere misericordiam dei in vocatione Matthęi ad statum apostolicum, & diligentiam apli in scribendo euangelium, & dilectionem dei ex qua voluit incarnari, & perfectionē humanam quæ est in coniunctione ad deum per fruitionem, qui voluit sibi naturā humanam coniungere per ipsius assumptionem, & hoc est quod dicit, In quo euangelio utile est desiderantib⁹ deum. i. notitiā dei. g ¶ Sic prima uel media. i. principium, medium & finē hui⁹ F euangelij, in quo consistit perfectio.
h ¶ Vt & intelligāt uocationē apo. in quo consistit perfectio: quia de hoc fit ibi mentio. i ¶ Et opus euangelij. qđ ipse descripsit fideliter. k ¶ Et dilectionem dei in carne na. quia ex dilectione voluit incarnari. Sequitur: l ¶ In quo apprehensi sunt. i. ad hoc vtile est euangelium hoc, vt legentes ipsum. m ¶ Recognoscāt in eo. i. in Christo esse, supple id: In quo reprehensi sunt & apprehendere appetunt ipsam diuinitatem, cui natura nostra coniuncta est in Christo in vnitate suppositi per incarnationem, & quā apprehendere quærimus per fruitionem. Et accipitur ibi iste modus loquendi de epistola ad Phil. iij. c. vbi dicit sic Apostolus: Sequor autem si quo modo apprehēdam, in quo & comprehēsus sū. m ¶ Nobis enim. Hīc tangitur motiuum Hieronymi ad transferendum seu exponendum Matthæi euangelium, scilicet vt traderet certitudinem rei gestæ in euangelio Matthęi, vbi ostenditur vera diuinitas & vera humanitas Iesu Christi. & hoc est quod dicit: Nobis enim. id est rationis motiuæ, quia argumentum quædam ratio est.
n ¶ In hoc studio. id est ad studendum in hoc euangelio transferendo & exponēdo. o ¶ Et fidem. & pro id est certitudinem. p ¶ Factæ rei tradere. id est gestorum Christi, & non tacere, sed magis supple declarare. q ¶ Quærentibus i. scire volentibus. r ¶ Dispositionem dei operantis in carne. scilicet assumpta. s ¶ Intelligendum esse diligenter. hoc est cum magna diligentia & studio, quia talibus reuelatur euangelij intelligētia, secundum quod dicitur infra. vij. c. Querite & inuenietis, pulsate & aperiat vobis.

*Expositio Nico. de Ly. in prologum euange. secundum Matthæum.*

MAtthæus cum primò prædicasset euangelium. Prologus iste diuiditur in duas ptes: ga primò scri-

a b & filij nomen patri restituens in fi-
c d lijs, sine principio, sine fine, ostēdens
e se unum cum patre esse, quia † u-
f nus est. In quo euangelio utile est
a ¶ Historialia
g desiderantibus deum sic primā uel
a ¶ Allegorica, b ¶ Moralia.
h media uel perfecta cognoscere, ut
i & uocationē apostoli, & opus euan
k gelij, & dilectionem dei in carne na
scentis per uniuersa legentes intelli
l gant, atq; id in eo in quo apprehen
m si sunt & apprehendere expetunt,
recognoscant. Nobis enim hoc in
n o studio argumenti fuit, & fidem fa
ctæ rei tradere, & operantis dei in
q r s telligendam diligenter † esse dispo
sitionem quærentibus non tacere.

*Prologus in Matthæum.*

t MAtthæus cùm primò prædicasset euāgelium in Iudæa, uolēs transire ad Gentes, primus euangelium scripsit Hebraicè: quod fratribus à quibus ibat, ad memoriam reliquit. Sicut enim necesse fuit ad confirmationem fidei euangelium prædicare, sic & contra hæreticos scribi. x Cùm autem plures euangelium scripserint, quatuor tantum habent autoritatis testimonium: quia per quatuor mundi partes fidem nunciant trinitatis, & sunt quasi quatuor rotæ in quadriga domini, quæ uehit eum per prędicationem euāgelij, & genus humanum quadrifida morte peremptum eorum erat prædicatione uiuificandū: unde & aliorum euangelia deciderunt, nec recepta sunt: quia nolebant præfinitum numerum cassari propter uirtutem sacramenti. Designantur etiam euangelistæ quatuor figuris, quę nō sunt deceptoriæ, sed iucundi mysterij sibi consciæ. Matthæus in homine intelligitur, quia circa humanitatē Christi principaliter immoratur. Marcus in leone, quia agit de resurrectione: Lucas in uitulo agens de sacerdotio. Iohannes in aquila scribens sacramenta diuinitatis. Christus uerò quem describunt, homo fuit de uirgine natus: uitulus in immolatione, leo in resurrectiōe, aquila in ascensione. Vel in homine humanitas, in uitulo sacerdotium, in leone regnum, in aquila exprimitur diuinitatis sacramentum,

mò scriptor huius euangelij manifestatur, G
secundò sui euangelij autoritas declaratur
ibi: Cum autem plures. In prima parte oñ
ditur quando scripsit, quia primus inter † vnum
alios euangelistas. Vbi scripsit: Quia i Iu
dęa. Qualiter scripsit: quia Hebraicè. Qua
re scripsit: vt veritas euangelij certa mane
ret apud credentes. in Iudæa à quibus rece
debat, volens prædicare gentilibus Iudęis
pro maiori parte in infidelitate obstinatis
hoc enim fuerat eis præceptum à domio
secundum quod dicitur Actu. xiij. g. Vo
bis autem oportebat primum loqui ver
bum dei: sed quoniam repulistis illud, &
vos indignos iudicastis æternæ vitæ, ecce
conuertimur ad gentes: sic enim præcepit
nobis deus. Hac igitur de causa Matthęus
volens transire ad conuersiōem gētilium
scripsit fidelibus in Iudæa remanentibus
euangelium, vt illuc concurrerent pro cer
ta regula ad euitandum errores hæretico
rum insurgentium, & hoc est quod subdi ► esse
tur: v ¶ Sicut enim necesse fuit ad cō
firmatio. fidei euangelium prædic.
prædicatione scilicet confirmata euidenti
bus signis, vt dicitur Marci vlti. x ¶ Sic
& contra hæreticos scribi. vt cessantibus miraculis possemus recurrere ad doctrīam euangelicam doctrinis & miracul⁹
confirmatam, sicut ad regulam certam hę
reses insurgentes confutantem. y ¶ Cū
autem plures euangelium scripserint. Hīc ostenditur euangelium Matthęi
autenticum. Et primò ostenditur quod dictum est. Secundò declaratur quoddam
ibi positum, ibi: Designantur. In prīa par H
te dicitur sic, quòd plures scripserunt euāgelium. Et aliqui scripserunt sub nomine
apostolorum & discipulorum Christi, immiscentes eidem falsitates, vt facilius sub
nomine apostolorum fideles deciperentur. Et ad euitandum quatuor euangelia
quorum scriptores sunt certi & noti, sunt
ab ecclesia recepta & approbata. Et hoc rationabiliter. quia numerus quaternarius
euangeliorum fuit prefiguratus Ezechielis. j. vt prędictum est. Sunt enim euangelistæ quasi quatuor rotæ in quadriga domini, quibus portatur fides Christi per totum mundum: Similiter genus humanū
quadruplici morte fuit peremptū in trāsgressione Adæ. Primò morte culpę, secūdò morte naturę: ga p hoc icurrim⁹ necessitatem moriendi. tertiò morte gehennæ,
quia ex hoc omnes descendebant ad limbum vsque ad liberationem per Christū
factam. Quartò morte ciuilis pœnæ. Est
enim mors ciuilis seruitus vel exilium per
quæ scinditur alī quis à communitate. Per
peccatum autem gen⁹ humanum erat ei
ctum à ciuitate cælesti & subditum seruituti diaboli. igitur conueniens fuit numerus quaternarius euangeliorum, quia per
ipsorum prędicationem genus humanū
quadrifida morte peremptum & viuificādum designatur. z ¶ Designantur eti
am euangelistæ quatuor figuris q̄
non sunt deceptoriæ, sed iucūdi mysterij sibi consciæ. Matthæus in homine intelligitur, quia circa humanitatē Christi principaliter immor.
Hīc declaratur quoddam dictum, videlicet qualiter euangelia prędicta fuerunt p̄figurata Ezechielis. j. Et patet ex prędictis
qualiter in quatuor faciebus significantur
quatuor euangelistæ. Et sic patet textus.

*Incipit euangelium secundum Matthæum.*

LIber generationis. Hiero. Hebrei voluminib⁹ suis à principijs nomē iponūr, vt liber Geneſis ex ſuo principio noiatur, vbi dicit: Liber generationis Adę: & hę ſunt generatiões cæli & terrę. Qui liber principiū ē veteris Teſtamēti, ſcd'm qd' i principio noui dr. Liber generationis Iesu Christi: quāuis in hoc ſit pua pars libri: ſed ſic nouū Teſtamētū cōſonat veteri. Et ſicut vet⁹ carnali ꝓponit Iſraeli, ita nouū ſpūali: & vtriuſq; vn⁹ & idē autor oñdit. Plenior ſenſus eēt: Hic eſt liber gnātiōis: ſed hic mos eſt in multis, maxīe in ꝓphetis, vt viſio Iſaię, ſubaudis, hęc ē. ¶ Hiero. Ra. In principio ſatis declarat ſe agere de hūanitate Chriſti, cū incipiat à carnali gnatiōe. ¶ Hiero. Generatiōis ſingulariter dicit, cui⁹ multi ꝓ ordinē replicētur, qa venius tm̄ Chriſti gnatio quęrit, ꝓpter quā cęteræ hīc inducūtur. Non diuinā, ꝓponit narrare generationē, qd' impoſsibile eſt, vt Iſaias ait: Generationē ei⁹ qs enarrabit? ſed hūanā, cui⁹ uis & hęc ex magna pte ſit inenarrabilis. Sed illa tota inenarrabilis eſt: qa etſi dicit filij⁹ à patre genit⁹, tamē qualit, nec apoſtol⁹, nec ꝓpheta nouit, nec angelus. b ¶ Ie. Chri. Idē Saluatoris non ꝓditoris, quod fuit Adam. Chriſtus ipe ē q & Meſsias. Iō hoc nomīe retūdit Iudæorum infidelitas, q Meſsiā, id eſt regē ſuū nondū veniſſe ariolātur Hūc verō eſſe Chriſtū cōſequēter ſic, ꝓbat euāgeliſta. quoniā hic ē q de patriarcharū & regū ſtirpe progenit⁹, de virgine mirabiliter eſt editus, ſicut eiſdē fuerat ante ꝓmiſſus. Ieſu Chriſti. vt pregiā & ſacerdotalē pſonā natura dei & hominis mōſtrarēt. Olim Ieſus rector typicē nūc eſſentialit, ſecūdū q de⁹ potēs ſaluare. Chriſtus nomē officij eſt, non naturę: qa vnctus eſt in ſacerdotē ad inpellandū ꝓ nobis, qui bene in terrā promiſsionis inducit. c ¶ Filij Da. fi. Abr. Ordo prꝑposterus ne prꝑmiſso Abrahā generatiōis cōtextio interrūperet. Hor⁹ duor⁹, ſpecialiter dicit filius, qa vnus primus inter patriarchas, alter inter reges ad quos facta eſt de Chriſto, ꝓmiſſio, vt Iudeis Chriſtū ex lege vētur⁹ apiret, in q̄ viderent vaticinia ipleri. ¶ Fi. Da. fi. Abra. Hos duos de oib⁹ elegit q̄rū filius dr Chriſt⁹, vt Iudęis quib⁹ ſcribit, ſciētib⁹ ex lege Chriſtū vēturū, appareret hic eē q diu erat, ꝓmiſſus, i q̄ videret ipleri oīa vaticinia. his em̄ ſolis in veteri Teſtamēto legit facta, ꝓmiſsio. Abrahæ, In ſemine tuo benedicētur oēs gētes. Cui conſonat Dauid: Benedicētur in ipo oēs trib⁹ terræ. vū Zacharias: hoc eſt, ſubaudis: Iuſiurādū qd' iurauit ad Abrahā patrē noſtrū daturū ſe nobis Dauid aūt: Iurauit dñs Dauid ỹ itatē & nō fruſtrabit eū: de fructu vētris tui ponā ſup ſedē tuā. Itē, Semel iurauī i ſcō meo. ſ. Chriſto ſemē ei⁹ in ęternū manebit, & thron⁹ ei⁹ ſicut ſol in cōſpectu meo &c. Quę nullaten⁹ de Salomone accipi poſſunt, ſed de Chriſto ex Dauid orto. Itē in libro verbor⁹ dierū: Cū dormieris cū patribus tuis dabo ſemē tuū poſt te: qd' nullatenus de Salomōe dicit: q viuo patre cępit regnare, ſed de Chriſto. vñ Hieremiæ: Suſcitabo Dauid germē iuſtum, & regnabit rex, & ſapiens erit. ¶ Abraham & Dauid ſunt duę colūnę verſantes in lege q̄ſi in veſtibulo ante oſtiū qd' eſt Chriſt⁹; q̄s ambit funiculis duodecim cubitorum, i. fides apoſtolorū. Amplectit hos in genealogia patres, de quorū medio oſtium Chriſtus aperit credentibus. d ¶ Abra. genuit Iſaac: Iſaac aūt genuit Iacob. Ab eo congruē ſit generationis exordium, cui promiſſus eſt primū, in quo eſt bñdictio oīm. ¶ Matthæus generationē incipit ab exordio promiſsionis. Et etiam vſq; in finē libri hæc agitur, vt qui ex hac generatione natus eſt, deus & homo intelligat. ¶ Ab inuitio ab eo cui primū facta eſt, ꝓmiſsio fidei incipit, vt in hoc patre diſcāt cui primū facta eſt promiſsio, qui ē quales eſſe debeant, qui volunt in eius ſemine benedici. Matthæus generationem deſcendendo incipit vel computat: quia hu- manitatem

*Incipit Euangelium ſecundum Matthæum.*



CAPVT I.

¶ Liber. apotheca gratiæ in qua omnis anima quod neceſſe habet inuenitat.

LIBER GENERA- a b
a ¶ Saluatoris non perditoris
tionis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij c d
b c a ¶ Cui promiſſum eſt: in ſemine tuo be. om gen. & Chriſtus eſt ſemen illud in hoc gentes quarūt benedici. b ¶ Fides. c ¶ Spes.
d Abrahām. † Abrahām genuit Iſaac. e

Iſa.53.c. †Lucę.3.c. Iohan.1.a. †Geñ.22.a. 1.Pa.1.b. Geñ.25.d. Iesus Christus Geñ.22.d. Pſal.71.d. Lucę.1.g. Pſal.131.b. Ibi.88.c. 1.Pa.17.b. Hier.63.a.

C

determīat de redēptiõe nr̄a facta per ip̄m. q̄ incipit in medio q̄rti capl̄i, ibi: Cum audiſſet Ieſus q̄ Iohānes tradit⁹ eſſet. Iterū prima diuidit in q̄tuor ſcd'm q̄ q̄druplicit declarat Chriſtū verū deū & verū hoīem. Prio em̄ declarat hoc teſtimonio ãgelico & ꝓphetico. Scd'o, ex illuſtratiõe cæleſti & venerationē regali. Tertiò ex p̄dicatiõe Iohānis & teſtificatione dei patris. Quartò ex dęmonis tentatiõe, & ſãctorū angelorū obſequio & venerationē. Scd'a incipit capl̄o ſequēti. Tertia tertio, & q̄rta quarto. Pria adhuc in duas: qa primò oſtēdit veritatem hūanæ naturę, ei⁹ genealogiā deſcribēdo. Scd'o ỹ itatem diuinę naturę & modū ſuę conceptiõis mirabilem oſtēdēdo, ibi: Chriſti aūt generatio. Prima adhuc diuidit in tres, quia in deſcribendo genealogiam Chriſti prꝑmittit q̄ndam ꝓlogū ſeu p̄fationem. Scd'o ponit eiuſdē genealogię deſcriptionē, ibi: Abrahā. Tertiò genealogiæ deſcriptę recapitulationē, ibi: Oēs ergo gnationes. In pria ergo pte intitulat librū ſuū, à Chriſti gnatiõe, dicēs: Liber generatiõis: qa ſcripſit Hebraice, vt viſū eſt. Modus aūt Hebrę̄or⁹ eſt denoīare libros ab eo de q̄ tractat̄ i principio, ſicut dr liber Gen. qa i principio tractatur de creatiõe mundi. Siſr Matthęus, q̄ incipit euāgeliū à genealogia Chriſti, iō ab ipſo denoiat ſeu ītitulat ipſū. Rō aūt q̄re icipit à genealogia Chriſti hæc fuit, qa Iudæi negabāt Ieſū Nazarenū eē ver⁹ Chriſtū, & deſcēdiſſe à Dauid, qa Galilę⁹ erat ſcd'm qd' dr Ioh. vij. Nūqd à Galiłea venit Chriſt⁹? q. d. n. Iō ſubdit: Nōne ſcriptura dicit: Quia ex ſemine Dauid & Bethleē caſtello, vbi erat Dauid venit Chriſt⁹? q̄ſi dicāt, Sic. & iō ex hoc volebāt falſe cōcludere, q̄ nō eēt ỹ è Chriſt⁹ nec ex ſemīe Dauid. Hūc ergo errorē volēs Matthę⁹ excludere i principio euāgeliį ſui oñdit ipſū à Dauid deſcēdētē p ipſi⁹ genealogiam: Oñdit etiā eū in Bethleē natū, vt patet i principio ſeq̄ntis capit. Cū natus eſſet Ieſus in Bethleē Iudæ: licet fuerit i Calilæa cōcept⁹ & nutritus. In deſcribendo aūt genealogiam ponit duas partes tanq̄ radices, videlicet Dauid & Abrahā: qa ad iſtos eſt facta ſpecialiter ꝓmiſſio de Chriſto. Itē qa Dauid fuit prīcipalis iter reges, Abrahā inter patriarchas. Chriſt⁹ aūt debebat deſcēdere ex patriarchis & regibus. Prꝑponit aūt Dauid ipſi Abrahā: licet ſit poſterior ſecūdū tp̄s, ꝓpter eminētiā regię dignitatis, & iterū vt cōuenientius generationis ordo texat: qa ſic à radice vltimo noīata inchoat. Dicit ergo: a ¶ Liber genera. ſupplēdū eſt. Hīc eſt liber ſcd'm modū Hebræorū, vbi cōmuniter fit talis ſuppletio, vt patet Iſa. j. Viſio Iſaię filij Amos, ſubintelligit, hæc eſt. Et eodem modo i pluribus alīs locis. b ¶ Genera. ſ. tēporalis, qa gnationē Chriſti æternā deſcribit Iohānes i principio euāgeliį ſui. c ¶ Ieſu Chri. Ieſus nomē eſt pſonæ, Chriſtus, nomē naturæ. Significat em̄ duplicē naturā i vno ſuppoſito, ſ. diuinā & hūanā. d ¶ Filij Dauid, filij Abra. Hoc eſt intelligēdū ſcd'm naturā hūanā tm̄. Vñ dicit Apoſtolus ad Roma. j. a. Qui fact⁹ eſt ei ex ſemine Dauid ſcd'm carnē. e ¶ Abrahā ge. Hīc icipit Chriſti genealogiā narrare. Et diuidit i tres ptes ſecūdū tres q̄terdenas q̄s ponit i iſta genealogia. Pria icipit ab Abrahā, & terminat i Dauid incluſiuē. Secūda à Dauid excluſiuē, & termīatur i Iechoniam filium Ioſiæ incluſiuē. Et tertia incipit à Iechonia filio prædicti

Moraliter. a ¶ Liber generationis Ieſu Chriſti filij &c. Omnes itaq; generationes ab Abraham uſq; ad Dauid generationes quatuorde. Chriſti genealogia deſcribitur hīc p tres quaterdenas generationum: Quarum aliquæ fuerunt ante legem datam Moyſi, & aliquæ tempore legis datę. & vltima. ſ. generatio Chriſti tempore gratiæ, quod incœpit ab eius conceptione. Et p hoc ſignatur q̄ aliqui temporibus iſtis tribus ſaluati ſunt per fidem Chriſti. Vnde dicit Saluator Ioh. viij. g. Abraham pater veſter exultauit, vt videret diem meum: vidit, & gauiſus eſt. Item in quaterdena ſunt duo numeri ſcilicet denarius & quaternarius. Per denarium verò, ſignatur impletio decalogi. Per quaternarium, impletio euangeliį quadrupliciter deſcripti. Per ternarium verò ſanctæ trinitatis myſterium. Per iſtos igitur numeros in genealogia Chriſti contentos myſticè ſignatur quòd per obſeruationem decalogi in fide trinitatis Chriſtus qui ſol eſt iuſticiæ per ſpiritualem

Moraliter

*Incipit poſtil Nicolai de Ly. ſuper Matthæum.*

Liber gene. Ie. Chri. Euāgeliū ſcd'm Matthęū Cap. I diuiditur in duas partes, quia primò ſtabilit ſubiectum ſuum

Diuiſio

a v illuminationem

manitatē Christi ostēdit, ꝙ quam deus ad homines descendit. Lucas ascendendo referens formam sacramenti aperit. A baptismo enim incipiens vsque ad deum ascendit, ostendens baptizatos ascendere ad hoc, vt sint filij dei. a ¶Genuit. Matthæus ponit, genuit: qui naturæ filios tantum numerat. Lucas: Qui fuit: qui aliquos secundū legē vel per adoptionem filios interponit. Matthæus ponit: genuit, & non generauit: forsitan vt ille cognosceretur in fine ostensus, de quo dicit: Ego hodie genui, &c. b ¶Iudam & fratres. Ideo solus Iudas nominatim ex primitur, vt eum cognosceres qui ex eius stirpe fuerat promissus. ¶ Fratres Iudæ memorat prætermissis fratribus Isaac & Iacob, quia illi à populo dei quasi alieni sunt repulsi: hi velut hæredes in libro vitæ scripti, & quasi patriarchæ duodecim, in quib⁹ & numerus apostolorum signatur. Sed nominatim non exprimunt, ne vltra numerum sacramenti generatio extendatur. ¶In semine prædictorū patrū Christ⁹ ītrauit in Aegyptū: qđ prefagiēs inimicus populū premebat, & nō fœminas sed mares interimebat, vt eum extingueret. ¶De Iuda Christus quē omnes gentes susceperūt: quo veniente iam Herodes alienigena principabatur. c ¶Iudas au. Iudas genuit Phares & Zarā antecē intraret Aegyptū, in quā ambo postea cū patre trāsierūt. Zara cū de vtero prēmisit manū, obstetrix coccino ligauit dicēs: hic prior egredietur. illo manū retrahente alter exiuit. Cui obstetrix: Quare ꝑpter te diuisa est macheria? Vñ & Phares. i. diuisio dictus ē, significēs illū qui segregabit oues ab hedis: & statuet oues quidē à dextris: hædos autem à sinistris.

d ¶Phares aūt genuit Esrom. In Aegypto genuit Phares Esrom, & Esrō Aram, & Arā Aminadab, & Aminadab Naason: & tūc Moyses eduxit eos de Aegypto. Naason fuit dux sub Moyse in tribu Iuda per desertū, in quo genuit Salmon. Iste Salmon fuit princeps in tribu Iuda, qui cū Iosue in terrā promissionis intrauit Iste Salmon in terra promissionis genuit Booz de Raab. ¶ Christus est Phares, id est diuisio, quia separabit oues ab hedis. Ipse est Esrom, id est sagitta vel atrium, quia penetrat corda auditorum. Habet etiā latitudinem charitatis, qua & inimicos dilexit. e ¶ Aram autem genuit. Aram Christus electus vel excelsus interpretatur: Electus de quo prophetæ: Ecce puer meus quem elegi. Et alibi: Excelsus super omnes gentes dominus. Ipse est Aminadab id est voluntarius, qui dicit: Voluntariē sacrificabo tibi. Idem est Naason, id est augurio, q nouit prēterita prēsentia & futura Vel Naason serpentinus, quia Christ⁹ more serpētis oēs cauit insidias.

☞ Salmon

Pſal.2.b. Genē.38.d. Iſa.5.c. Oseæ.11.a. Pſal.112.a. Ibidē.53.b.

¶Spes. ¶Charitas.

a Isaac autem genuit Iacob. † Iacob autem genuit Iudam & fratres e[ius]

a ¶Confessio. ¶Iudas confitens: & de Christo dicitur: Confitebor tibi pater cæli & terræ. b ¶Diuisio.

c ius. † Iudas autem genuit Phares

¶Oriens. ¶Amaritudo. ¶Diuisio.

d & Zaram de Thamar. Phares autē

¶Sagitta vel arcus.

genuit Esrom. Esrom autem ge[nuit]

¶Christus electus vel excelsus.

e nuit Aram. Aram autem genuit

¶Spontaneus vel voluntarius.

Aminadab. Aminadab autē genuit

¶Augurium vel serpentinus. ¶Iste fuit princeps tribus Iuda.

Naason. Naason autem genuit Sal[mon]

## *Nicolaus de Lyra.*

ꝛ filio prædicti Iechoniæ inclusiuē, vt videbitur. & terminat in Christum inclusiuē. Secunda pars incipit ibi: Dauid autem. Tertia ibi: Et post transmigrationem Babylonis. In prima ergo procedit sic: Abraham genuit Isaac. Non facit mentionem de Ismaele qui fuit filius Abraham: quia per ipsum nō descendit Christus: sed per Isaac erat promissus eius aduentus, secundum qđ scribitur Genesis. xxj. a. In Isaac vocabitur tibi semen. Et eadem ratione non fit mentio de Esau, cum subditur: a ¶Isaac autem genuit Iacob. Quia antequam essent nati, Iacob fuit à deo dilectus, vt per ipsum descenderet Christus, vt habetur Malachiæ primo, a. Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Considerandum igitur, ꝙ hic describitur genealogia Christi descendendo: quia Matthæus voluit ostendere assumptionem infirmitatis nostræ à deo, vt dicit Augustinus de concordia euangelistarum. Econtrario autem Lucas describit eā ascendendo, quia volebat ostendere reductionem hūanę nature in deū, & ideo incipit genealogiā Christi post baptismum, quia post baptismum reducimur in deum. Sequitur: b ¶Iacob aūt genuit Iudam & fratres eius. Licet aūt Christus de Iuda descenderit, tamē fratres ei⁹ cū eo noiant, quia fuerūt patres populi Israelitici, & ab eis duodecim tribus Israel nominātur. Sequitur. c ¶Iudas autem genuit Phares & Zarā de Thamar. Hiero. autem reddens rationem quare ista Thamar exprimitur, sic dicit: Norandū in genealogia Saluatoris nullam sanctarū mulierū assumi, sed eas tātū quas scriptura reprehendit: vt q propter peccatores venerat, de peccatricibus nascens omniū peccata deleret. vñ & ī cōsequēt⁹ Raab meretrix & Ruth Moabitis ponit & Bethsabeę vxor Vrię. Hęc hieronymus. Sed istud non videtur ꝑbabiliter dictū, quia ipse ibidem dicit ꝙ propter hoc reges tres de genealogia Christi tolluntur. s. Ochozias, Ioas, Amasias: quia Ioram miscuerat se filię impīssimę Iezabelis, idēo filij eius vsq; ad quartā generationē de genealogia Christi tollūtur: ergo nō est ꝑbabile ꝙ ꝑpter pctm̄ in Christi genealogia noīa mulierū exprimūtur. Itē ꝙ dicit ibi nullā sctām mulierē positā in genealogia Christi, patet falsum de Maria matre Christi, quę sanctissima est & fuit. Item ꝙ dicit Raab & Ruth ibi expressas propter pctm̄, nō videtur verū, imo propter virtutis actū. De Raab enim scribit ꝙ ꝑpter virtutē susceptt exploratores Israel & eos saluauit, vt patet Iosue. ij. ꝑpter qđ ponit in Catalogo illorū qui ex fide fecerūt notabilē actū, vt hī ad Heb. xj. Quòd aūt dē meretrix nō obstat: qa hoc erat tm̄ ipsi⁹ cognomē & iō nō oportuit ꝙ eēt talis scd'm rē: Sicut aliqn ecōtrario aliqs pauper rusticꝰ cognoiat noie regis, vt Petr⁹ rex vſhmōi. Hebrei ēt dicūt hospitatricē, vbi nos habem⁹ meretricē, vt dixi pleni⁹ Ios. ij. ca. Similiter quod dicit de Ruth Moabitide, ꝙ eam scriptura reprehēdit, nō videtur verū immo magis eam commendat. Tum qa socrui suæ fideliter adhæserat: tum quia electa gentilitate fidem vnius dei suscepit, vt habetur Ruth. j. cap. Tum quia in viduitate castē vixit, vt dicitur Ruth. iij. ex verbis Booz ad ipsam: Benedicta es filia à domino, & priorem misericordiam posteriore superasti, quia non es sequut, p iuuenes, pauperes seu diuites. Tum quia fuit optimæ famę. Vnde ibidem subditur: Scit omnis populus qui habitat inter vrbis meæ portas, mulierē te esse virtutis. Salua igitur beati Hiero. & meliori sentētia, videt ꝙ melius potest dici, ꝙ mulieres istæ hīc sunt expressæ, quia fuerūt viris suis ex quib⁹ conceperūt accidētaliter cōiūctę. Istę aūt quę fuerūt primę & principales, siue bonę siue malę nō exprimunt, sed sufficit expresio viri, quia vir & vxor pro vna psona cōputantur. Quòd aut prædictæ mulieres fuerunt accidentaliter coniunctæ, patet ex textu Bibliæ, quod omitto causa prolixitatis vitādę. Nec debet aliquis moueri, si ego recedo in hoc à dictis Hieronymi: qa dicta sanctorum non sunt tantæ autoritatis, quin liceat sentire cōtrarium in his quę non sunt per sacram scripturam determinata. vnde dicit Augustinus, in epistola ad Vicentium de scripturis sanctorum doctorum. Hoc genus scripturarum à canonicis scripturis distinguendum est: Non enim ex eis sic testimonia proferunt, vt contrarium sentire non liceat. Sequitur: d ¶Pha. au. genuit Esrom. Iste Phares cum Iuda patre suo & Iacob auo suo descendit in Aegyptum, & ibi genuit Esrom, & Esrom Aram, & Aram Aminadab, & Aminadab Naason. Iste autem Naason cū patre suo exiit de Aegypto: & ideo fuit princeps in tribu Iuda in deserto post patrem suum. Quòd enim iste Aminadab fuit princeps tribus Iudę in exitu de Aegypto, habetur Cāt. vj. d. vbi dicitur: Anima mea turbauit me propter quadrigas Aminadab. Ad cuius euidentiam considerādū ꝙ liber Cāticorū scd'm doctores Hebręos est de deo & ecclesia Israel educta per ipsum de Aegypto. In exitu Israel de Aegypto dñs fecerat viam p medium maris rubri, & aquę ex vtraq; ꝑte erāt altæ ad modū muri, sicut habetur Exo. xiiij. & ideo filij Israel timebant intrare. Iste Aminadab princeps tribus Iudæ cum tribu sua primus intrauit post Moysen, & ex hoc tribus Iuda dignitatem regni meruit. Et ideo dicitur: Anima mea turbauit me &c. quia filij Israel videntes Aminadab præcedētē cū curribus suis, admirati sunt propter eius audaciā, & sequuti sunt eū: igitur post ipm̄ Aminadab filius eius Naason fuit princeps tribus Iudæ in deserto, vt dicitur Nu. j. ca. e ¶Naason autem genuit Salmon: Salmon autē genuit Booz de Raab. Hīc est vnum dubiū, quō ista Raab quę erat de genere Chananęoꝝ, fuit coniuncta ipsi Salmon in matrimonium, quia erat prohibitum

Lyræ opinio alia ab opinione Hiero.

Deuteronomij. vij. c. Iosue. ij. c. Hebr. xj. c. Iacob. ij. c. Ruth. j. c. Ruth. iij. c. Ruth. j. cap. Cāt. vj. d. Exo. xiiij. Nu. j. ca.

Doctorum scripta quę autoritatē habeant

ꝛ filiis Israel

✻ illuminationem oritur in nobis. ij. Petri. j. d. Habemus firmiorem propheticum sermonem cui benefacitis attendentes quasi lucenti i caliginoso loco, donec dies illucescat, & Lucifer oriatur in cordibus vestris. Item tres quaterdenæ faciunt quadragintaduas generationes per quas peruenimus ad Christum qui promissus est nobis in prēmium, sicut filij Israel per quadragintaduas mānsiones venerunt ad terram sibi promissam. Christi autem generatio sic erat &c. Per hoc autem ꝙ Christus conceptus & formatus fuit in vtero virginali per operationem spiritussancti, signatur ꝙ spiritualiē cōcipit & formaī in mente pura ope spūssti, Gal. iij. c. Filioli mei ꝙs ego iterū parturio, donec formet Christ⁹ in vobis.

Moraliter

✻ Ioseph autem

¶ Sensibilis. ¶ Fortis.

a mon . Salmon autem genuit Booz
¶ Latitudo. ¶ Raab Hebraice, Racuab Græce.
c de Raab †Booz ā genuit Obeth ex
a ¶ Festinans. b ¶ Christus, seruiens vel seruitus: quia non venit ministrari, sed ministrare. c ¶ Incendium vel incensum. ¶ Christus est sacrificium vel incensum qui pro nobis hostia factus est.
d Ruth . Obēth aūt genuit Ieſſe: Ieſſe b c
a ¶ Manu fortis vel aspectu desiderabilis.
f autem genuit Dauid regem: Dauid d
aūt rex genuit Salomonē ex ea quæ e
g fuit Vriæ . Salomon autem genuit
¶ Latitudo populi.
i Roboā: Roboam aūt genuit Abiā:
¶ Pater dominus. ¶ Attollens.
k Abia aūt genuit Aſa: Aſa autē ge-
l nuit Ioſaphat : Ioſaphat autem
¶ Excelsus.
m genuit Ioram: Ioram autem genuit f

Ioſ.2.a. a ¶ Salmon aūt genuit Booz. Christus est Salmon.i. sensibi-
A lis,qa oīa sentit,ipse accipit Raab.i.ecclesiam de Gētib⁹. Raab,fa-
mes vel beatitudo vel impet⁹: qa eccl'a Gentiū esurit & sitit iu-
sticā,& dilatata p orbē terrarū ipetu doctrinę Philosophos & re-
ges cōuertit. Raab ostēdit coccinū in fenestra.i.in ore p cōfessionē
Christi passionē declarat. Raab meretrix
quę nuncios Ioſue suscepit,quā salmon
princeps trib⁹ Iudę sibi copulauit,signi-
ficat ecclesiā de Gētib⁹,quę pricipi ex Iu
† Ruth.4. da.i. Christo copulat. Et sola cū suis sal-
d. uat,dū Iericho.i.pńs seculū septē muris
1.Cor.15.g victorū vallatū,septē dierū tpe tubis prę
dicationū circūuallat,donec in nouissia
tuba oēs muri corruāt,& nouissia mors
Isa.40.c. destruat. b ¶ Booz aūt. Booz Christ⁹.
Infames p De q̄ dicit: Dns in fortitudie veniet. Bo
onę in ge oz de. Nota nullā de sctis fœminis ī ge-
nealogia nealogia Christi assumi,sed q̄s scriptura
Christi an- reprehēdit. Debuit em̄ de pctōrib⁹ na-
numeran- sci,q p pctōribus venerat,vt discerēt sui
tur, & q̄re pctā patrū sibi nō obesse. Vñ agnus in
Exo.12.a. Pascha imolandⁿ iussus est assumi ex ca-
Historia pris & ouib⁹.i.ex iustis & pctōrib⁹ gene
rād⁹. ¶ Hihoria. Elimelech fuit de tribu
Booz,& vxor ei⁹ Noemi q cū vxore sua
iuit ad Moabitas, vbi filij sui duxerūt v-
xores: sed mortuo pre & filijs sine semie,
Ruth cum Noemi socru sua venit in Iudæam & genuit ex ea Bo
Isa.16.a. oz,Obeth.c ¶ Ex Ruth. Moabitide,vt ostendat impletum va
ticinium Isaiæ: Emitte agnum domine dominatorem terræ. Per
hanc semen Abrahæ ad Christum deducitur. Ecclesia de Gentib⁹
per Ruth significata,priusquā ad Booz.i.ad Christum veniret,ex
patre diabolo erat. ¶ Mystice: Ruth significat ecclesiam, quæ est
Mystice de Moab(.i.de Gentibus quæ ex patre diabolo)& petra deserti,
B propter idololatriam,de qua deus suscitauit filios Abrahę: Obli-
ta prioris Gentis venit ad Booz qui fortis dicitur.i.ad Christum
Heb.7.c. qui suscitat semen fratris sui.i. Moysi qui obijt sine liberis, quia
neminem ad perfectum duxit lex. Ruth, videns vel festinās: quia
ecclesia puro corde deum videt quæ festinat ad brauium superne
visionis,& diffinit pseuerare in fide & dilectione dei. d ¶ Ieſſe au
tem. Pater Dauid sæpius nominatur Isai,sed binomius fuit. Hic
autem ideo dicitur Ieſſe: vt scires eum venisse,de quo Isa. Egredie
Isa.11.2. tur virga de radice Ieſſe &c. Hic est flos quem odorat Isaac,dicēs:
Gen.27.d Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni,quia spiritus eum abun-
dantissimè repleuit. e ¶ Regē. Non qd⁹ solus in hac genealogia
rex,sed quia primus rex de Iuda & regum principium, ꝓpter quē
& cæteri in folio regni seruantur: & per istum ordo generationis
decurrit ad Christum qui habet regnum Dauid. f ¶ Dauid au
Historia tem rex. Hostoria. Dauid in solario sedens,vidit Bethsabee se la
2.Re.11.a. uantem: placuit ei,& vocauit,iacuitq; cum ea: qua grauida reuo
cauit Vriam de expeditione, vt sic intraret in domum,vt sic par
tus ascriberetur ei,qui nolens intrare iacuit in vestibulo, dicens,
qd⁹ dum arca esset in tabernaculis,nō intraret in domū suam. Ac
ceptis igitur literis mortis suæ,ad expeditionem reuersus est: & si
cut Dauid præceperat occisus est à Ioab. Dauid in solario Christ⁹
est,qui in sole posuit tabernaculū suū. Bethsabee, puteus sacieta-
tis septimus. s. lex per cuius cognitionē spūalis gratia monstratur.
Vrias,Iudaicus popul⁹,q per legē de luce dei gloriatur: Sed huic
Christus legem abstulit,quā de se loq docuit. Ille verò dū māda-
ta legis implerę nititur,quasi eplas fert vnde dānetur. Vrias etiā
Iudaicus ppls qui noluit intrare in domū.i.in spūalē legis intelle-
ctum,dicens,quia arca dñi,i.ecclesia est in tabernaculis.i.in figu-
ris,Ideo non intrauit in domū,id est nō accipit aliū intellectum,
sed accipit literas suæ mortis.i.,intellectum literalem q ducit eum
Mystice ad mortem. ¶ Mystice Dauid.i. Christus q Goliā.i.diabolū supe
Psa.23.b. rauit. Ipse est manu fortis,vel visu desiderabilis. De eodē dicitur:
Ibi.44.a. Dns fortis & potens &c. Et iterum: Speciosus forma prę filijs ho-
minū. Bethsabee,puteus sacietatis.i.abundantia gratiæ spiritualis
quæ munere septiformi est puteus sacietatis,in quo est fons aquę
Ioh.4.b. salientis in vitam æternam. Tres prædictæ sine pudore nominis
ponuntur,quia non solū culpari,sed etiā laudari meruerūt. Iust⁹
autē noīe dignus est. Sed in hac q loquēdo nequit,saltē silentio
nois qd⁹ turpe est tegi. Nomē viri quasi iusti ponit, vt in hoc ima
nitas sceleris verecūdius memoret,dū eius causa est occisus. Vxor
tamē ꝓpter sacramentū ecclesię dicitur,quæ occiso diabolo in cō
Isa.14.c. iugium veri regis ascisc'it. g ¶ Vriæ. Vrias,lux mea dei scilicet,
id est diabolus,qui dixit: Similis ero altissimo: cui ecclesiam cōiu-
gatā Christus de solario paternę maiestatis adamauit,& pulchrā
facta sibi matrimonio copulauit. Vrias qui est figura diaboli, lux C
mea de⁹ interpretat,q adhuc trāsformat se in angelū lucis, & lucē 2.Cor.11.
dei se facit. h ¶ Salomon aūt. Christus est Salomon.i. pacificus,
quia ipse est pax nostra q fecit vtraq; vnū. Ipse est Roboā.i. impe Eph.2.c.
tus,populi q velociter ppłos cōuertit ad fidem. i ¶ Roboam.
De isto dicitur: Dabo ipsi Roboam tri- 3.Re.11.f.
bum Iudam, vt remaneat lucerna Da-
uid cunctis diebus in Israel. Quod ad li-
teram non potest accipi, quia nec Israel
cunctis diebus extitit,nec de Dauid post
Christum dux aliquis in Israel fuit. Sed
Christus lucerna est æterna in cælesti Is-
rael,& ideo seruatur semper. Super so-
lium autem Dauid dicitur sedere Chri-
stus,quia regnum Dauid temporale fi-
gurauit æternum Christi regnum.
k ¶ Abia. Pater dominus: Id est Chri
stus,qui dicit: Ego ero illi in patrem,qui 2.Re.7.b.
tam quam dominus omnia quęcumque Psa.113.b.
voluit fecit. Qui etiam est Asa,id est at-
tollens,quia ipse abstulit peccata mun- Ioh.1.d.
di. l ¶ Ioſaphat. & cætera. Iudicans
vel iudicium dei,scilicet Christus qui iu Psa.95.c.
dicat orbem terræ in equitate. m ¶ Io-
ram autem genuit. Christus est Io- Ioh.3.b.
ram,id est excellsus,qui ait: Nemo ascen-
dit in cælum, nisi qui de cælo descēdit.
☞ Nota

## *Nicolaus de Lyra.*

c filijs Israel ne vllo modo contraherent cum Chananæis ma-
trimonia,vt habetur Deuterono.vij. Dicendum ad hoc, quòd D
istud fuit præceptum eis ne per Chananæas à cultu veri dei auer-
terentur, & ad idola conuerterentur, vt ibidem habetur: & ideo
quando aliqua persona inueniebatur fidelis, & ex fide veri dei
aliquid magnum egisse,sicut fecit ista Raab, vt prædictum est,
tunc dispensabatur,vt posset coniungi in matrimonium cum fi-
lijs Israel: & propter hoc ista Raab coniuncta est principi nobilio
ris tribus scilicet Iudæ,quia pro filijs Israel fecerat magnum actū
virtutis in exploratorum saluatione. a ¶ Booz autem genuit
Obeth ex Ruth. &c. Eodem modo ista Ruth coniuncta est
Booz qui erat nobilior de ciuitate Bethleem: licet enim esset ꝑ-
hibitum in lege,quòd non acciperent in matrimonium mulie-
res Moabitidas. Propter quod Esdras fecit illas eijci cum filijs
suis à filijs Israel,vt habetur.j. Esdræ.x.c. Ruth tamen Moabitidis
propter actum virtutis ex dispensatione coniuncta est ipsi Bo-
oz: quia sicut dictum est, pro fide vnius dei suscipienda reliquit
terram suam,& venit in Iudæam cum socru sua. Sed oritur du- Obeth
bium,quomodo iste Booz genuit Obeth ex Ruth: quia à princi- quō geni-
pio ducatus Ioſue,quando.s. Salomon accepit Raab,& inde ge- tus sit ex
nuit Booz vsq; ad tempus in quo cœpit Heli iudicare populū,in Booz &
quo tempore ista Ruth venit cum Noemi in Iudæam,ifluxerunt Ruth
cccxxv. anni & plus,vt potest patere computanti tempora iudicū
intermediorum: & ideo dicendum q tres fuerunt Booz sibi suc-
cedentes,auus,filius & nepos: primus genitus est à Salmon de ipa
Raab,& tertius genuit Obeth ex Ruth. Et quia Euangelista vole-
bat vsq; ad Dauid vnam quaterdenam tantum ponere,ideo istos
tres similiter nominatos, & sibi inuicem immediatè succedentes
voluit vno noīe cōprehendere. b ¶ Obeth au. Iste aūt alio no-
mine vocatus est Isai,vt habetur.j. Reg. Sed nomē Ieſſe hīc ponit,
quia de ipso hīc agitur, put Christus descendit ab eo, vt scriptū
erat Isa.xj.d. Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice ei⁹
&c. Et ideo ex nomine Ieſſe hīc posita ostenditur ista prophetia
completa fuisse. c ¶ Ieſſe autem genuit Dauid regem. Iste
autem nominatur solus rex, licet ante eum & post fuerunt plures
alij reges: quia iste fuit primus electus in regem secundum bene-
placitum diuinum, vt ostensum est suprà & propter excellentiam
sanctitatis suæ. d ¶ Dauid autem rex genuit Salomonem,
ex ea quæ fuit. Tacetur nomen Bethsabee, & exprimitur vir
eius qui fuit iustus & bonus, vt patet.ij. Regum.xj. Et vt ostenda-
tur,qd⁹ Bethsabee de qua fit aliqualiter mentio, accidentaliter cō
iuncta est ipsi Dauid scilicet per mortem Vriæ. e ¶ Salomon
autem genuit Roboam. &c. Sub isto Roboam diuisum est
regnum Iudæorum in duo regna, vt patet.iij. Regum.xij. quia
decem tribus recesserunt ab eo, & adhæserunt Ieroboam, & tunc
dictum est regnum Israel. Duæ autem tribus quæ remanserunt
ipsi Roboam, dictæ sunt regnum Iuda. f ¶ Ioram autem ge
nuit Oziam. &c. Sicut patet ex.iij. Regum. Hic omittuntur
tres reges

¶Nota q̄ Ioram non genuit Oziā.sed potius genuit Ochoziā.
E Ochozias genuit Ioas,& Ioas Amasiam,& Amasias Oziā,qui &
2.Pa.21.a Azarias.¶Ioram duxit filiā Iezabel & fornicatus est,& fratres
Ibidem. suos occidit.Vnde infirmat⁹ est dolore ventri.vt viscera egereret,
Ibi.24.c quē sequut⁹ Ochozias ingressus est p̄ vias dom⁹ Achab.Ioas au-
tem adorauit sculptilia,& Zachariā filiū
Ioiadę qui eū nutrierat & regem fecerat,
occidi præcepit:qa eū de idololatria ire
pauit. Amasias quoq; coluit deos Seir.
Ideo & ibi tres de generatiōe Christi sūt
Exo.20.a excluſi.secūdū illud:Visitabo peccata pa
trū,vsq; in tertiā & quartā generationē.
Sed hoc dictū est de illis q̄ peccata parrū
sequunt.nā & bonus de malo genit⁹ mi-
4.Reg.5.g sericordia est dign⁹:& malus de bono na
✠Ioachim. tus punit.Alij q̄ ponunt q̄uis mali sue-
Ioachim rint,vel bonos generant,vel à bonis ge-
autem ge- nerant,vt Ioram filius Iosaphat viri iusti.
nuit Ozias pene in oībus rectū fecit, nisi q̄ in
†in exilio censum adolere voluit,vnde & in frōte
Babyloni- lepra pcussus est.Hīc tres reges sūt inter-
co,seu de missi:vel ideo qa ꝓpositū fuit Euangeli
migratiōe stæ ressera decades ponere:vel qa lorā mi
in Babylo scuerat se generi Iezabel: & dictū est per
nem. 3.Reg.21.f. prophetā in throno regni quēq; non esse
sensurum de domo Achab,nisi in quar
ta gnatione:ideo memoria eius à sancta
generatiōe tollit vsq; ad tertiā generatio
nem:purgata verò labe gētilis familiæ, in quarta origo Christi
numerat. a ¶Ozias aūt.Sub Ozia,Ioathā, Achaz & Ezechia,
ꝓphetauit Isaias de Christo. Propter peccata principū claude-
bant ora prophetarū. b ¶Ezechias.Fortis dns, ipse est q di-
Infra.10.c cit apls:Nolite timere Ezechię cū esset sine liberis dictum est:Di
Isa.38.a sponedo.tuę:qa mo.Ideo fleuit nō ꝓpter lōgiorē vitā, cū sciret
inde placuisse deo Solomonem,q̄ nō petijsset ampliores annos.
3.Reg.3.b Sed qa dubitabat ne ꝓmissio Dei impleretur cùm se sciret esse de
Dauid p quē oportebat venire Christum:& ipse erat sine liberis,
Isaię. 38.b vnde & dicebat:Non videbo Deū,nō aspiciā hominem: Ecōtra
F credebat,qa fidelis est qui ꝓmiserat.Deus aūt sentētiā quam de-
derat,ad ꝓbationē fidei imutat,& spaciū gnandi dat. c ¶Ma-
nasses.Obliuiosus.Iste est q quasi cōuersio peccatori dixit. Om
nium iniquitatum eius non recordabor. d ¶Amon.i. fidelis
Ezech.18.c vel nutricius,significans Christum.de quo dicitur:Fidelis dns in
oībus vijs suis,qui cōuocat filios,vt gallina pullos suos. e ¶Io
Pś.144.c sias.i.salus dñi vel incensum.Ille est qui dicit: Dirigatur oratio
Ibi.140.a mea sicut incensum &c. ¶Iosias,rex iustus,quod nō filij eius q̄s
genuit,non in transmigratione:quia nunq; transmigrauit:sed se
cundum prædestinationem dei ad transmigrandum . Iechoniā
& fratres eius simul ponit,vt quorū est cōis iniquitas, similis sit
& miseria.Iechonias præparatio dñi,quia tam patrē q̄ filiū dns
ad transmigrandum præparauit. ¶Legitur in libro Regum q̄
4.Reg.23.f Iosias genuit Ioachaz,& Ioachim:q & Heliachim & Sedechiam.
&.24.a. Iochaz successit patri in regnū, quo capto à rege Aegypti substi
tutus est loco ei⁹ Ioachim frater eius.Quo mortuo regnauit Ioa
chim(qui & Iechonias dictus est)filius eius pro eo : quo capto à
rege Babylonis:loco eius Sedechias positus est.¶Isidorus.Veri
tas hystoriæ habet,q̄ duo fuerunt Iechoniæ,vt vnus.s. pater sit
in fine præcedentis tesserade cadis, alter in principio sequentis.
Sed mystice secundum Augu.vnus & idem est in fine præceden
tis & in principio sequētis.Sed quare prætermissus est Ioachim
pater Iechonię,forsitā vt typū Christi faceret Iechoniā bis nūe-
rauit;& Ioachim ne numerus augeret prætermisit. ¶Rab.Que
Iechonias ritur quare Iechonias dicit filius Iosiæ,cū Iosias Ioachim,& Ioa-
sęc'm alios chim genuit Iechoniā?Si aūt eūdē Iechoniā bis numeremus in fi
& alios hic ne.s.pcedētis tessera decadis & in principio sequētis ad hoc vt
ꝓ eodē & tres plene tesserā decades sueniant:iam nō erūt.xlij.patres. Diuer
altero acci sis modis soluit hoc. Hiero.dicit q̄ vterq;,pater & filius Ioachim
pitur. & Iechonias vocabat:& ita vnū habemus in fine pcedētis tesse
rę decadis & alterū in principio sequētis,vt cū dicit Iosias genuit
Iechoniā,Ioachim itelligamus.Cū verò dicit: Iechonias genuit
Salathiel,Ioachim accipiamus. Aug. verò dicit q̄ vnus bis nūe-
Augusti. ratur.s.Iechonias,qui & Ioachin dictus est:à quo facta est quędā
in exteras gentes deflexio , qñ in Babyloniā transmigratum est.
Vbi ergo ordo à rectitudine deflectit & in diuersum tēdit,angu
lū facit:& id qd̄ in angulo est bis nūerat. Trāsmigratiō in Baby-
loniā,significat trāsitū apostorū ad Gētes.In qua transmigratione
Christus factus lapis angularis,vtrūq; populum cōplectitur qd̄
ostendit p Iechoniā bis positum.¶Oēs q à Dauid vsq; ad transmigrationem

a ¶Robustus domini. De quo dicitur:Fortitudo mea dominus.

a Oziam.Oziās autem genuit Ioa-

a ¶Profectus .i.Christus:de quo ecclesia quotidie in me lius proficit.

than:Ioāthan autē genuit Achaz,

a ¶Comprehendens.i.Christus,quia nemo nouit patrem nisi filius.

Achāz autem genuit Ezechiam.

b Ezechias autē genuit Manassen:

a Obliuio.

c d e Manasses autem genuit Amon.

b Amon autem genuit Iosiam: Io-

c siasaūt genuit Iechoniā & fratres eius †in transmigratione Babylo-

d nis.Et post trāsmigrationē Baby-

a ¶Iechonias præparatio domini quod conuenit Christo qui dicit:vado parare vobis locum.

lonis, Iechonias genuit Salathiel.

g h Salathiel aūt genuit Zorobabel.

migrationē Babylonis numerāt.reges fuerūt. f ¶Iechonias. G
Prior Iechonias,resurrectio domini,sequens Iechonias præpara
tio domini dicitur : Vtrūq; congruit Christo, qui est resurrectio
& vita. g ¶Salathiel.Petitio mea deus Christo conuenit qui Iohā.17.b
dixit:Pater sancte,serua eos quos dedisti mihi , vt sint vnū sicut
& nos. h ¶Salathiel autem genuit
Zorobabel.Hoc in multis scripturis le
gitur:sed in Paralipomenon filij Iecho-
niæ:Assir,Salathiel, Melchiram & Pha-
daia:& de Phadaia orti sunt Zorobabel
& Semei.Sed tradunt Hebręi Trinomiū 1.Para.3.b
fuisse Assir,Salathiel Melchiram & Pha
daia. Vel Salathiel & Phadaia fratres fi-
lios quos genuerunt,vterq; suum voca
uit Zorobabel.Cùm de isto dicat Euāge
lista Abiud genitum . Paralipo. dicit q̄
Zorobabel Mosollē genuit , & reliquos
inter quos Abiud non numerat:sed mul
ta vicio scriptorum in Paralipomenon
deprauata sūt.vñ multę & interminatę ge
nealogię iueniunt q̄s iubet apls vitari.
☞ Zorobabel


## *Nicolaus de Lyra.*

☞ tres reges sibi succedentes:quia Ioram genuit Ochoziam:Ochozias aūt genuit Ioas:Ioas autem genuit Amasiam:Ama sias autem genuit Oziam. Ratio autem huius est secundum Hiero.quia Ioram accepit vxorem filiā im-pissimę Iezabelis:ideo filij eius vsq; ad quartam generationem de genealogia domini excluduntur, & maximę quia Euangeli sta volebat vnam quaterdenam tantùm ponere ratione iam prę dicta:ideo oportebat tres reges excludere.Et isti tres ratione præ dicta conuenientius alijs remouentur.Sequitur:a ¶Ezechias autem genuit Manassen. Iste Ezechias nō habebat hęredem quando dictum est ei per Isaiam propheram, Esa.xxxviij.a.Dis-pone domui tuæ, quia morieris tu & non viues : & tunc fleuit H non timore mortis,sed propter defectū seminis,timens ne Chri stus de eo non nasceretur:& ideo ipso orante cum lachrymis ad diti sunt vitæ ipsius anni quindecim : & tunc genuit Manassen. Qui quidē Manasses licet primò fuerit pessimus,quia de eo scri-ptum est,iij.Rrg.xxj.c.q̄ ipse impleuit Ierusalem sanguine pro phetarum vsq; ad os.inter quos Isaiam auunculum suum seca-ri fecit:propter quod in captiuitatem ductus est:tū finaliter poe-nituit,& ad regnum suum reductus fuit,vt habetur.ij.Paralipo. xxxiij.capi.Sequitur: b ¶Manasses autem genuit Amon: Amon autem genuit Iosiam. Iosias iste fuit optimus qui in iuuentute sua cœpit quærere dominum,& dęstruxit templa ido lorū p totū regnum suum. c ¶Iosias autem genuit Iechonia-niam & fratres eius in transmigratione Babylonis.Non qa adhuc esset transmigratio qñ geniti sunt,sed qa imminebat. Noiant aūt fratres Iechonię cū eo,qa similes ei fuerunt in capti uatione.Ioachaz autē qui prim⁹ regnauit post Iosiā captiuatus est p regē Aegypti,vt habet.iij.Reg.xxiij.Rex aūt Aegypti cōsti tuit regē loco ipsius fratrē eius Eliachim mutato nomine ipsius: & vocauit eum Ioachim vel Iechoniam.Et iste est qui dicitur hic genitus à Iosia:quem capriuauit rex Babylonis . ducens secum in Babylonem:sed in itinere remisit eum sub iuramento q̄ ei fi-deliter seruiret:sed iste Ioachim quarto anno volēs rebellare, ab exercitu regis Babylonis captus est & occisus.& cadauer eius ex-tra Ierusalem proiectum.sicut fuerat per Ieremiam prædictum: Iere.xxij.ca.Sepultura asini sepelietur.& regnauit Ioachin filius eius pro eo,qui similiter dictus est Iechonias , sed aliter scribitur Ioachim & q̄ primus:quia pater eius Ioachim per.ch.& .m.alius autem per joachin q̄ ch.& .n.& iste regnauit tribus mēsibus,& postea adductus est in modo & p Babylonem captiuus cum matre & nobilibus de terra Iuda:& q̄ⁿ nomi-constitutus est Sedechias auunculus eius filius Iosiæ rex in Ieru- nent & scri salem à rege Babylonis.Et.xj.anno regni eius,quia rebellauerat hantur. captus est à rege Babylonis,& excęcatus est in Babylonem liga-tus ductus,& Ierusalem destructa,& templum combustum . vt habetur.iij.Reg.xxv. Et sic patet. q̄ fratres Iechoniæ filij Iosiæ fuerunt captiuati sicut & ipse : propter quod nominantur cum ipso. d ¶Et post trāsmigra- Babylo-Iechonias ge Sala-. Iste Iechonias à quo incipit tertia quaterdena nō fuit Iechonias filius Iosiæ,sed nepos eius per.n.scriptus,vt dictum est : aliter nō essent quatuordecim in ista quaterdena vltima. e ¶Sala-thiel autem genuit Zorobabel. Et iste Zorobabel est ille sub quo transmigratio redijt de captiuitate,vt habet.j.Esdrę.ij.

☞ Zorobabel aūt

a ¶Zorobabel autē genuit Abiud. Magister Babylonis. A ideſt confuſionis. Illi conuenit qui mundum ab errore idololatriæ ad viam veritatis reuocauit. Fuerunt viri ſtudioſi ex Iudæis

f ℂ Cū sab. Beda. Nota primò apostolos literam sabbati destruere contra Hebionitas, qui cum alios discipulos recipiant, Paulum quasi trāsgressorem legis repudiant. g ℂ Et uel. spi. Esuriunt vt homines. præ turba manducandi spaciū nō habentes. Sed exemplum austerioris vitæ præbent, non præparatas epulas, sed simplices quærunt. ℂ Be. Mystice. Discipuli per sata transeunt, cū prælati subditos pia sollicitudine circunspiciunt, & q̄liter quē q̄ ad fidem trahant, sedulè perpēdunt, quorū salutem esuriunt. Vnde Petro inter preces esurienti, oblatis quas esuriebat dapib⁹ dictum est: Surge Petre, occide & manduca. Et mira sacramenti cōcordia: ibi mactari & manducari iubent animalia, hīc spicas conuellunt discipuli: & secundum alios euangelistas manibus confricantes māducant. vnde: Mortificate membra vestra, & exuite veterem hominem. Aliter enim non transeunt in corpus Christi: Aliter doctorem sui profectus fructus non pascunt. Vellere ita q̄ spicas, est ab omni intētione terrena radicem mētis euellere. Fricare manibus, exemplis virtutū à cōcupiscētia carnis q̄si aristarum folliculis mentem exuere. Grana manducare, est purgatum quemque per prædicatorum ora ecclesię incorporare. Hoc discipuli adūm faciūt, q̄a p̄cedit sermo doctoris, subsequitur gr̄a superne visitatiōis. Et bene sabbatis: q̄a p̄dicatores pro spe quietis laborant, & auditores admonēt, vt à curis seculi feriantes, p̄aterna requie laborent. ℂ Beda. Moraliter. Per sata cum dño ambulant, qui eloquia sacra dño obtemperantes meditantur. Insatis esuriunt, cū in eis illa inuenire desiderant, quib⁹ amplius accensi, amore dei q̄si pane pascantur: & hoc sabbatis, vnde Gustate & videte, quoniā suauis est dās Vellūt spicas & cōterūt, q̄a testimonia scripturarū assumūt & pscrutant, donec medullā dilectiōis extrahāt q̄ sub vilitate litere q̄si sub aristarū horrore velat. Hoc dās sabbati, p̄bat, stulti defensores sabbati īprobant, qui solam literę superficiem diligunt, mentis refectiōem nescīūt, reqem animarum non norunt. vnde & ait illis: Nunquā legistis quid &c. h ℂ Sub Abiathar principe sa. Non te turbet quod alij

## Nicolaus de Lyra

Mat. ix. a ℂ Et erant dis. Iohan. Hīc describitur æmulatio Iudæorum contra Christum in discipulorū Christi arguti one, volentiū retorquere apparētem defectum (licet non existentem) discipulorū Christi in magistrum. Et ponitur duplex casus. Secundus ponit ibi: Et factum ē iterū. Primus casus est de hoc, q̄d arguebāt discipulos Christi, eo q̄ nō ieiunabāt sicut discipuli Iohānis & phariseī; sed Christus eos confutat, discipulos suos Rationabiliter excusando, & expositio literæ patet ex his quæ dicta sunt Matt. ix. parū ante mediū capituli. b ℂ Et fac. est ite. Hīc ponit secūd⁹ casū, q̄a arguebāt Christi, discipulos, eo q̄ euellebant spicas, & comedebant in die sabbati: sed Christus confutat eos excusādo p scripturas vete. Testa. Et patet expositio huius literæ ex dictis Matt. xij. in principio: hoc excepto q̄d hīc additur: c ℂ Sub Abia. Et videtur hoc falsum: quia princeps sacerdotū tunc erat Achimelech vt habetur. j. Reg. xxij. Dicendum, q̄d Abiathar erat filius Achimelech, & tunc agebat sacerdotium sub patre. verūtamē magis hīc exprimit Abiathar q̄ pater ei⁹ Achimelech, quia interfecto Achimelech à Saule, Abiathar filius eius fugit Dauid vt ibidē dr̄, & fuit socius itineris & laboris ipsius, & p cons̄q̄ns maioris noīs & autoritatis fuerat quā p̄ ei⁹, p̄pter quod hīc exprimitur racito patre.

* a ℂ Et erant di. Io. Per istos autē q̄ p̄pter suū ieiuniū se discipulis Christi p̄ferebāt, significant hypocritę, p̄pter apparētiā suę religiositatis alios contemnētes, di. illud Luc. xviij. b. Non sum sicut cæteri hoīm, rap. adul. &c. Sequitur ibidem, Ieiuno bis in sabbato, &c. b ℂ Et fac. est ite. cū do. Per sata significantur sacri libri, in quibus sunt semina verbi dei, Luc. viij. b. Semē ē v̄bū dei. Igit̄ p. sata discipuli cum Christo ambulant, cū sacras scripturas deuotē studeant & hoc fit sabbatis: quia studium hoc quietem exigit mentis. Spicas autem vellūt, cum ibidem vitæ panem inueniunt: sed tunc manducant, cum sibi per impletionem operis incorporant: & hæc refectio à malignantibus reprobatur, sed à Christo veraciter approbatur.

¶ Cum peccatoribus iustus.

ducat & bibit magister uester? Hoc

¶ Magister pro discipulis respondit.

a audito Iesus, ait illis: Non † necesse

¶ Superbi. ¶ Humiles.

habent sani medico, sed qui male ha

a ¶ Ideo vos declino. b ¶ Vos qui tanquam iusti fugitis peccatores, qui vestram iustitiam flaruentes, iustificæ dei non estis subiecti.

bent. Nōn enim ueni uocare iūstos,

a ¶ Qui se peccatores agnoscunt. Non per legem iustificari se videntes, Christi gratiæ colla submittunt. ideo ad peccatores declino.

b sed peccātores*. Et erāt discipuli Io a

a ¶ Causam sequentis quæstionis præmittit.

hannis & pharisæi ieiūnantes, & ueniunt, & dicunt illi: † Quare discipuli Iohannis & Pharisæorum ieiunāt tui autem discipuli non ieiunant?

¶ Ideo. ¶. i debent.

c Et ait illis Iesus: Numquid possunt

¶ Apostoli. a ¶ Christi & ecclesiæ. b ¶ Christus.

filij nuptiārum, † quamdiu sponsus

a ¶ Corporis præsentia. ¶ Non. b ¶ Quia.

est cūm illis, ieiunare? Quanto tem

a ¶ Cuius plus proficit præsentia, q̄ corporalis abstinentia.

pore habent sponsum secum, non possunt ieiunare. Venient autem

a ¶ Ascensionis. ¶ Passionis. b ¶ Corporaliter.

diēs cūm † auferetur ab eis sponsus,

a ¶ Be. Tam a cibis q̄ a mundi amore.

& tunc ieiunabunt in illis diebus.

a ¶ Ideo non ieiunant, quia. b ¶ Sæueriora præcepta nouæ vitæ.

d Nemō † assumentum pānī rudis as

a ¶ Apostolis veteri cōsuetudini deditis. b ¶ Si assuit. c ¶ Repugnat noua vita veteri.

suit uestimento ueteri, aliōquin, aūfert supplementum* nouum à uete

a ¶ Quia si quid boni inerat, nimio quasi pondere pressum perit.

ri, & † maior scissura fit. Et nemo

a ¶ Spiritualia præcepta. n ¶ Apostolos.

mittit uinum† nouum in utres uete

¶ Non possunt pati, quia carnales adhuc

res, alioquin dirumpet uinum* u

a ¶ Doctrina spiritualis memoriæ non cōmendatur ¶ Qui habent perdunt.

tres, & uinum effundetur, & utres

¶ Spiritualis doctrina.

e peribunt. Sed uinum nouum in u

¶ Spirituales.

tres nouos mitti debet. † Et factum b

f est iterum cùm sabbatis ambularet per sata, & discipuli eius cœperunt

g prægredi, & uellere spicas. Pharisęi autem dicebant ei: Ecce quid faciunt discipuli tui sabbatis quod non

¶ Veterem historiam obiicit.

licet. Et ait illis: † Nūnquam legistis

a In Nobe. b ¶ Fugiens Saulem.

quid fecerit Dauid, quando necessitatē habuit, & esuriit ipse & qui cū

eo erāt: quomō introiuit in domū

h dei sub Abiathar principe sacerdo, c

℣ q̄ alij̄ dicunt Achimelech: ambo em̄ tūc illic aderāt, Achimelech
A pater, & Abiathar filius: qui occiso pr̄e à Saule, comes exilij̄ Da-
1.Reg.21.a. uid fact⁹ ē, & eo regnāte summ⁹ pontifex maioris nois q̄s pr̄: & iō
dignus cui⁹ dominus mētionē faceret, quasi sūmi sacerdotis, etiā
patre viuente. a ¶ Panes propo. Beda. Q. Si Dauid & Achime
lech à nobis nō reprehēdūtur, sed pro fa
me excusantur, cur i his cām improbatis
quā in cæteris, pbatis? q̄uis sit magna di
stantia: hi spicas cōfricant, illi panes Leui
ticos comedūt: & accedebat sabbato neo-
meniarū dies qñ ī cōuiuio reqsitus fugit
ex aula regis. ¶ Bed. Figuratē, qd̄ Dauid
& pueri eius panes sāctificatos comedunt
significat sacerdotalē cibum in vsum trās
iturū populorum: qa oēs sacerdotū vitā
debemus imitari, & omnes filij̄ ecclesię sa
cerdotes sūt, iuncti in sacerdotiū sctm̄, of-
ferētes seipsos spūales hostias deo. b ¶ Et
Hosee.6.b. dedit eis. Hoc sequut⁹: Misericordiā vo
lo, & no sacrificium: meli⁹ iudicauit à fa
mis periculo hoies liberare, q̄ sacrificium
offerre. Hostia dec placabilis, hominū sa
lus. c ¶ Homo pro. sab. Beda. Ita sabba
tū custodiri p̄ceptū est, vt si necessitas fue-
rit, non sit reus qui violauerit. Sabbato
circūcidi non est, phibitū, qa necessarium
Ioſ.6.a. Iosue muros iericho septē diebus circūit.
1.Mac.2.c. Machabęi in sabbato pugnāt: Quod non
✠ cum est licitū in lege, necessitas licitū facit. Sic
& hodie in iciunijs, si qs iciuniū fregerit
ægrotus, reus non tenetur. d ¶ Itaq̄ do
Matt.12.a. min⁹. Q. Si Dauid rex & sacerdotes (secū-
B dum aliū⁹ euangelistam) propter tēpli
ministerium sabbatū violantes, crimīe ca
†occiderē rent: q̄tō magis filius hominis verus rex
& sacerdos: & ideo dominus sabbati ī sab
bato vulsarum spicarum crimine non te-
netur reus?

## GLOS. ORDI.

ET intro. &c. Seq̄t: Cap. III.
Manum ari. Beda. Quæ ad
fructū vetitū extēsa est, à bono
opere aruit. p man⁹ Christi in
Isa.4.c. cruce extēsas, bonorū operum sucis resti-
tuta. ¶ Hiero. Homo iste significat auа-
ros, qui nolentes dare, volunt accipere, prædari & non largiri: q-
bus dicitur vt extendāt manus suas. i. qui furabat iam non furetur
magis autē laboret operans manibus suis qd̄ bonum est, vt habe-
at vñ tribuat necessitatem patienti. f ¶ Et obseruabant. Beda.
Quia discipulos, pbabiliter excusauerat; ipsum obseruant, vt si in
sabbato curet, trāsgressionis: si non curet, crudelitatis aut imbecilli
tatis arguant. g ¶ Licet sabbatis be. Beda. Arguit, q̄ legis præ
Leui.23.a. cepta praua interpretatione violant, æstimantes in sabbato à bo-
no feriandum, cū lex dicat: Omne opus seruile non fa. in eo. i. pec-
catū. Hoc præcepto figuratur, qa q̄ p sex seculi ætates bona fecerit
Mat.12.a. in septima à malis cūctis feriabūt. Non em̄ erit ociosus boni opis fru
ctus, in laude dei quiescere. ¶ Matthę⁹ dicit illos interrogasse: Mar
cus & lucas, interrogatos fuisse. Sed illi prius interrogauerunt: &
Iesus cognita nequitia eor⁹, statuit in medio eorum sanandū, & in
terrogauit: qd̄ Marcus & Lucas dicunt: Et tunc illis tacentibus, si
militudinē præposuit de oue, & conclusit q̄ licet sabbato benefa-
cere. Et sic circunspiciens, &c. h ¶ Animam. Beda. Hominem ro
tum per partem significat. Vel quia propter animam hoc faciebat
vel q̄ hęc manus sanatio, animæ salutem significat. i ¶ Perdere.
Beda. Non q̄ summē pius quēq̄ possit perdere, sed eius non sal
uare est perdere. Sicut dicit induraſſe cor Pharaonis, non q̄ obdu
rauit, sed obduratum nō emolliuit. k ¶ Extende manum. Be-
Moraliter da. Moraliter. Infructuosa debilitas animæ, non melius curatur q̄
Lu.3.b. eleemosynæ largitione. vñ: Qui habet duas tunicas, detvnam non
habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Et in ecclesiastico: Fi
li, non sit manus tua porrecta ad capiendum & ad dandum colle-
Eccle.4.d. cta. Frustra enim ī orōne manus ad dñm expandit, qui eas ad rogā
tē viduā non extendit. l ¶ Et resti. est ma. illi. Magnū studium
nequitiæ in crimen reputant, q̄ ad verbum illius sanata est man⁹.
Neque & sabbato potest conuinci laborasse, q̄ dixit & facta sūt: cū
ipsi ī sabbatis cibos portent, calices porrigant, & cætera victui ne-
cessaria. m ¶ Exeū. Qui p se no pñt. socios iniquitatis quærunt.

℣ Cum Hero.

ET intr. oiuit iterū. Hīc ponitur quartus Cap. III. C
casus de sanati one habentis manum aridam. Vbi pri
mò ponit ludæorū insidiatio. scd̄ò, eor⁹ cosultatio,
ibi: Et ait hoi. tertiò, eorū obstinatio, ibi: Exeuntes ät
Expositio primarū duarū partiū patet ex dictis Mat.
xij̄. vbi casus iste plenius ponit, hoc excę
pto, qd̄ subbit hīc: b ¶ Licet sab. be-
nefa. Circa quod sciendū, qd̄ aliq̄ sunt
actus boni in genere entis, qui tamen ex † etiā ijs
se nō habent bonitatē ī genere moris, si-
cut ædificare domū vel hmōi, & talia nō
erāt licita i die sabbati. Alij ät sunt actus
boni in genere moris secundum se, sicut
sunt opera ỹ tutū. & talia licita sunt ī die
sabbati: de qb⁹ erat sanatio man⁹ aridæ,
qa erat opus pietatis, & cum hoc erat ad
gloriā dei manifestādā inc̄tū fiebat mi- † Mat.12.a.
raculose. & iō de talib⁹ nulli debet eē du
biū, qn̄ possint fieri in die sabbati, nō so-
lum licitē, sed etiā laudabiliter: & hoc est
qd̄ dicit: Licet sab. benef. q. d. certū est
oīb⁹ q̄ sic. c ¶ Animā saluam face.
i. hoiem curare. Et accipit hic anima pro
ipso hoie: qa est principalior pars hois.
Et p talē modum loquendi dr̄ Exod. j. a.
Oēs aiæ q̄ egressæ sunt de femore Iacob
&c. d ¶ At illi ta. Non potentes cōtra-
dicere ỹ bis eius, nec tñ volētes confiteri
veritatē. e ¶ Et cir. eos. ppter eorū, cæ
citatē & malicā. Ad maiorē itellectū hu
ius dicti quęrit, vtrū ira fuerit ī Christo?
Arguit priō q̄ nō, qa nō est nisi duplex † Mat.12.a
ira scd̄m doctores catholicos. s. ira p vi Luc.6.b.!
tiū, & ira p cēlū: sed neutra fuit ī Christo:
ergo &c. Probatio minoris, qa Greg. di- D
cit mora. q̄ ira p vitiū excęcat oculū mē
tis, ira per cælū ipsum turbat: sed oculus
mentis in Christo non fuit excęcatus nec
turbatus, ergo, &c. Item ira opponit mā Philoso.
suetudini, vt habetur. iiij. Ethic. sed Chri Phus
stus fuit maximē mansuetus. ergo ira in
ipso nō habuit locū. Cōtrarium dicit in † illius sana
litera: Et circunspiciens eos. Dicendū vt altera.
q̄ ira est appetitus vindictæ ppter illatā † Mat.12.b
iniuriam sibi vel alteri, vt habet. ij̄. Rhe- Iohā.10.g.
toricę. Talis autem vindicta potest appe
ti præter ordinē rationis, & sic est vitiosa: & vocatur ira p vitiū, de
qua dicitur Iacob. j. c. Ira viri iusticiam dei nō operatur. Alio mo
do potest appeti secundum ordinē rectæ rationis: & hoc est lauda
bile, secundum q̄ dicit Psal. lvij̄. b. Lætabitur iustus cū viderit vin
dictam, &c. Istud em̄ laudabiliter appetitur de quo qs iustē lætatur
& talis ira est p cælū, secundū qd̄ dicit Augu. sup̄ Ioh. ij̄. Zelo do-
mus dei comeditur, qui oīa peruersa quæ videt emendare cupit:
& si emendare non potest, tolerat & gemit: & talis ira fuit in Chri
sto. vnde Ioh. ij̄. illud psal. lxviij̄. b. Zelus domus tuæ comedit me
introducitur tāq̄ dictū de Christo. Ad primū dicendū, qd̄ ira p ze
lū in nobis aliq̄liter bene turbat oculum mentis, quia potētiæ aīæ
sic se habent, q̄ vna intensa in actu suo alia remittit. Et ideo mo
tus iræ qui est in irascibili parte quāuis sit moderatus rōne, impe-
dit intellectū à contemplatione ỹ itatis: & sic dicitur turbare ocu-
lum mētis. Talis tñ turbatio nō ē peccatū, verūtñ ī Christo nō ha
buit locū: qa ỹ tute diuīa q̄libet potētia pmittebat agere illud qd̄
erat sibi ppriū, ita q̄ vna nō impediebat aliā ī actu suo. Et iō sicut
gaudiū fruitionis ī aīa Christi nō impediebat dolorē passionis in
parte inferiori, sic econuerso motus iræ in parte inferiori ī nullo
impediebat actum mentis siue rationis. Ad secundū dicēdū, q̄ ira
q̄ est ptēr rōnē opponit mānsuetudini, nō autē illa q̄ est moderata
rōne, qa de rōne mansuetudinis est, qd̄ faciat talē moderationem.
f ¶ Exeū. au. Hīc describit ludæorū obstinatio, quia nec verbis
Christi nec factis resilierē à malo suo: sed magis obstinati sunt in-
✠ cipien-

Morali. a ¶ Et intr. iterum ha. m. ari. Per manum quæ est or Moraliter
ganum organorum, vt dr̄, ij̄, de anima, conuenienter intelligitur
opus meritoriū. & ideo manus est arida, quæ est ad hoc opus inua
lida: sed cū ad ỹbū Christi surgit p gr̄am, tunc manum extendit ad
sctm̄ operationē. f ¶ Exeunt. autem. Per pharisæos qui diuisi
interpretantur, discoli qui dissensiones faciunt, significant. Per He
rodianos autem supbi, qa glorioſi in pellibus interpretantur. Isti

E se aduersus hominem exercebat, Iesum insidijs & odijs persequebatur quem Iohānes prędicabat. b ¶Se. Fugit vt homo, quia nōdū Allegoricè venerat hora eius, & passionis eius extra Ierūm non erat loc⁹. ¶Be. Alleg. De synagoga secedit ad mare &c. Iudæam relinquit, ad gentes venit cū discipulis. s. prędicatib⁹ apūs corda gētium adijt: & sic multos ad se venientes susc epit, & desideratam salutē dedit. vñ aptè subditur: & dixit dis. suc ¶Et mul. tur. Be. Magistri plebis & ministri regis odio psequūtur: vulgus in doctū dilectione sequitur, & plurimi sanari merētur. d ¶Nauicula. Eccl̄ia de gentibus congregata fluctus seculi mente transgressa: q̄ quantò sinū cordis gręcipiendæ dilatat, tātò fluctus seculi securius calcat, e ¶Ne compri. Cōprimūt, q ecclesiæ pacem turbant. Tāgūt, q fidem vero corde & dilectione suscipiunt q tetigere sanati esse perhibentur: fugiēs comprimētes nauiculam ascēdit. f ¶Et sp. im. &c. di. Be. Vterq; & plagas hūtes, & immundi spūs. Sed infirmi pia intētione salutis: dęmoniaci, vel potius in eis dæmones: non solū timore coacti ad ꝓcidendū, verūetiā ad confitendū maiestatē ei⁹. Præsentia em̄ ei⁹ pterriti, quē filium dei esse in hāc̄ nouerāt, celare non poterant. Saniores Arrianis, qui etiā hodie negant filiū dei esse. g ¶Ne manifesta rent. Bed. Nō solū dęmones, q inuiti, vl̄ ab eo sanati, qui spōtè cōfitent: sed & apūs toto orbe post passionē prædicaturi, añ passionē tacere iubentur, ne diuina maiestate p̄dicata passio differret, & sic̄ csal⁹ mūdi. h ¶Et asc. Be. Postq̄ imundos spūs se p̄dicare, phibuit, sctōs elegit, q eū p̄dicarent, & nefandos spūs eijcerēt. ¶Mōs iste significat altitudinem iusticiæ, q̄ istruendi, & quā p̄dicaturi erāt: p locū admonet ad cælestia erigi, sic & legem in monte dedit. ¶Hiero. Consuetudo diuię scripturę est Allegoricè loq; sed nos sic excelsa sensib⁹ nūs applicemus, vt historiæ ꝓfitatē cernamus. Christus em̄ solus spūalit mōs est, cælestiū rerū q̄litate copiosus, ex q̄ fluūt aq̄ viuæ, & qdq̄d sūmè bonū credit, in hoc fundat q est mons oīm montium, & sctūsctōrū, q̄s q̄tidie ad se inuitat. In mōtē vocātur excelsi & meritò & verbo, vt loc⁹ cōgruat meritis altis. i ¶Vt essent duode. Speciē Iacob dilexit deus cū videret excelsus gentes, & separaret filios Adam. Statuit terminos populorū iuxta numerū filiorū Israel, vt sint super thronos duodecim, iudicātes duodecim tribus Israel. Quib⁹ data est potestas, quā filius accepit à p̄e scd̄m carnē, vt opera q̄ ipse fecit & ipsi faciant, & maiora horū facient. ¶Be. Dedit etiā ptātē mortuos suscitandi, sicut Matthę⁹ dicit, vt ꝓtus oīs fa fidem verbo daret, & noua facerent q noua prædicabant. nunc autem quia numerus fidelium, creuit, multi vitam virtutū tenent, & signa ꝓtum nō habent: qa frustra foras miraculū ostenditur, si deest q intus operetur: quia linguæ in signū sunt nō fidelib⁹, sed infidelibus. k ¶Et imposuit. Beda. Non modo primū, sed cum adducto ab Andrea dixit: Tu vocaberis cephas, quod iterpretatur Petrus. Sed hic euangelista te attentum reddit dicens, quòd eū dñs sic cognominauerit. Aliter enim putares sic vocari casu, nō ꝓuidētia dei. Voluit autem eum deus prius alio nomine vocari, vt ex mutatione nominis ꝓfitatē viuacitas sacramenti notaretur. i. Græcè vel Latinè Petrus, quod syriace cephas: & in vtraque lingua à petra dictum: de qua: Petra autem erat Christus. Sicut enim à Christo luce lux mundi vocātur apostoli, sic à petra Petrus. Simon ponens mœrorem negationis. s. visio domino post resurrectionem. Vel audiens tristiciam mortis. s. cum ei dicitur: Alius te cinget & ducet quo tu non vis ¶Hiero. Et imp. Srmoni nomen Petrus. de obedientia ascēdit ad agnitionem. Qui enim habet dabitur ei, & abū. ¶Et Iacobum. qui supplantata habet desideria carnis. Et Iohānem, qui gratia

† vt

† Mat. 4. d
Luc. 4. g.

F

† Luc. 4. g.

† Mat. 10. a

† secum

Ioh. 14. b.

Mat. 10. a.

Ioh. 1. f.

1. Cor. 10. b

Ioh. 21. f.

Infra. 4. c

a ¶Hiero. Similis similem quærit. b ¶Quia soli nō possunt.

a tes autem statim pharisæi, cum He[b] a ¶Gens sine consilio. ¶Magna insania, qui salute indigent, denece Saluatoris conciliantur.

rodianis cōsilium faciebant aduer a ¶Quia ratione vincuntur mortem machinantur.

sus eum † quomodo eum perderēt. ¶Ideo. a ¶Medicus cedit insano populo. b ¶Odientibus cedit amantibus accedit.

b Et Iesus cum discipulis suis secessit[b] ¶Rota.

ad mare, † & multa turba à Galilæa ¶Confessio.

& Iudæa sequuta est eum, & ab Ie ¶Visio pacis. ¶Sanguinea.

rosolymis, & ab Idumæa & trans ¶Aliena discessio. ¶Angustia.

Iordanem, & qui circa Tyrum & ¶Venatio piscis.

c Sydonem, multitudo magna, au a ¶Quia. Beda. Opinionem virtutum.

diẽtes quæ faciebat, uenerunt ad ¶Ideo.

eum. Et dixit discipulis suis, ut in[c] a ¶Ecclesia de Gentibus congregata.

d nauicula sibi deseruirent propter ¶Discordes.

e turbam, ne comprimerent eum. a ¶Ideo consuebant quia.

Multos enim sanabat, ita ut irrue ¶Fideles.

rent in eum, ut illum tangerēt quot[d] f quot habebant plagas. Et spiritus[e] immundi cùm illum uidebant pro ¶Dæmones.

cidebant ei, † & clamabant dicētes: Tu es filius dei. Et uehemēter com[f] a ¶Peccatori dixit deus: Quare tu enarrasiusticias meas. &c. b ¶Dæmonibus & curatis. c ¶Deum esse, ne differretur passio.

f minābatur eis, ne manifestarent il

h lum. † Et ascendens in montem[h] a ¶Gratia ¶Non meriti, sed diuinæ gratiæ est. b ¶Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.

uocauit ad se quos uoluit ipse: & ue[b] ¶Libero arbitrio.

i nerunt ad eum. Et fecit, ut essent[i] a ¶Vt ter quaterni fidem charitatis per quatuor partes orbis prædicarent: vnde ab oriente portæ tres, ab aquilone portæ tres, ab austro portæ tres, ab occasu portæ tres.

duodecim † cum illo, & ut mitte

k ret eos prædicare. Et dedit illis po[k]

l testatem curandi infirmitates, & [l]

k eiiciendi dæmonia. † Et imposuit Si

nem qui gratia accepit q̄ alī per laborem. Et impo. eis no. Bo G
aner. quod est filij toni. quorū sublime meritū in monte mere
tur audire tonitruum patris per nubem de filio tonantis. Hic est fi Mat. 17. a.
lius meus dilectus, vt per nubem carnis & ipsi Christi ignem ac ful
gura in pluuiam spargerent in terris: quoniam dominus in pluui- Psal. 134. b
am fulgura fecit, vt extinguat misericor.
dia quod iudicium exurit. vnde: Miseri
cordiam & iudicium cātabo tibi domie. Psal. 100.

Iacobum

## *Nicolaus de Lyra*

cipientes machinari in mortē Christi.
a ¶Cum Herodia. hoc exponitur du pliciter: quia dicūt aliqui, q ipsi Herodiani fuerunt quidam Iudæi, fingentes quandam sectā nouam, dicentes de Herode Ascalonita, qd erat Messias, moti ex falso ītellectu illius qd dr Gene. xlix. b. Non auferet sce. de Iuda: vbi dicitur, q ablatio regni à tribu Iuda erat signum aduētꝰ Messiæ. Iste autem Herodes obtinuit regnum illud, cū tñ esset alienigena, qa pr eius fuit Idumæus, scd̄m q dicit Iosephus & alī historiographi. Et quia Messiam ꝓmissū illi intelligebant regnare temporaliē, nec videbāt aliū regnare tūc in Iudęa, nisi Herodē. ió dixerūt eū esse Messiam: cū tñ prophetia Iacob prædicta eēt scd̄m ꝓfitatem intelligēda de Christo, qui natus fuit tpe dicti Herodis, vt hr Mat. ij. a. Isti igitur habebāt occasionem persequendi Christū, eo q ipsum eē Christū sicut erat scd̄m veritatem, erat cōtrariū sectę suæ. Alī autē dicūt, q isti Herodiani erāt milites Herodis Antipę, q fuit filius prædicti Herodis H
& dñabat in Galilæa, non sicut rex, sed vt Tetrarcha, vt hr Luc. iij. Et iste incarcerauit Iohannem, ex q̄ hēbāt aliquā occasiō nē psequēdi Christū quē p̄dicauerat Iohānes. Et ex his patet malicia pharisæorum q cū peruersis hoīb⁹ tractabāt consilium ad perdendum Christum. b ¶Et Iesus. hoc expositum est Mat. xij. c ¶Et dixit Iesus discipulis suis &c. sibi deser. infirmitatē ostendēs ī se carnis. d ¶Quot quot hab. pla. id est infirmitates varias. e ¶Et spiritus immundi. i hoc ostēdebat virtutem suæ deitatis. vtrumq; em̄ necesse est confiteri fuisse in Christo. s. infirmitatem carnis, & potentiam deitatis. & ideo vtrumque manifestabat Christus in operibus suis. f ¶Tu es filius dei. coniecturaliter loquebantur. g ¶Et uehementer comminabatur eis. Cuius causa assignata est supra in primo capit. h ¶Et ascendens in montem uocauit ad se. Postquàm descripta est Christi Diuisio
prædicatio per scipsum tantum, hìc consequenter describitur eius prædicatio etiam per apostolos. & primò, describit⁹ potestatis collatio. secundò, dictæ collatiōis †Mat. 10. a. Luc. 6. a.

exequutio. vj. ca. ibi: Et vocauit. xij. Circa primum, primò potestas confertur, secundò, dubium remouetur, ibi: Et veniunt ad domū. Circa primum describitur electio apostolorum, & numerus, & nomina eorum, & potestas eis collata, & patet sententia ex his q̄ dicta

sunt. Mat. x. Moraliter

✻ verò consilium faciunt contra Iesum, qui cum humilibus & charitatem habentibus commoratur: & ideo recedit ab eis se elongādo, & humiles eum sequuntur, & à deo salutem consequuntur.
h ¶Et ascendens in mōtem. Per hoc autem quòd apostolos instituit in monte, ꝓ, significauit quòd epi qui sunt apostolorū successores, in superiori gradu sunt ecclesiæ. vnde dicunt ab epi quod est supra, & scopos intentio, quia supra gregem dominicum debēt intendere, vt eum dirigere valeant ad superna. i ¶Et fecit ut essent duodecim. ad significandum, quòd quilibet eorū, per quatuor partes suæ diocesis fidem trinitatis debent prædicare. duodecim enim consurgunt ex ductu quaternarij per ternariū. k ¶Et dedit il. po. curandi infirmitates peccatorum. l ¶Et eijciendi dæmonia. i, excommunicandi superbos & rebelles de ecclesia

✻ Et conue.

a ¶Ia. Qui cura carnis domino vocare supplantauit, & ipsam carnem Herode trucidare contempsit. b ¶Iohā. Beda. In quo est gratia, vt domini gratia. q ob amoris præcipui gratiam quā ꝑ gialilæa ꝓmeruit, supra redemptoris sui pectus in cœna recubuit. c ¶Fi. Boanerges. Quos vnus intonans, vocem theologam (quam nemo prius edere nouerat) emisit: In principio erat verbum &c, quā tanto pondere gravidā reliquit vt sit aliquanto plus intonare voluisse, nec ipse mundus capere potuisset. d ¶Et Andream. Hiero. Qui viriliter vim facit ꝓditionis suæ vt rursum mortis spin se habeat, & animam ꝓ in manibus suis. e ¶Et Philip. Hiero. Qui os lampadis est, qui illumiat ore quod accepit cui datum est ꝓ oris illumiati. Hoc loquutionis genus sæpe scriptura cōmemorat, quā noīa ꝓpter mysteria sunt posita, qd nunc euangelista, ex dei ꝑsona vehemēter affectans interserit. f ¶Et Bartho. Hier. Qui est filius suspendentis aquas illius, scilicet qui dixit. Mandabo nubibus meis, ne pluant. Nomē vō filij dei ꝓpace & dilectionē acquirit. Bti em pacifi. quā fi. d. v. Et diligite inimicos vros, vt sitis filij dei. g ¶Et Matthæū. Qui est donatus, cui nō solū remissio ꝓctorū, sed etiā i apostolorū numero esse dat, vt leo & bos simul comedāt, & lupus cum agno. ¶Nota, q alij euangelistę Matthæum ꝓponunt, & publicanū nō dicunt. Ipse post Thomā se ponit, & publicanū se dicit: h ¶Et Thomā. Hiero. Qui est abyssus. Multiem ꝓfunda sciunt, sed nō ꝓferunt. Vñ Scio hoiem in Christo &c. vsq; q non licet hoi loq. ¶Bed. Thomas abyssus: quia altitudinem virtutis in resurrectione penetrauit. Vel geminus Græce, qd dicitur dydimus. i. dubius ꝓpter dubium cor, quia resurrectionem vix credidit. i ¶Et ia. al. i docti vel milesimi cuius à latere cadent mille, & decem milia à dextris tuis. Hie. Iacobum alphæi, cui non est colluctatio aduersus carnem & sanguinē, sed aduersus ꝓncipes potestates &c. ¶Be. Iacobum alphæi, q & frater dñi dicit: qa Maria alphæi fuit Soror matris domini quam Iohannes Mariā Cleophę dicit fortasse, quia idē Alphæus & Cleophas. Vel defuncto Alphæo post natum Iacobum Cleophæ nupsit: Qui merito filius Alphæi. i. docti inde enim post resurrectionem. statim Ierosolymorum ordinatur epūs, tanquā doctus vel docti filius. k ¶Tadeū. Custos cordis: Hunc Lucas in euangelio, & in actibus apostolorum Iudam Iacobi nominat, quia frater Iacobi fratris domini. Vnde dicitur filius Mariæ matris Iacobi & Ioseph & Iudæ & Simonis. ¶Hiero. & Tadeum qui est corculus. i. Cordis cultor qui seruat cor suum omni custodia: Mundicia namq; cordis videtur deus vt per vitrum mūdum. l ¶Et Simonē. Be. Simō Chananæus à chana vico Galilææ, qui & Simon zelotes. i. æmulator. Chana zelus; chananæus Zelotes. ¶Et Simō Chananæū. qui & Zelotes. Simon ponens vel habens tristiciam. Beati namq; qui lugent, quoniā ip. cō. Trinum luctum implet q cōsolationē q̄ritis futuram. Deflet ꝓpria peccata cum Dauid & Maria: Cū Paulo flet cum flentibus: Et flet multū cum Iohanne q dicebat. Et ego flebā multum, quia nemo dignus inuentus est q aperiat & solui eius. Zelotes autem dr quem cōedit Zelus dom⁹ dei, vt Phinees: & cessauit quassatio. m ¶Et Iudā sca. Qui nō delet pctū suum ꝓ pniam, nec illud deleri ꝓ memoriam. Vnde & peccatum matris ei⁹ nō deleat: Fiat contra dñm sp. ¶Iudas confitens vel gloriosus, Scarioth memoria mortis. Cōfessores mrti sunt in ecclesia superbi & gloriosi quorum prim⁹ Simō magis, & alij hæretici, quorum memoria mortalis in ecclesia celebratur. vt deleat. ¶Hiero. Iudas scarioth à vico in quo ortus, aut à tribu Isachar. Isachar merces, ꝓtium. s. ꝓditiōis. scarioth memoria mortis, qa nō repetente, sed ꝓmeditat⁹ deum tradidit. Hic ꝓuide inter apostos eligit, quia magna vis veritatis quam nec aduersarius minister infirmat. Voluit dñs, pdi à discipulo, vt tu à socio, ꝓditus modestē feras, tuum errasse iudiciū tuū perisse beneficium. ¶Hie. Hi em apli circa tabernaculū dñi per quadrum terni excubant, & sancta dñi ꝙba proprijs operum humeris portant, vt tabernaculum vnum mansionib⁹ multis ad terrā promissionis portent, quos vnius exēplū ad timorem humiliat, vt angelos luciferi casus, vt nō glorie sapiensi sapia sua, sed qui gloriā in dño glorie. n ¶Et uenīūt &c. Be. qui aliorum curam susceperunt, sollicitē custodire debent cōscientiæ domum, vt se prius, inde alios regant. ¶Hieroni. Dom⁹ in q̄ cōueniunt, primitiua ecclesia est. Turbę quæ impediunt panem mādu care, pcta & vitia sunt quia qui māducat corpus domini indigne, iudiciū sibi mā ducat & bi. nō di. c. d. Vñ dominus in furorem vertit cum dicit: Nisi māducaueritis carnem filij hois & bi. e. s. n. h. v. o ¶Et cū audisset &c. Turba freqntat eū, sui tanquā furiosum despiciunt, in quo sal⁹ gentium notatur, & inuidia Iudæorū reprobatur de quibus: In ꝓpria venit & sui eū nō receperunt. p ¶Et scribe. Be. Si quis tarditate mentis nō intelligit verbū dei, remanet tam⁹ spes salutis, si forte intelligant. Qui autem intelligere nolunt & inuertunt qd intelligūt, nulla spes est. Vñ, scribe. i. sapientes &c. q ¶Ab Iero. Qd significat eū à ciuib⁹ suis esse ꝓsequendū vsq; ad mortē. Legimus. ē. quia sequuta est eū turba à Galilęa & Iudęa & Ierosolymis, & trās Iordanem & circa Tyrū & Sidonē, q̄ sunt ciuitates gētilium: & scribę ad Ierosolymis blasphemabāt: qatur ba ppli Iudęorū illū cum palmis & laudibus ꝓduxit gentiles desiderabāt. scribę & seniores ppli de nece ei⁹ tractabāt. r ¶Beelzebub Vir muscarū siue hīs muscas: quo noīe principē dęmoniorū cognoīabant propter sordes immolatiēs cruoris

*Nicolaus de Lyra.*

Quo sunt. Mat. x. hoc excepto. a ¶Boanerges. &c. si. to. Sic em vocati sunt à Christo: quia in transfiguratiōe Christi audierunt verbum dei patris dicentis de Christo: Hic est filius eius dile. &c. Quod quid ē verbum vocat tonitruū sc̄m illū &c. modū loq̄ndi Iob. xxvj. d. Cum vix paruam stillam sermonis eius audierimus, tonitruum magnitudis illius quis poterit intueri? b ¶Et ue. Hic cōsequenter remouetur dubiū: Ex hoc em, q cōtulerat potestatem prædicandi apīs, posset aliquis credere, q in persona propria vellet à prædicatione cessare: quod remouetur per hoc q feruentius prædicauit quām prius. Et iste feruor primō ostenditur in generali. secundō in speciali secundo. Adhuc circa primū dictus feruor primō ostenditur. secundō, irrationabilis loquutio ex hoc insurgens repellit. ibi: Et cum audissent sui. Circa primū dicitur: c ¶Et cōue. ite. tur. ad audiendum verbum dei ab ipso: & ipse ita feruenter intendebat prædicationi, q ipse & discipuli eius non habebant tēpus manducādi. d ¶Et cū audisset. Hīc irrationabilis loquutio insurgens ex prædicto feruore repellitur: & hoc in tribus casibus. Secundus. ponitur, ibi, Et scribę. Tertius ibi: Et veniunt mater eius. Circa primū sciendum q illi qui erant de cognatione sua ex parte matris videntes insolitum feruorem in eo, quia sicut dictum est, propter seruorem prædicandi omittebat horam comedendi. Videbant etiā in vultu eius insolitam claritatem ex virtute diuinitatis proceden tem. Item audiebant eum loquentem de diuinis arduā, & insolita, & p consequens eis non intelligibilia, ideo credebat eum loq sicut arrepticium vel furiosum: ideo voluerunt eum tenere & ligare, ne sibi vel alijs posset nocere: & isti mouebant pietate. Circa casū sc̄m qui pōitur, cum dicitur: e ¶Et scribæ. cōsiderandū, q isti moti cōtra Christum inuidia & malignitate dicebant ipm Christū habere q̄ndā dęmonē priuatū, alijs dęmōibus supiorē: p cuius virtutē expellebat dęmones iferiores à corpibus obsessis ab eis. & ideo Christ⁹ illorū & istoꝝ irrationabilia ꝙba repellit, cū dicitur. Et conuocatis &c. ¶Et conuenit iterum tur. &c. Hoc est contra illos, qui dimittunt opus prædicatiōis, ꝓpter saturitatē comestionis. d ¶Et cū au. &c. exi. te. eū. Sicut illi q sunt feruidi ad seqndū Christū à mūdanis hoibus insani reputāt, & ab eis qui ītū possūt retinētur. Quo potest

a ¶Vocauit ad se. b ¶Supplantatorē.

a ¶Fugitiui.

b ¶Os lampadis vel lampadarum.

a ¶Bedā. virilis, a Græco aner. quod est vir, quia virtuter domino adhęsit. b ¶Os lampadis vel lampadarum, c ¶Filius suspendentis aquas prædicatores ad cælestia, vnde vberius inebrient corda terrenorum ¶Syrum est.

a ¶Donatus. b ¶Abūsus vel geminus, Græce dydimus

a ¶Ad differentiam Iacobi Zebedæi. ¶Docti vel milesimi. b ¶Corculus. i. cordis custos.

a ¶Ponens tristiciam. b ¶Ad differentiam Simonis Petri c ¶Huius casus confirmat alios in hōilitate.

a ¶Memoria mortis.

a ¶Fœlix occupatio saluatoris, fœlix studium turbæ confluentis

a ¶Idiotæ minus eruditi. ¶Etiam,

a ¶Discipuli. ¶Quę faciunt alij magnum, sui despiciunt, quia non est prophęta sine honore nisi in patria sua c ¶Tanq furiosum. d ¶Quia sapientiæ eius altitudinem capere non poterant, alieno sensu loquutum putabant.

a ¶Ex hoc errabant discipuli.

a Sapientes.

a ¶Hoc.

a ¶Hic patitur ipse quod nos pati docuit dicens: Beati eritis cum male dixerint vobis ho. ¶Vir muscarum.

a ¶Quōp̄ōt &c. Be Eligant q̄d volunt.
E Si Sathanas Sathanam non potest ejicere,
nihil cōtra dominum dicūt. Si aūt p̄ōt, recedant à regno ei⁹, quòd diuisū stare non p̄ōt
b ¶Et tunc do. &c. Beda domū diripuit
quia omnes mundi partes à diabolo possessas, apostolis & eorum successorib⁹ quasi diuisas prouincias, vt populos ad fidē conuerterent distribuit. c¶Qui autem blaspe.
Hiero. quia non meretur pœnitentiam agere vt recipiatur. qui Christū intelligēs, principē demoniorū esse dicebat: quia nunq̄ solui tur à carcere qui quadrātem verbi nouissimum non soluerit ante finem vitæ. Quatuor nam q̄ partib⁹ fundatur denarius ꝑterDenari⁹ q̄ tuor ꝓtib⁹
næ vitæ, vt quod corde credis: ore confiteaMat.5.c.
ris: & quod cōfiteris, opere compleas: & qd̄ compleueris, docere non cessaueris. Qui em̄ fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur
Ibidē.12.c in regno cęlorum. ¶Beda. Matthæus dicit: qui blasphemauerit in spiritum sanctū, vel verbum dixerit contra spiritum sanctū, non habebit remissionem neq̄ in hoc sęco, neq̄ in futuro. Vbi ostēdit q̄dam relaxari in futuro. Quod de minimis intelligendū est, vt de sermōe ocioso, de risu nimio: q̄rū etiā hæc vita veniā ꝓmeruit. d¶In æter. Hoc cōtra Origenē, q̄ oīb⁹ pc̄tōrib⁹ veniā ꝓmittit post iudicium trāsactis inumeris seculis.
e ¶Re⁹ erit æter. de. Bed. Nō qa spiritū nōē: vl qa eē, sed nō deū eē: vel deū eē, sed minorem p̄re & filio: quia hoc nō iudia diabolica. sed humana ignorātia, sed, quoniā dice. &c. f¶Fatres. Hiero. Non filij Mariæ semp̄ virgis vt m̄ris Helindi⁹: vl Iesoph ex
F alia vxore, sicut alij garriunt, sed cognati.
Mystice ¶Be. Mystice. Mater & fres popul⁹ Iudæorū ex quib⁹ Christus sc̄d̄m carnē, foris stāt
†25.dist.c. qualis in literali sensu. Turba in domo gētes in spirituali mysterio. Foris volunt Iudæi videre Christum. quia spiritualem intelligentiā nō quærentes, potius ad carnalia docēda eum exire cogunt vel q̄runt, g¶Quæ est mater. Beda Nō refutat obseq̄ matri qui dicit
Exo.20.b Honora patrē & matrē: sed ostēdit se pl⁹ de
†Iudicij. bere paternis mysteriis, quā maternis affecti
†Mar.12.d bus: idē exēplo mōstrauit qd̄ ꝙbo ait: Qui
Luc.8.c amat patrem aut matrē plus quā me, nō est
Mat.10.d me dignus. Nec fratres iniuriosē cōtemnit, sed opus spirituale p̄fecit cognationi, docens meliorem esse copulam cordium quā corporum. h¶Ecce mater mea & cætera. Hiero. Vt sciamus nos esse & fratres eius & matrem si voluntatem p̄ris eius fecerim⁹, vt cohęredes simus quia nō in sexibus, sed in factis discernit. Soror & frater credendo, mater prædicando dum per prædicationem amor Christi quasi ipse Christus in corde auditoris generatur.

## GLO. ORDI. Cap. IIII.

ET iterū cœ. docere Beda. Exiens de domo vbi dæmonium habere dicitur, docet ad mare, vt ostēderet se ob perfidiæ culpam Iudæam relicturum & ad gentes transiturum. Vnde aptē præmittitur, quia prædicante eo in domo, mater & fratres foris steterunt. ¶Hiero. Cœpit docere ad mare, vt locus indicet auditores amaros & instabiles. Et ideo in parabolis loquitur, vt qui non intelligerent: ab apostolis quos cōtemnebant inquirentes discerent mysterium regni quo carebant. Mare mundus est, qui gustatus amarus est, & viriorum fluctib⁹ inquietus; sed ab ipso domino eripiuntur prædestinati, qui amara dulcificat, tristia cōuertit in gaudium, ægritudinem in salutem.

a ¶Vt probet ratione, quia neq̄ mente captus est, neq̄ in beelzebub eiicit dæmonia.
monia. Et conuocatis eis, in para- a
a ¶Vt non intelligant donec capiantur.
b bolis dicebat illis: Quomodo po- b
Hoc. ¶Sicut dicitis me in Beelzebub eiicere dæmonia. ¶Nullo modo quia.
test Sathanas Sathanam eiicere?
¶Causa præmissa. a ¶Vt dæmones pugnēt cōtra se.
Et si regnum in se diuidatur, non c
a ¶Discordia maxima res dilabuntur.
potest stare regnum illud. Et si d
¶Aliter probat idem. b ¶Contra. ¶Pugnando
domus super semetipsam dispertiatur, non potest domus illa sta-
¶Ergo ¶De cuius regno estis. ¶Contra.
re. Et si Sathanas cosurrexerit in semetipsum, dispertitus est, & non poterit stare, sed finem ha-
a ¶Vos dicitis, quia in Beelzebub eiicio dæmonia, sed nemo po. &c. b ¶Homines a diabolo deceptos. c ¶Diaboli:
bet. Nemō potest uasa fortis in- e
a ¶Be. Mundum in maligno positum, in quo vsque ad aduentum Saluatoris quasi in pacato imperio sine contradictione quiescebat.
gressus in domum diripere, nisi
a ¶Diabolum. b ¶à seductione compescat
b prius fortem alliget, & tunc do-
a ¶Ereptos a diabolo ecclesiæ adunauit. & per distinctas graduū dignitates ordinauit.
mum eius diripiet. † Amen dico
¶Dicitis me immundū spiritū habere, sed. ¶Hæc cōtra Nouatianū qui in martyrio lapsis veniā negat.
uobis, quoniam omnia dimitten-
¶Digne pœnitētibus. a ¶In quoslibet. b ¶In deū.
tur filiis hominum p̄ccata & blas-
phēmiæ, quibus blasphemaue-
a ¶. i. qui intelligens opera dei, cum negare nō possit ex inuidia contradit: & opera spiritus sancti dicit esse Beelzebub.
c runt. † Qui autem blasphema- a ¶Quia pœnitere digne, non potest.
uerit in spiritum sanctū, nō ha-
d e bet remissionē in ęternū, sed reus
a ¶Quia similis diabolo, contra cōscientiam suā maiestatem dei oppugnat. b ¶Quia ipse delinquit qui nunquam pœnitet.
a ęrit æterni † delicti: quoniā dice-
f bāt, spiritū immundū habet. † Et
¶Bo prædicante. ¶Populus Iudæorum. a ¶In litera-
g ueniūt mater eius & fratres & fō- g
ris stantes miserūt ad eū uocan-
a ¶Foras. b ¶Be. In spāali intelligētia quiescebat. ¶Gentilium.
a tēseū. Et sedēbat circa eum turba,
b & dicūt ei: Ecce mater tua & fra-
a ¶Nos quoque si foris stemus, non cognoscemur.
tres tui foris quęrūt te. Et rndens
g eis ait: Quę est mater mea, & fra-
¶Vt attentos faciat.
tres mei? Et circūspiciens eos qui
h in circūitu eius sedebāt, ait: Ecce
mater mea, & fratres mei. Qui e-
a ¶Propter vtrumq̄ sexū fidelium.
nim fecerit uoluntatē dei, hic fra-
ter me⁹ & sorōr mea & mater est.

## Cap. IIII.

¶Bodē die. vnde Matthęus post superiorē sermonē, cōtinuo subiūxit. In il. d. ex. &c.
i †ITerū cœpit do- i
¶Gētes tumidas & amaras.
cere † ad mare, &
a ¶Be. Frequētia populorū ad fidem confluentium.
k cōgregata est ad eū turba multa,
ita ut in nauim ascēdēs sederet in
l mari, & oīs turba circa mare sup
¶Infidelium.
m terrā erat: & docebat illos in pa-
rem. k ¶Nauim ascendens se. in Gma. Sed Ecclesiam, quæ est in mari inter infideles, quam deus gratia suæ visitationis illustrat, & dilectam sibi mīsionem cōsecrat. l ¶Et omnis turba circa mare. Hiero. Hi sunt qui nup̄ ad audiendum verbum venerunt, & inde pietate animi, ab amaritudine reproborū tanquam à mari, sequuti sunt: sed nōdū cum domino in naui sunt, quia nondū cælestibus mysteriis vel sacramentis quę desiderant imbuti sunt. m ¶In parabolis multa. Parabola est rerum natura discrepantium sibi sub aliqua similiParabola quid sit.
tudine facta comparatio. More suę prudentiæ loquitur, vt qui cælestia capere
non poterant

## *Nicolaus de Lyra.*

a ¶Et conuocatis eis. Quia rōnabiliter loquendo, ostendit se non esse furiosum. Et vera & sancta docendo, oīdit se non habere dæmonem priuatum cum sit pater mendacij, vt habetur Ioh. viij. Cætera patent ex his quæ dicta sunt Matth. xij. f ¶Et ueniunt mater ei⁹ & fratres. Hīc consequenter ponitur tertius casus: Ipso enim prędicante nunciatum fuit sibi ifidiosē, quòd mater ei⁹ †Matth. & fratres stabant foris ad tentandum, si Lucæ. ex affectu carnali ad matrem dimitteret vel interrumperet prędicationem: & ipe hoc verbum malignum repulit rationabiliē vt patet ex his q̄ dicta sunt. Mat. xij.
*b ¶Quō potest Sathanas Sathanam eijcere. Hoc autem moraliter fit Moralitas quando vitiū vnum aliud expellit, vt pdigalitas auarici⁹, vel ecouerso. c ¶Et si re. in se diuida. Regnū animę diuiditur, quando sensualitas rationi contrariatur. d ¶Et si domus super se. Hoc contingit, quando ī eodem homine habitus malus ad aliquid declinat, cui conscientia recalcitrat. e ¶Nemo potest uasa for. Iste fortis est fomes, qui forti- H
ter inclinat ad malum, sed per rationē fortiter alligtur. quando virtutis habitus in irascibili & concupiscibili pbonum exercitium confirmatur, & tūc eō vasa, id est opera dissipantur. f ¶Et ueniunt mater eius & fratres foris stā tes. Christi mater, & eius fratres possūt dici synagoga & Iudæi, qui foris stare dicuntur Christo prædicante, quia gentibus Christo credentibus synagoga cū Iudæis extra fidem mansit pro maiori parte.

## *NIC. DE LYRA.*

ET iterum cœ. Hīc Cap. IIII. cōsequēter ostēditur feruor p̄dicandi in spāli. Et primò describit feruor prædicationis sed ò, ex hoc insurgens liuor æmulationis: in principio. vj. ca. Circa primū euāgelista primò describit prędicationis typum. secundò, prædicationis fructum, ibi: Et dice. Sic est regnum dei. tertiò, cōfirmās miraculum, ibi: Et ait in illa die. †Lucæ. Circa primū priò describit prædicationis Christi tempus & modus. secūdò prę †iuxta dicationis parabola siue typus, ibi: Ecce exijt seminās. tertiò, huj⁹ ꝓbolæ aperit intellectus, ibi: Et cum esset singularis. Et ista pars diuiditur in duas: quia Diuisio primò aperitur intellectus parabolæ ✠apostolis ipe. Moralitas
Moraliter. g ¶Et iterum cœpit: docere ad mare, & cong. Sequitur.
*Ecce exij

non poterant, per similia
A tudinem terrenā auditam
†Mar.13.a Luc.8.a pcipere potuissent. Grȩcè, sistrudo dicit qñ qd' intelligi volum⁹, p aliqs cōparationes indicam⁹, vt ferrū, aliquē durū, velocē vētis cōpam⁹ & auib⁹. Idē fit in trigesimo sexagesimo & centesimo fructu, i. lege, pplicia, & euangelio, qp in ore
Matt. 17.a triū testiū mysteriū regni in monte ostensum, i. Moysi Eliæ & Iesu consistit.
a ¶ Aliud cecidit secus uiam: & uenerunt uo-
Luc.viij.a lucres &c. Lucas: Et conculcatum est, & volucres cæli comederūt. Via mēs, metu carnalium cogitationum trita, vnde semē perit nec fructum affert, & q̄ volucrib⁹ rapit. i. à dæmonibus. Qui volucres cæli dicūtur, siue quia cælestis & spiritualis naturę, vel, quia i aere habitāt. b ¶ Hi aūt
†Mat.13.b sunt. qui circa uiam ubi semiatur uerbū &c. Differentias ponit eorum
Prouc.7.a †Exterius. qui audiūt verbum. Sunt autē quidā, vt gentiles, qui nec audiūt. c ¶ Reli. cō. & c. suf. uer. Quod pcetū est, pcipit cm: Cōcupisces sapiam, serua mandata &c. Et alibi: Btūs vir qui ti
B met dām in mandatis eius volet nimis. Hę cōcupiscētiæ bonæ, q̄ reliq̄ cōcupiscit, & aberrat. d ¶ Lucerna. &c. Hiero. Lucerna. ꝟ bum dei. Modi⁹ aut lectus audit⁹ inobedientiū. Candelabrum, apostoli: quos illuminauit verbum dei. Absōditū & occultū, qd' palā fit cum à dño tractat ¶ Bed. modi⁹, vita nra diuina pscientia mensurata. Lectus caro, in qua quiescit anima. Lucerna verbū quod illuminat. Qui ergo amore pśentis vitæ & carnalis illecebrę occultat verbum dei, quasi sub modio vel lecto lucernam operit, quia ei carnis concupiscētias prę ponit. e ¶ Nōne ut super candelabrum ponatur. Bed. Vt domi
†Mat.5.b. Luc.8.c &11.e netur prędicatio veritatis, subsit seruitus corporis, p quam tamen excelsior apparet doctrina tanquam per candelabrum lucerna. f ¶ Non est enim aliquid &c. Q. Nolite erubescere euangelium, quia nihil occultū modo, quod non fiat palam in iudicio, quando illuminabit deus abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium vbi vobis à deo laus
†In propatulum. illis autem pœna æterna. g ¶ In qua mēsura mē. &cætera. Hieronimus. Etenim

rabolis multa, & docebat illos in doctrina sua. Audite:
a ¶Christus. ¶De sinu patris in mundum, vel de Iudæa ad Gentes. vnde Habacuc Egressus es in salutem populi tui. b ¶Verbum per se vel per suos.
†Ecce exiit seminans ad seminādum. Et† dum seminat: a
¶Circa.
b aliud cecidit secus uiam: & uenerunt uolucres, & come
¶Bed. Duriciam proteruæ mentis.
derunt illud. Aliud uerò cecidit super pętrosa, ubi nō ha
a ¶Be. Leuitatem animi obedientis. b ¶Be. Quia audito verbo ad horā delectantur.
buit terram multam & statim exortum est, quoniā non
a ¶Probitatem animi cælesti disciplina exercitati, & ad obediendum regulariter instituti. b ¶Feruor persequutionis.
habebat altitudinē terræ, & quādo exortus est sol, exæ
a ¶Firmi desideri. b ¶Quia huiusmodi ad horam tantum audito sermone delectātur.
stuauit, & eò q̄ non habebat radicem, exaruit. Et aliud ce
a ¶Corda diuitiarum cura sollicita. b ¶Multiplicatæ sunt diuitiæ.
c ¶Nec potest fructificare verbum.
cidit in spinas, & ascēderunt spinę, & suffocauerūt illud,
¶Ideo. ¶Fidelem mentem.
& fructū non dedit. Et aliud cecidit in terrā bonā, & dabat fructū ascendētem & crescētem: & afferebat unū tri
a ¶Fidem sanctæ trinitatis. ¶In coniugatis, quod significat index & pollex, ad significandum tricenarium quasi blando osculo iunctī. b ¶In viduis. c ¶In virginibus.
d ¶Significat se alta dixisse.
ginta, & unum sexaginta, & unū centum. Et dicebat: Qui
a ¶Cordis. b ¶Intelligat. c Secretus a turba.
habet aures audiēdi audiat. Et cū esset† singularis, inter b
a ¶Discipuli.
rogauerunt eum hi † qui cū eo erant duodecim parabo
a ¶Qui mecum, non his qui foris sunt. b ¶Secreta scripturarum.
lam. †Et dicebat eis: Vobis datum est† nosse mysterium
a Nolunt accedere. b ¶Non in naui mecum. c ¶Non modo verba, sed & facta: quia non poterant capere spiritualia, quæ in eis tegebantur.
regni dei: Illis autē qui † foris sunt, omniā in parabolis
a ¶Exterius. b ¶Exteriora. c ¶Corde. d ¶Exterius.
fiunt, ut uidētes uideant, & nō uideāt, & audientes audiāt,
¶Corde. a ¶Id est vt non. b ¶Q. Ideo non conuertuntur, nec remittuntur eis peccata.
& non intelligāt, nè quando cōuertātur, & dimittantur
a ¶Excitat attentionem.
eis peccata. Et ait illis: Nēscitis parabolam hanc: Et quo
modo omnes parabolas cognoscetis? Qui seminat uer
¶In quibus.
b bum seminat. Hi autem sunt qui circa uiam ubi semina
tur uerbū, & cùm audierint, cōfestim uenit Sathanas &
a ¶Quia nulla fide, nullo intellectu, vel tentandæ vtilitatis occasione percipiunt.
aūfert uerbum quod seminatū est in† cordibus eorū. Et
¶Be. Hi vtilitatem probant, desiderium gustant, sed aduersa impedit quæ formidant.
hi sunt similiter qui super petrosa seminātur, qui cū audierint uerbū, statim cum gaudio accipiūt illud, & nō ha
¶Fidem firmam. a ¶Ad tempus credunt. ¶Ergo. b ¶Interiori.
bent radicē in se, sed† tēporales sunt, deinde orta tribulā b
a ¶De loco in locum.
tione & pśequutiōe propter uerbū, cōfestim scādalizan
¶Diuitiis, quæ diuersiscuris pungunt, quia permultis indigent, qui permulta possident.
tur. Et alij sunt qui in spinis seminātur, hi sunt qui uerbū
a ¶Curarum. b ¶Appetitus deficiens.
c audiūt, & † erumnæ seculi*, & decęptio diuitiarū & circa
a ¶Acquirendi. b ¶Id est strangulant guttur mentis, nec bonum desiderium ad cor transire sinunt.
reliqua cōcupiscētiæ introeuntes suffocānt uerbum, &
¶Fidelem conscientiam.
sine fructu efficitur. Et hi sunt qui super terram bonam
a ¶Beda. Hi excipiunt, conseruant, & fructificant.
seminati sunt: qui audiunt uerbum & suscipiūnt, & fru
a ¶Fidem trinitatis in electorum cordibus. b ¶Perfectionem bonæ operationis, quia sex diebus ornatus mundi expletus est. c ¶Be. Perpetuam beatitudinem, quia centenarius a leua transfertur in dexteram digitali computatione.
ctificant, unum triginta, unum sexaginta, & unum cen
a ¶Q. Vobis datum est n. m. r. sed cæteris per vos idem mysterium reuelandum. & ideo carnali timore non absondatis. ¶Verbi dei.
d tum. Et dicebat illis: † Nunquid uenit lucerna, ut sub d
a ¶Vita vestra. b ¶Carne.
e modio ponatur, aut sub lecto? Nonne ut super can e
a ¶Corpus. ¶Vt dominetur.
f delabrum ponatur? † Non est enim aliquid absconditum, f
¶Aīs reueletur.
tum, quod non manifestetur: nec factum est occultū, sed
a ¶Intelligēdi verbō dei. b ¶Moriæ, mādet. ¶Nō se subtrahat, nō auditū ad fabulas cōuertat.
ut† in palā ueniat. Si quis habet aures audiēdi, audiat. Et g
a ¶Q. Omnia quæ potestis soleter facite, quia in qua mēsura mensi fue reme. vo.
g dicebat illis: Videte quid audiatis. † In qua mensura

Etenim secundū mesuram D
Ifidei vnicuiq; diuidit intel † factū est
ligentia mysteriorum, & dū semina
adijcietur nobis donū sciē ret.
tiæ, etiā adijcētur virtutes
¶ Qui em

## *Nicolaus de Lyra.*

c ✝ apostolis specialiter. secundo prędicitur aperiendus per apostolos omnibus generaliter, ibi: Nunquid venit lucerna, Tres primę partes exponitę sunt Matthæ. xiij. paucis exceptis. b ¶ Et cū esset singularis ĩterrogauerūt eū hi qui cum eo erant duodecim para. i. extra pressuram turbarum tunc exposuit parabolam apostoli. c ¶ Nunquid uenit lucerna: ut sub modio ponatur & cæ. Hīc †solitari⁹
ostenditur doctrina euan- †qui circū
gelica per apostolos publi illū erāt cū
canda Quod factū est post duodecim
ascensionem Christi ad cęlos. tūc enim dispersi sunt †scire
per orbem vt in omnem terram exiret sonus prædicationis eorum: & etiam ante passionē Christi missi sunt ad prædicandum, nō tamē ita diffuse: & hoc est qd' dicit: ¶ Nunquid ue. lucer. idest doctria euangelica secundum illud Pā.118.o
Pā. Lucerna pedibus meis †corde
verbum tuum &cætera.
gnificatur quælibet persona verē de peccatis pœnitens & cōtrita: Ad qd⁹ requiritur, ꝙ sicut deū offendit per culpā ita seruiat ei per pœnitentiā. Roma. vj. d. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immūditie & iniquitati ad iniquitatē, ita exhibete nunc seruire iustitię in sanctificationem. Et sic fecit mulier ista. Vnde dicit Gre. Hom. xxv. Liquet fratres ꝙ illicitis actibus prius mulier intenta, vnguentū sibi pro odore suæ carnis adhibuit. Quod ergo sibi turpiter exhibuerat, hoc iam deo laudabiliter offerebat. Oculis terrena concupierat, sed hos iam per pœnitentiā conterens flebat. Capillos ad compositionem vultus exhibuerat, sed iam cum capillis maculas tergebat. Ore supba dixerat, sed pedes domini osculans, hoc in redemptoris sui vestigia figebat. Quot ergo in se habuit oblectamenta: tot de se inuenit holocausta. Conuertit ad virtutum munera numerum criminū, vt totum seruiret deo in pœnitentia quod

†Matxi.g
†pedes

quid ex se deum contempserat in culpa.

✱Videns autem

A a ¶In do. In cuius cuiq; domo ĩteriore cognoueris sapiẽtiã & iu
☞ sticiã recũbẽtẽ, recurre ad pedes. i. ad extremã sapiæ ptẽ, ingre la-
chrymis cõfiteri pẽã, expãde capillos id est ĩterne añ eũ cunctas
corpis tui dignitates: osculare. i. nihil nisi sapiẽtiã loq̃ris. b ¶At
tulit. Quot habuit ĩ se oblectamẽta, tot de se iuenit holocausta.

Moraliter ¶Moraliter. Affert vnguẽtũ: quia bona
opera agit: quib⁹ ecclesiã odore bonæ opi
1.Cor.2.d nionis respergit. Vnde dicitur: Christi bo-
nus odor sumus deo &c. ¶Hic. Alabastrũ
vnguenti. i. corpus cũ fide, stãs retro. i. post
ascensionẽ dñi, secus pedes. i. apostolos, la-
chrymis rigãbat. i. charitate ĩterna in deo:
capillis tergebat. i. supfluos cibos & vesti-
mẽta dat: osculatur, cũ oĩbus patẽ habet.
Debebat denarios qngẽtos: hæc sunt pẽã
gẽtiũ qnq; sensib⁹ cõmissa, alius quinqua
ginta id est peccata Iudæorũ. c ¶Secus
pedes. Cõtra pedes stat, qui in peccatis po
situs itinerib⁹ domini renititur. Sed qui ad
pœnitentiã post pẽã cõuertit, iã retrò sec⁹
pedes stat, dũ vestigia dñi quæ impugna-
bat, sequitur: Lachrymis pedes rigat, q̃ san
ctorũ tribulatiõib⁹ cõpatitur: qui tristiciã
illorũ putat esse suã, qui vltimis membris
Christi inclinatur per affectũ cõpassionis.
Capillis (q̃ corpori superfluũt) pedes quos
rigauerat tergit, qui de terrena substantia
quæ superfluit sanctis, quibus ex charitate
cõpatitur, incipit misereri. Pedes osculat, q̃
studiosẽ diligit illos quib⁹ sua largitur, ne
sit grauis tribuẽti necessitas proximi. Vn
gũẽto vngit, qui bene operãdo bonæ opi
nionis odore alios respergit, & ad bñ ope-
rãdũ exẽplo suo inducit. Vel potest per pe
des, caro Christi significari, quam oscula-
mur, dũ mysteriũ incarnationis eius diligi
B mus. Vngim⁹, dũ ipsius humanitatis potẽ
tiã sacri eloquĩ bona opiniõe prędicam⁹.
Sed pharisæus hoc vidẽs inuidet, qa cũ Iu
dæi gentiles vidẽt prædicare deũ, sua mali
cia tabescũt. Quibus dñs bona gentilitatis
enumerat, vt cognoscãt in quib⁹ malis ipsi
Beda iacẽãt. d ¶Cœpit riga. Maria soror La
Luc.7.f zari bis eodẽ functa est officio: Semel ĩ Ga
lilæa cũ primò accedit cũ humilitate & la-
chrymis, vbi & remissionẽ pctõrũ accepit.
ohã.12.d Sed ò, in bethania, nõ iam peccatrix noĩa
ta, sed casta, & iõ deuota: ibi pedes, hic ca
put inũgit. ¶Moraliter. Sic quoq; fidelis
Moraliter aĩa pri⁹ ad pedes domini humiliata à pec
catis absoluenda incuruatur: post crescẽti-
bus meritis fragrãtia lætæ fidei, domino
quasi caput odore persundit aromatũ. Sic
etiã vniuersalis ecclesia in præsenti: Chri-
sti incarnatiõis (quæ pedũ noĩe signatur)
†Vter eũ &c. mysteria celebrãdo, deuota redẽptori red
†Estimo dit obsequia. In futuro etiã humanitatis ei⁹
c gloriã & diuinitatis æternitatẽ (qa caput
f Christi est deus) simul intuendo: ppetuis
cõfessionũ laudib⁹ quasi pistica nardo glo
Mystice rificabit. ¶Mystice. Duo debitores, duo
populi sunt, qui deo creatori debent num
mũ. i. animam suã, regis imagine insignitã,
& ad seruandũ sibi commissam. Vtriusq;
debitũ populi per quinariũ multiplicatur
quia quinq; sensus sunt quibus in hac vita
vtimur, quibus imaginẽ cõditoris quã ac-
cepimus extollere debemus. Sed minus de
bet Iudæus cui decalogus legis p seruũ daf
plus debet Christianus, cui per filiũ gratia
vitæ cõmittitur. Ideo Iudæi per denariũ,
Christiani per centenarium numerũ fœn⁹
accumulant. Sed quia neuter suis viribus, sed gratia dei per fidẽ
saluatur. Rectè dicitur: Non habentibus illis unde red. do.
utriscq;. Plus ergo diligit ecclesia gentium q̃m Iudæus, quia ei is se
cundum præsentem statum maior ei gratia confertur, & secũdũ
præteritum de maiori fœditate extrahitur: plus debet qui pl⁹ ac-
cepit. Nullus potest tantũ diligere, q̃tum ea quæ in pluribus di-
ligit.

ligit. e ¶Is cui plus. Secundũ homines plus fortasse offendit, C
qui plus debuerit. Sed per misericordiã domini causa mutatur,
vt amplius diligat qui ampli⁹ debuit, si tamẽ gratiã cõsequatur.
f ¶Rectè iudicasti. Sua sententia pharisæus cõuincitur: quia
sicut freneticus funẽ portat ex quo ligetur. g ¶Intraui in do
mum. Intraui carne assumpta in populũ
Iudæorũ. h ¶Aquã pe. Aqua extra nos
est, humor lachrymarũ intra nos. Infidelis
autẽ populus, nec exteriora pro domino
incarnato tribuit. Cõuersa gentilitas nõ so
lũ substãtiã, sed & sanguinẽ p domino fu
dit. ¶Osculũ, dilectionis est signũ, & infi-
delis populus ex dilectiõe ei seruire noluit,
cui tamẽ ex timore seruiuit. Sed gentilitas
vestigia osculari nõ cessat, quia in ei⁹ amo
re cõtinuẽ suspirat. ¶Oleo caput meũ
non un. Et si populus ille in deũ se credere
& nõ in hominem fatebatur, tamen ipsam
potentiã diuinitatis quæ per miracula ap-
parebat digna laude prædicare neglexit.
Sed gentilitas dum mysteriũ incarnatiõis
credit, summa laude etiam infima eius prę
dicat. ¶Aquam pedibus. Enume-
rãtur bona peccatricis, & mala falsi iusti.

☞ Remittũtur

manducaret cum illo. Et ingres[a] sus domum Pharisæi discubuit.
Et ecce mulier quæ erat in ciui[b]
¶Iam pœnitens.
a ¶In domo Pharisæi pec-
catrix meretur veniam, quia cogitatio pec-
cati per legem, sic lex mittit ad gratiam.
tate peccatrix, ut cõgnouit q̃
[c] Iesus accubuisset in domo Pha
a ¶Prætendit præripere gratiam hospitis.
b ¶Genus est marmoris, in
quo incorrupta seruantur vnguenta.
risæi, attulit alabastrum un-
c guenti: & stans retro secus pe
a ¶Oculos quibus terrena con
cupierat, iam per pœnitentiam conterens
plorat.
d des eius, *lachrymis cœpit ri-
a ¶Quos ad compositio-
nem vultus exhibuerat.
gare pedes eius, & capillis ca-
e a ¶Lachrymas. b ¶Ore quo superba dixerat.
pitis sui tergebat, & osculaba-
f a ¶Quod sibi pro odore suæ carnis adhibuerat.
tur pedes eius, & unguento un-
g a ¶De falsa iustitia
superbus, nulla compassione naturę motus,
suæ fragilitatis oblitus.
gebat. Videns autem Phari-
h sæus, qui uocauerat eum, ait in-
i ¶Medicum reprehendit, qui a subuenit.
tra se, dicens: Hic si esset pro-
pheta sciret utique quæ & qua-
k a ¶Vnguentum eius vitare deberet.
lis est mulier quæ tangit eum:
a ¶Ægram reprehendit de ægritudine.
quia peccatrix est. Et respon-
l ¶Conuincens superbum & sub specie mu-
lieris commendans ecclesiæ meritum.
dens Iesus, dixit ad illum: Si-
mon, habeo tibi aliquid dicere.
m At ille ait: Magister, dic. Duo
debitores erant cuidam †fœnera-
tori: unus debebat denarios
quingentos, & alius quinqua-
ginta. Non habentibus illis
unde redderent: donauit utris-
que. † Quis ergo eum plus dili-
n gat? Respondens Simon, di-
e xit: † Æstimo quia is cui plus do
f nauit. At ille dixit ei: Rectè iu-
¶Per misericordiam.
dicasti. Et conuersus ad mulie-
a ¶Corporaliter quidem
vides, sed mysterium non vides.
rem, dixit Simoni: Vides hanc
¶Iam olim intranit cum legem dedit.
o mulierem? Intraui in domum
h tuam: aquã pedibus meis nõ de-
disti. Hęc autẽ lachrymis rigauit
pedes meos, & capillis †suis ter-
p sit, Osculũ mihi nõ dedisti: hæc

†creditori

†capitis sui

Nicolaus de Lyra.

✠a ¶Et ingres. Legitaũt Christ⁹ mãdu
casse cũ pctõrib⁹, vt eos ad pniam ꝓuoca-
ret, vt habeẽ Mat. ix. Itẽ cũ amicis familiari
bus vt eorũ deuotionẽ nutriret, vt dr Io.
xij. de Martha & Maria. Itẽ cum cognatis
pauperib⁹, vt eorũ inopiã suppleret, vt ha
betur Io. ij. de nuptijs: vbi deficiente vino, D
Christus aquam vertit in vinũ. Itẽ cũ pha-
risæis superbiẽtibus vt eorũ superbiã cõfu
taret, prout hic habetur, vt videbitur ꝓse-
quendo. b ¶Et ecce mu. de peccatis suis
plenẽ & perfectẽ cõtrita. c ¶Et stans re
trò. quia præ verecundia sui peccati nõ au-
debat se anteponere. d ¶Lachry &c. Ex
quo patet magnitudo cõtritiõis ex qua tã-
tũ fluxit, q̃p poterãt lauari pedes vni⁹ hoĩs
nudis pedibus incedẽtis. e ¶Et ca. quib⁹
ante ad cõpositionẽ vultus sui fuerat abu-
sa. f ¶Et oscu. vt totũ deo seruiret in pœ
nitentia, quidquid ex se deũ cõtemplerat in
culpa, secũdum q̃p dicit Greg. g ¶Et un-
gũẽto. Ad refrigeriũ caloris & mitigatio
nẽ doloris ex labore itineris. h ¶Videns
autẽ. Hic cõsequẽter ponit⁹ pharisęi indigna
tio. vñ subdit: i ¶Ait intr. &c. p. verus
sciens occulta. k ¶Sciret u. Et per conse-
quẽs nõ permitteret se tangi ab ea. l ¶Et
respon. Ad cõfutationẽ illius. Per hoc em
q̃p respondit ad eius cogitationẽ quæ soli
deo nota est, ostendit se plus q̃m prophetã.
m ¶Duo debito. Parabola est, vt conue
nientius cõcludatur cõtra pharisæũ de sua
respõsiõe. Quę subditur, cũ dicit: n ¶Re
spondens &c. qa amor in humanis plæ-
rũq; causatur ex præcedẽtibus donis, & p
cõsequẽs maior amor ex maioribus donis.
Consequẽter eũ Christus redarguit ex tri-
plici defectu pietatis, cũ dr: o ¶Intrauĩ
do. qui tamẽ erant fessi & dolẽtes ex labo-
re itineris, & lutosi seu pulueriẽti, eo q̃p si
ne calciamẽtis incedebat. Sed ò, ex defectu
charitatis, cũ dicit: p ¶Osculum mihi.
q̃d est amicitiæ signum. Tertiò, ex defectu
✠hilaritatis
✠b Videns autẽ. Per istum qui Christũ Moraliter
notauit de ignorantia, & mulierẽ de immũdicia, significat hypo
crita de sua falsa iustitia præsumẽs & alios cõtẽnẽs: qa sicut dicit
Iohãnes os aureũ: Vera iustitia cõpassionẽ habet falsa verò indi
gnationẽ; ppter q̃d iste pharisæ⁹ arguit, de pietatis omissione in
modicis respectiue, & mulier cõmẽdat de maioribus valde, cũ dici
tur: o ¶Intra. &c. propter q̃d sibi dicitur: Remittuntur ti.

Ea ¶ Remittuntur ei peccata. In domo Pharisæi. i. in custodia legis & pphetarū: nō pharisæus incredul⁹, sed peccatrix pœnitēs glorificatur, quia ardor charitatis, in ea rubiginē delictorū cōbus sit. b ¶ Et cœperūt qui simul. Sanata ægra, de salute eius alij ægrotāt c ¶ Fides tua te saluā fecit. Fides saluam fecit, quia qđ petijt, posse accipere non dubitauit: quia iam spē ab illo acceperat, à quo salutem quærebat.

## *Nicolaus de Lyra.*

¶ Hilaritatis seu læticiæ quæ nōie olei designat, vt dicit Pſ. xliij. b. Propterea vnxit te deus deus tuus &c. Tria autē dicta requiruntur in hospitalitate gratiosa. Et ecōtra laudat mulierem de triplici perfectione opposita, vt patet in litera. Et ideo conduditur: a ¶ Remittūtur ei peccata multa &c. Videtur autē, q̄ deberet dici cōtrariū: qa primò prædixerat donū esse causam amoris, hic autem econtrario infert amorē esse causam doni. Dicendum ad hoc, q̄ primò in parabola loq̄bat modo humano, vbi amor ex dono causatur. Sed in applicatiōe parabolę ad ꝓpositū cōuertit se ad loquendū de amore dei erga nos, qui nō ꝓcedit ex bonis meritis nostris, sed magis causat bonū in nobis. & ideo cōuenienter concludit dicto modo. ¶ Vel aliter pōt dici, q̄ in peccato sunt duo remittenda. s. culpa & pœna. Culpa aūt ex dei liberalitate remittitur, cum nullum bonum meritorium possit esse in nobis sine gratia, quam nō habemus ante culpæ remissionē, sed habita gratia, & culpa dimissa, adhuc remanet pœna remittenda, ad cui⁹ remissionem facit bonū opus nostrū charitate informatum. Et de hac remissione loquitur dominus. Vnde sequitur: Cui autē minus dimittitur, minus diligit. Remissio autē culpæ, aut nulla est, aut totalis simul: sed remissio pœnæ fit per partes & non tota simul, de cōmuni cursu, licet aliquādo fiat tota simul propter feruorem pœnitentis & exliberalitate dei: & hoc fuit in proposito in hac muliere. Ideo sequitur: b ¶ Remittuntur tibi peccata. Nō solum q̄tū ad culpam, sed etiam q̄tum ad pœnam ex vehementi amore dei & horrore peccati præteriti. c ¶ Quis est hic qui &c. Hoc dicebant, qa videbant tantū humanitatem exteri⁹ apparentē: sed ignorabant deitatē interius latentē, quæ pōt peccata dimittere. d ¶ Fides tua saluam te fecit. Quia ista fides fuit formata charitate, & ideo fecit habentem dignam vita æterna. De ista muliere peccatrice dubitabant aliqui doctores vtrum fuerit Maria soror Lazari vel alia: De quo dictum est, quid sentiant doctores: Iohā. xij. Ibi enim hoc posui; quia prius scripsi super Iohannem q̄ super Lucam.

¶ In ca. vij. vbi dicitur in postilla: Videtur aūt, q̄ deberet dici cōtrariū: qa primò dixerat donū esse causam amoris.

## *ADDITIO.*

Stant simul, q̄ donum sit causa amoris: & amor causa doni, etiam loquendo de amicitia modo humano. Quod sic patet: Nam amicitia humana secundum philosophum in. viij. Ethicorum triplex est scilicet vtilis delectabilis, & honesta. Sed constat q̄ amor in amicitia vtili, causat ex dono seu vtilitate ab amato habita seu spectata. In amicitia verò honesta, causatur amor ex virtute amantis, quæ amatum diligit, nō propter donum vel vtilitatē habitā vel cōsequendam, sed propter virtutem ipsius amati; ex quo amore causatur, q̄ vult amato bonum, & bonum operatur ei q̄tum in se est, vt verus amicus, & sic in amicitia honesta amor est causa doni. Vnde nulla contrarietas in hac parabola, nec in eius applicatione sane intellectis reperitur, etiam loquendo vtrobiq; secundum modum humanum. Nā primò in parabola Christus loquitur modo humano secundum amiciciam vtilem, vbi amor ex dono causatur. Vnde rectificat iudicium Simonis dicentis, q̄ is cui plus donauit, plus diligit. Secūdò verò in applicatione loqtur etiam mō humano secūdū amicitiā honestā, quæ procedit ex virtute seu meritis amātis & amati: sec⁹m quā amās certificat⁹ de amicitia quā amatus habet erga amantem (quæ quidē amicitia secūdū philosophū vbi suprà, est virtus, vel nō sine virtute) puocatur ad amorem sui amati: & per consequens ad impendendū ei bona. Et de hac amicitia loquitur, cum dicit: Remittunt ei peccata multa &c. Quod autem sequitur: Cui autem min⁹ dimittitur, minus diligit, Potest vno modo intelligi secundum amicitiā vtilem, & sic correspondet principio huius altercationis vbi dicebatur, q̄ is cui plus donauit, plus diligit &c. Alio modo potest ¶ intelligi de amicitia honesta, de qua vltimo loquitur, vt sit sensus. Causa autem quare alicui minus dimittitur est, quia minus diligit. Et sic est amor causa doni. Vnde nulla contrarietas in huiusmodi reperitur, cū de diuersis amicitiæ speciebus loquantur, & vtrobiq; secundum modū humanū.

Amorisca, quō & q̄n sit donū & conuerso

autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti, hæc autem unguento unxit pedes meos. Propter
a quod dico tibi: Remittuntur † ei a peccata multa, quoniā dilexit multum. Cui autem † minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam: Remittuntur* tibi peccata. b
b Et cœperūt qui simul accumbebāt dicere intra se: Quis est hic qui c etiam peccata dimittit? Dixit au-
¶ Quia intelligunt hoc opus esse solius dei.
¶ Confortans fanatam per pietatis sententiam.
c tem ad mulierem: Fides tua te sal- d
a ¶ Ne a via veritatis in viam scandali viterius labaris.
uam fecit: Vade in pace.

Non est enim verisimile, q̄ Christus loqueretur illi pharisæo de amore diuino, qui pertinet ad prædestinationē, vel de remissione culpæ & pœnæ, quorū scientia pertinet ad eos qui iam perfecti sunt in fidei rudimentis. Iste enim pharisæus adhuc erat infidelis & satis ignarus, vt satis patet. Et notandū, q̄ processus Christi circa informationem pharisæi, de his amicitijs est connaturalis homini. Incipit enim ab imperfecto & magis noto ad † parum perfectū & minus notū. Amicitia enim vtilis est hominib⁹ magis nota: & est im perfecta, tanq̄ deficiens à ratione veræ amicitiæ secūdū Philosophū vbi suprà. Vnde istam amicitiam tātummodo rudis cognoscebat. Christus verò tradidit sibi noticiam perfectioris amicitiæ: scilicet honestę, quæ habet veram rationem amitiæ secūdū Philosophū. Item notandum q̄ secūdū vtrāq; amicitiā Christus pharisæū cōuincit, ostendendo ei q̄ illa mulier erat dignior ad recipienda bñficia Christi q̄ ipse pharisæus. Nā secundū primā scilicet amicitiā vtilē sibi ostēdit, q̄ plures vtilitates seu obsequia habuit ab illa muliere q̄ à pharisæo: & hoc cū dicit: Intraui in domum tuam &c. Secūdū verò amicinā honestā, similiter ostendit ei q̄ erat dignior: & hoc cū dicit: Quia dilexit multū. In quibus bene consideratis nos docet, q̄ verus pœnitens debet habere exteriora opera pia & deuota, & interiora amore feruentia secundū doctores.

† tua

## *REPLICA.*

In capitulo. vij. vbi in parabola Christi innuitur, q̄ morē humano loquēdo amor oritur ex dono, cum dicitur: Quis plus diligit? Respōsum H est: Estimo cui plus donauit. Et sequitur verbum Christi: Rectē iudicasti. Postillator exponit hoc de hūano amore, in quo amor oritur ex dono, sed in applicatione parabolæ Christus conuenit stilum ad loquendum de amore dei erga nos, qui non est ex meritis nostris, sed magis causat bonum in nobis, & est donatiu⁹: ideo dixit: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum, vt sic amor non fit ex dono, sed donū ex amore. Sed Burgen. hic vult absoluere contrarietatem quæ videtur in litera, per amorē vtilem & inhonestum, vtrobiq; dicendo morē humano. Secundum primū dictū rectificatur iudicium Simonis, vt ex vtili surgat amor. Iuxta secundū fit applicatio, qa dilectione ex meritis & virtute impenduntur ei bona. Hęc autē applicatio Burgen. laborat in æquiuocis, qa amor cōcupiscentiæ, & amor amicitiæ, sunt æquiuocè amor, quia diuersis ratiōibus. Nō est autem verisimile Christū amorem æquiuocasse, nec est necessarium amorem honestum esse causam doni, prout Burgen. vult; quia stat illū amorem esse rectū sine omni dono dato vel sperato: alias esset amor mercennarius, per consequēs nō honestus. Virtus enim diligitur propter se, per consequens virtuose sine respectu ad donū. Q̄ autē Burgen. dicit nō esse verisimile q̄ Christus sit locutus pharisæo de amore pertiente ante prædestinationem & remissionē pœnæ & culpę: hoc est contra beatum Augustinum in sermone de Maria magdalena sic exponentē hunc passum & contra beatū Bernardum super Cañ. sermō. xxij. ante medium. Et vide de hac materia sanctū Thomā prima secūdæ. q. xxvj. art. iiij. Ratio autem Burgen. ad sic dicendum non valet, quia propter ruditatem vel infiditatem pharisei, Christus non voluit prętermittere ea quę fidelibus ad instructionem poterant valere. Sæpe enim dixit coram perfidis quæ ipsi non intellexerunt: tamen ecclesiæ prodesse non cessat: cui datum est nosse mysterium regni dei, cæteris autē in parabolis, vt videntes non videant, intelligentes nō intelligāt. Quamuis enim pharisæus modo non intellexit, imo impugnauit veritatem dicendo intra se: Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Nihilominus Christus dixit coram eo de remissione peccatorum quò ad culpam & quò ad pœnam q̄tum ad liberalitatem dei præcedentem mulieris dilectionem quæ in peccato existens diligere non poterat: & quo ad pœnam debitam; propter mulieris primam dilectionē. Vnde dixit: Remittuntur ei pcā multa, quia dilexit multum.

Cap. VIII.

A ET factū est. Morē aglę, puocātis ad volādū pullos, suos paulatim dñs discipulos suos in nido fidei plumis virtutū induit, qbus postea sublimē volare, & alios instruere valeant. Prius docet in synagogis, miracula facit, famam vbiq; dispergit, turbas suscipit, curat, instruit, hic discipulos facit: ex qb⁹, duodecim elegit: quos primò præsentē turba docet: & miseris solita præstat bñficia: iā verò solos ipsos secū retinet, vt eū familiarius audiāt: solis illis occultiora exponit mysteria, & sic demū virtutū suarum ostēsione quasi alarū ꝓtectiōe firmatis: dat ipsis potestatem curādi, & mittit prę dicare regnū dei. b ¶ Maria quæ uocatur Magdalena. Cū Maria iter faceret cū dño: & ei ministrare cōmemoraī: celebri eā vocabulo Magdalenā vocat:

†De pœni. di. 3. c. sunt plures. Vbi eādē peccatricē describit, reuerēter eā generali noīe mulierē dicit: ne nomen tantæ famę qđ hodie veneramur, prisci erroris nota fuscaret. ¶ Maria, amarum mare, ꝓpter institū pœnitentiæ rugitum: quo ipsa vel nos singula mala deflem⁹.

c ¶ Magdale. i. turrēsis: à Magdalo. i. turri. de qua dicitur: Tu es spes mea: turris for. a f. ini.

Pś. 60. a d ¶ Dæmonia septē. Eādē ecclesiā de gentib⁹ à sordib⁹ vitiorū mundatā, quā Maria significat: significat & Iohāna prius cultib⁹ idolorū dedita: sed iā Christi pietate redēptā: & gratia impletā: quæ quasi vxor erat prius diaboli. e ¶ Et Iohāna &c. Iohāna: dñs gratia eius, vel dñs misericors, cuius est

†Mat. 13. a Mar. 4. a omne qđ viuimus. f ¶ Procuratoris Herodis. Cum quilibet malignus spūs ꝓ regno diaboli ad decipiendum laborat: quasi Herodis impiissimi ꝓcurator exstit.

B g ¶ De facultatibus &c. Antiquus mos erat Iudæorū, nec ducebatur in culpā, vt mulieres sua substātia pascerēt & vestirēt doctores. Hic quia hoc in

1. Cor. 9. b gentib⁹ scādalū poterat facere, Paul⁹ sē memorat abstinuisse. Ministrābat ergo dño carnalia: cuius metebant spiritualia vt formam daret prædicatoribus q̄ victu & vestitu deberēt esse cōtēti: accipiēdo à plebibus. h ¶ Cum autē turba &c. Quotiens in euangelio turbæ vocabulū interseritur: sicut diuersitas hoīm: ita etiā diuersitas intimaē voluntatum. Non em̄ oēs eadē volūtate: sed diuersis ex causis Christū sequebantur: Quidam pro bono, quidā pro malo, omnibus tamen dominus beneficia præstat, docendo, alendo, sanādo. i ¶ Exijt qui seminat &c. Exijt fili⁹ dei de sinu patris, quo creaturæ nō erat accessus: vt seminaret semen suum venit in mundum, vt testimonium perhiberet veritati. Vnde secundum alios euangelistas

Mat. 13. a Mar. 4. a hanc parabolam dicturus de domo exijsse: mare adijsse, nauē conscendisse memoratur, idipsum situ corporis qđ processus sermonis insinuans. k ¶ Secus uiam. Via, est cor sedulo malarū cogitationum transitu attritū & arefactū: ne semen verbi possit accipere vel germinare, sed à pessimis cogitationibus conculcatur, & à dæmonibus rapitur. Qui ideo volucres cæli dicuntur: quia cælestis & spiritualis sunt naturæ, vel quia per aerem discurrunt.

l ¶ Supra petram. Petra indomitū cor nullo veræ fidei vomere penetratū, in quo nō est verus amor & perseuerantiæ virtus.

m ¶ Centuplum &c. Cū denarius pro perfectiōe soleat accipi (qa in decē legis præceptis custodia continetur.) centenari⁹ qui per multiplicatū denariū surgit, pro magna perfectione ponit. Corrigitur cētuplū facit factū, qđ per amorem proximi actiuā, & per amorē dei cōtēplatiuā adipiscitur vitā, & spūaliū ornatur

Mar. 4. b pfectō virtutū. n ¶ Qui habet aures. Vbicūq; hæc ammonitio interponit: my sticū est: qđ dicitur & attētius quærendum est. o ¶ Interrogabant. Non mox finita parabola (sed vt Marcus ait) cum esset singularis interrogauerunt eum hi qui cum eo

Cap. VIII.

a T factum est dein- a ceps, & ipse iter fa- b ciebat per *ciuitates & castella prędicās & euangelizans regnum dei: & duodecim cum illo, & c mulieres aliquæ quæ erant curatæ à spiritibus malignis & infirmitatibus. †Maria quæ uocatur Magda- d e lenæ, de qua dæmonia septem exie- f rant, & Iohanna uxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Susanna, & g aliæ multæ, quæ ministrabant ei de h facultatibus suis. Cùm autem tur- i ba plurima conueniret, & de *ciuitatibus properarent ad eum, dixit per

a ¶ Vitia vniuersa quibus plena fuerat, in figura eccle siæ de gentibus fordidæ.

a ¶ Parabolam. b ¶ Cuius est declarare voluntatem patris.

k similitudinem. †Exiit qui †seminat seminare semen suum. Et dum semi- l nat, aliud cecidit secus uiam, & con-

a ¶ Vt nec in memoria mea teneat, quod opere exercere neglexit.

culcatum est, & uolucres cæli cōme- derunt illud. Et aliud cecidit supra

a ¶ Vbi non est altitudo terræ, id est studium discipline.

petram, & natum aruit, † quia non

a ¶ Ad nutriendas lampadas virginum.

habebat humorem. Et aliud cecidit

a ¶ Corda sollicitudinibus agitata.

inter spinas, & simul exortæ spinæ, suffocauerunt illud. Et aliud ceci- i

a ¶ Mite cor & docile.

b ¶ Cum perfecta bonorum operum plenitudine crescit.

dit in terram bonā, & ortū fecit fru- m ctum centuplū. Hæc dicens clama-

a ¶ Intelligentiam mentis.

b ¶ Spiritualiter hæc verba intelligat.

bat: Qui habet aures audiēdi audiat. n Interrogabant autē eū discipuli eius o quæ esset hæc parabola. Quibus

cū eo erant duodecim parabolā. In quo moraliter instruimur: vt C si intelligentiā diuinorū verborū assequ volumus: sepositis terrenorū tumultuū curis, domū dei, i. occulta scripturæ penetralia, orando & meditādo intremus, dicētes: Reuela oculos meos &c. Pś. 118. c

p ¶ Hæc parabola. Nota hanc esse primā parabolā quæ cū interpretatione sua posita sit. Et cauēdū ē vbicūq; dñs rogatus à discipulis intrinsecꝰ sermōes suos disserit, ne vel aliud vl

*Nicolaus de Ly.* plus vl Cap. VIII.

ET factū est &c. Descripta institutiōe Christi facta apīs principaliter: hic cōsequenter ponit⁹ eiusdē institutio facta apīs ꝓ turbas cōiter. Et primò præmittitur quasi quædā præfatio. Secdò subdit⁹ dicta institutio, ibi: Cū aūt plurima turba. Circa primū dicitur. b ¶ Ipse iter faciebat per ciuitates. In quo apparet Christi diligētia in opere prædicationis. c ¶ Et duodecim cū illo. i. duodecim apostoli, de quorū electione dictū est. 3. vj. ca. nō tn ibāt cū illo ad prædicandū, sed magis ad audiendū: vt possent cōuenientius prædicare ad qđ⁹ missi sunt postea, vt patebit cap. se. d ¶ Et mulieres ali. Ideo sequebant eū. e ¶ Maria quę uoca. Sic nominata à Magdalo castro: & ista est de qua est sermo factus capitulo præcedenti. Ratio tn sui cognominis diuersimodè assignat⁹ à doctorib⁹ diuersis. Illi enim qui dicunt, ꝙ ista fuit soror Lazari, dicūt ꝙ nōiata est Magdalena, eo ꝙ Magdalū castrū cecidit in partem suā de hæreditate paterna. Fuit em̄ pater eius magn⁹ homo & nobilis, habens dominiū in pluribus locis, inter quę erat dictū castrū. Alij verò q dicūt ꝙ ista nō fuit soror Lazari, sed alia eiusdē nois, dicūt ꝙ nōiata est Magdalene à Magdalo castro, eo ꝙ erat inde oriūda. f ¶ Quæ mini. &c. Apud Iudeos erat cōsuetum, ꝙ mulieres sanctę & deuotę ministrabāt doctorib⁹ necessaria ex deuotione. Et iō quia Christ⁹ docebat & prædicabat iter Iudæos; hoc modo accipiebat necessaria ab eis. Paul⁹ aūt qui prædicabat gentilibus inter quos nō erat talis cōsuetudo, nō habebat mulieres sequētes ipsum & ei ministrātes: vt habetur. j. Corin. ix. ne fortè ex hoc gentiles scandalizarentur.

Diuisio g ¶ Cū autē. Hic cōsequenter describit ipsius Christi doctrina seu institutio. Et primò describit dicta institutio. Secdò institutionis cōfirmatio, ibi: Factū ē autē. Prima in duas: qa primò describit parabola suæ prædicationis. Secdò seruor prædicātis, ibi: Venerūt aūt ad illū. Pria adhuc in duas: qa prio pabola præponitur. Secdò, exponit, ibi: Interrogabāt aūt. Snia aūt istarū duarū ꝑtiū patet ex dictis Matth. xiij. Excepto qđ sequit in parte secūda.

Nemo

Moraliter Moraliter. a ¶ Et fa. Sequitur: d ¶ Et mulieres &c. quę ministrabant ei necessaria de facultatibus suis tanq; gratæ de suis cu rationibus & factæ sibi deuotæ. Hoc etiā cōsuetū erat fieri prędicatoribus Iudæorū. h ¶ Exijt qui seminat &c. Semen istud potest dici eleemosyna: De cui⁹ seminatione dicitur. ñ. Corin. ix. b. Qui parcè seminat, parcè & meret &c. Huius autē seminis cadit pars secus viā & diabolus tollit illud: Et hoc est qñ recipiēs eleemosynam, inillicitis cōsumit eā. Et aliud supra petrā: quod fit: qñ recipiēs de beneficio nō est grat⁹ homini neq; deo. Et aliud cadit inter spinas, per quas significant solicitudines vitæ prēsentis. Et hæc ꝓ pte sunt bona ecclesiæ, data clericis & religiosis, q de illis viuūt carnaliter & pompaticè: & implicant seculanibus negociis: cū tn illa bona sint data ad seruiendum deo deuotè, & ad ministrandum pauperibus in sua necessitate. i ¶ Et aliud ce. in terram bonā: & ortum fecit fructum cētu. Istę sunt eleemosynæ receptæ ad victū & vestitum necessarium deo seruientiū.

Nemo

E plus vel min⁹ intelligere velim⁹, quã ab eo expositũ ẽ. Iõ autẽ hãc ☞ parabolã p seipm dignat ostendere, vt se figuratẽ loq; innotesceret, & reꝝ significatiões etiã in his quæ exponere noluit, quærẽdas eẽ doceret. a ¶ Videntes Doctores iudæoꝝ q cũ merito peruersitatis suæ exæcan sũt, mẽdaciter se vidẽtes putãt. b ¶ Qđ. au. Secus viã seminant: qui nulla fide: nullo intellectu: nulla saltẽ tentante vtilitatis occasiõe percipere dignant. Porrò su

†Mat.13.b Mar.4.b †mysteria per petrã & in spinis seminant: q audiũt quidẽ & vtilitatẽ verbi probãt & desideriũ gustãt: sed ne perueniãt ad id qđ' gestiũt: vel per aduersa terrẽdo, vel, pspera blandiẽdo retardãt. His tribus generib⁹ quicũq; verbũ auditũ nõ faciũt designãtur. c ¶ Ad tempus cre. Multi audiẽtes disputationẽ cõtra auariciã vel luxuriã: dicunt cõtẽptores seculi & castos homines esse beatos: sed vbi species cõcupiscibiles eorũ obtutibus presentant: mox recedũt ab eis quicquid rectè cogitauerãt. ¶ Et diuitijs. Diuitiæ & si delecta-

†quia re videntur: tñ possessoribus suis spinæ sunt, cũ aculeis curarũ mẽtes eorũ cõfodiũt: quæ auidè quærunt, sollicitè seruã-

Mat.13.c tur: Vnde ab alio euãgelista fallaces diuitiæ vocãtur: ga mẽtis inopiã nõ iplẽt, nec diu manẽt. Et nota q diuitijs duo iũgit: sollicitudinẽ & uoluptatẽ: ga & per curã mẽtes opprimũt & per affluẽtiã resoluũt. e ¶ Suffocantur. Quia voluptates & diuitiæ suis importunis cogitationibus guttur mentis, ne bonũ desideriũ ad cor possit intrare quasi aditũ vitalis strangulant flatus. f ¶ In terram F bonã &c. In bonos auditores q verbũ audire satagũt: & in ventrẽ memoriæ recondunt: & sic oportuno tẽpore fructũ operatiõis, pferunt: inter prospera & aduersa seculi patiẽtes, Et bona terra cũ patiẽdo fructũ reddit: qa bõa agit: & mala, pximorũ eẽnimiter tolerat: & dũ hũir flagella suscipiũt: post flagella in requiẽ

†Mat.10.c Mar.4.c Mystice suscipiũt. g ¶ Nemo au. Hęc yba ponunt scd'm sitũ hũanæ cõsuetudinis. ¶ Mystice aũt docẽt fiduciã prędicãdi vel patiendi. h ¶ Supra can. Quia dixerat apostolis: Vobis datum est nosse

†propatulũ, apertũ. myste. reg. dei cæ. a. in. p. Nunc ostendit per eosdẽ apostolos: aliqñ & cæteris idẽ mysteriũ esse rẽuelãdũ: & oĉs qui domũ

†Mat.13.b Mar.4.c dei essent intraturi flamine fidei illustrãdos: Q. Vobis pãdo mysteria: in vobis accẽdo lumẽ fidei, vos aũt hãc eandẽ lu-

†Mat.12.d Mar.3.d cẽ alijs pãdite: nec timore carnaliũ incõmodorũ abscondite. Valis noĩe vel lecti designatur caro, in qua anima continet & quiescit. Per lucernã, verbũ dei. Qui aũt metu carnali occultat verbũ dei, ip-

†ad sam carnẽ præponit manifestationi veritatis: & ille quasi occultat verbum, qui prædicare trepidat. Sup candelabrũ ponit verbũ, qui corpus ministerio dei subijcit, vt superior sit prædicatio veritatis: & inferior seruitus corporis: per ipsam tamẽ corporis seruitutẽ excellior luceat doctrina, quæ officio linguæ & cęterorum membrorum insinuaturi ¶ Non enim &c. Q. Timor carnalĩ nõ vos retardet sed nec mala opinio, quæ de vobis modo habetur apud incredulos: quia & si viles apparetis: quãdoq; clatitas vestra apparebit, cum dominus illuminabit abscondita tenebrarum: tunc &vos coronabimini, & punientur vestri aduersarij. k ¶ Qui enim habet &c. Hæc specialiter apostolis: quibus ex charitate nosse mysteria

Ingeniosis negligenti bus nõnũ datur: & perfidis Iudęis (qui per parabolas quod nõ intelligunt audiunt) dicta videntur. Potest & generaliter accipi: quia & ingenios⁹ negligendo, sapientia vera se priuat: & simplex studiosus q; simpli- laborando degustat. Quia qui amorem verbi habet: dabitur & ces studiosi sensus intelligendi quod amat. Sed qui nõ habet amorẽ audiẽ- præsunt, di, etiam si naturali ingenio vel labore studioso se intelligere putat nullam tat nullã tñ verę scientiæ dulcedinẽ gustabit. l ¶ Et qcũq; nõ. Q. Ideo desidiosus ingeniũ accipit sæpe: vt de negligentia suũ⁹ puniatur: qui scire cõtẽpsit qđ' sine labore assequi potuit: & aliquãdo studiosus tarditate intelligentiæ premit, vt eo maiora premia inueniat: quo studiosi⁹ elaborat. m ¶ Venerũt. Qđ' dixeratin verbo, ostẽdit i mystico facto. s. q⁹ Iudæi solã literã sequentes: etiã qđ' videnẽ habere perdũt. Nã mater, synagoga: & fratres populi iudæorũ, de quib⁹ est Christus secundũ carnẽ: ipso interius docẽte nequeunt intrare: quia ei⁹ dicta spiritualiter negligunt intelligere. Sed præoccupãs turba domũ ingreditur, quia tarde Iudæa, confluit ad Christum gentilis †Mat.12 tas & illuminatur. n ¶ Foris stãt. Fo- Mat.12 ris stantes, volunt deum videre: qui spiritualem sensum in lege nõ quærentes, ad custodiã literæ esse fixerunt: & quasi Christũ ad carnalia docenda potius cõgunt exire: q; se ad discẽda spiritualia cõsentiãt intrare: merito ergo nõ agnoscũtur. Quo exẽplo & nos informamur q; nõ agnoscemur si foris steterim⁹. ¶ Nõ autẽ iniuriose negligit matrẽ, nec mater negatur, quæ etiã de cruce agnoscit. Sed religiosiores copulæ mentiũ monstrant

*Nicolaus de Lyra.* ☞ q; corporũ

†Mat.12 ✠a ¶ Nemo autẽ lucernã &c. Per lucernã saluator hic intelligit doctrinã euãgelicã, quæ nõ est occultanda: nec in latebris tantũ docenda sicut doctrina superstitiosa & malæ: sed in palã corã omnibus. b ¶ Nõ est enim occultũ &c. q licet Christus aliqñ docuerit discipulos secrerõ: voluit tamen q; per eos talia publicè docerentur, vnde dicit Mat. x. c. Quod in aure auditis, prædicate super tecta. Ideo subdit: c ¶ Videte ergo qđ †Mat.12 au. vt constanter per orbem prædicetis. H d ¶ Qui enim ha. &c. Hoc subdit ad ostendendũ præmiũ prædicationi apostolorũ: Qui enim prædicant ex fide formata charitate merentur, vt sibi dei augmentũ gratiæ in præsenti: & præmiũ gloriæ in futuro. e ¶ Et quicunq; nõ ha. videlicet fidem charitate formatam. f ¶ Etiam quod putat &c. quia gratiæ gratis datæ non valebunt ei ad salutem: sed magis cedent ad dãnationis suæ augmentũ: in ꝯtum abusus fuerit ea. ¶ Aliter exponitur de legisperitis & sacerdotibus Iudęorũ, qui fidẽ Christi nõ habuerũt: & ideo noticia legis & pphetarũ nõ valuit eis ad salutem sed magis nocuit eis ad augmentum suæ dãnationis, secundũ q; dicit. J. xij. ca. Seruus qui sciuit volũtatẽ dñi sui & nõ fecit, vapulabit multis. g ¶ Venerũt au. Hic cõsequenter describitur feruor Christi prędicantis ex hoc q; propter aduentũ matris suę, & expectãtis foris. nõ iterrupit prędicationẽ: licet eã sũme diligeret & honoraret: sed rñdẽs nũciãti sibi aduẽtũ, dixit:

✠Mater mea Matthe

✠a ¶ Nemo accẽ. Hęc lucerna dicit sacra scriptura. Ps. cxviij. o Lucerna pedib⁹ m. ver. t. &c. Hãc aũt lucernã opit vas eq verbis curiosis & extraneis expõit eã ad iactãtiã suæ famę. Ille ✠o subtectũ ponit q ignẽ hęresis ex sua expositiõe puersa accẽdit: sicut lucerna sub lecto posita accẽdit stramina. Et de hac accẽsiõe dicit Hie. & hĩ in decretis. xxiij. q. iij. secũdę. Arri⁹ in alexãdria vna scintilla fuit: sed qa nõ statim fuit oppressus, ei⁹ flãma totũ orbẽ depopulata ẽ. Illi aũt ponũt sup cãdelabrũ, q p bonã vitã faciunt efficax verbũ suũ: sicut ecõuerso illi vas q; opitur, q p malã vitã doctrinã suã cõtẽpribilẽ reddũt. h ¶ Et nun. Secũdũ sensum Ilariũ manifestiõe fuit ei nũciatũ: vt si per aduẽtũ mris & fratrũ prædicationem dimitteret, argueret hõ purus, vtpote affectione carnali motus: propter qđ' rõnabiliter imposuit nũcianti silentium, dicens:

✠Mater mea

A quam corporũ,& corpali necessitudini ꝓscriptorũ cęlestiũ forma ☞ pferẽ. Figurat etiã,iudæis(de qb⁹ secũdũ carnẽ)ecclesiã de gẽtib⁹ Moraliter quę credidit anteferẽdam. ¶Moraliẽ. Magister pręcepturus aliꝭ, qui nõ reliquerit patrem & matrem,non est me dignus, sentẽtiæ suæ ipse primus se subjcit,nõ refutãs officiũ maternę pietatis:sed paternis se ministeriꝭ amplius q̃ mater nis affectib⁹ debere cognoscit. Itaq; qui se intelligit propter diuinũ mysteriũ in terras venisse,& propter cõuentũ ecclesiæ relictis parẽtibus ascendit in nauem.

Moraliter. a ¶Et ascenderunt. Moraliter. Cũ Ie
†Mat.8.c su nauim ascendit,qui signo dñicæ cru
Mar.4.d cis imburus,seculũ relinquere disponit.

b ¶Obdormiuit. In hoc facto verus hõ mõstrat̃ q dormit,& ver⁹ de⁹ q furo rẽ coercet maris. c ¶Et cõple. Meritò turbat̃ nauis in qua ꝓditor est cũ bonis, & q suis meritis firmi fuerãt,turbãt alie nis. d ¶Suscitauerũt. Aduerte nemi nẽ sine tẽtatiõe de hac vita trãsmigrare, cũ ẽt apl̃os (qb⁹ dñs adest)tẽtationũ se culariũ sæpe ꝓcella perturbet. Sed cũ si mus subiecti ꝓcellis spũalis nequitiæ,ex citemus gubernatorẽ q imperat vẽtis,q impat mari,q & si iã nõ dormiat corpis sui sõno:caueam⁹ tñ ne nr̃i corpis somno dormiat & gesc̃at. e ¶Et cessa. Nota,q̃ ois creatura sentit creatorem. Imperat,increpat,sentiũt imperantẽ, nõ q̃ secũdũ hæresim quorundã sint animan tia:sed maiestati conditoris sunt sensibilia, quę apud nos sunt insensibilia. ¶Al

Allego. leg. Mare vel stagnum:tenebrosus est &
†Mat.8.c amarus mundi æstus. Nauicula, arbor
Mar.4.d crucis,cuius bñficio fideles ꝙiuti,emer
†aquæ sis fluctibus mundi,obtinent littus pa triæ cęlestis. Ascendunt discipuli amoni
infra.9.c ti cũ eo.vnde ipse ait: Si quis vult post
Mar.8.d me venire,abneget semetipsum: & tol
B lat crucem suã,& sequatur me. Discipu
†Aliqbri lis nauigãtibus.i.seculũ fidelibus calcan
nõ habent tib⁹,& iuturi seculi quietẽ animo medi denaui. tãtibus:& per sanctũ spiritus flatum,vel etiã per propr̃ regiminis conatũ infi dos mũdi fast⁹ certatim post terga iactã tibus:subitò obdormit dñs.i.aduenit tẽ
Mar.4.d pus dñicæ passionis. Vnde & Marc⁹,no
c tẽ hoc factũ memorat:vt veri solis oc
†Mat.8.d cubitũ significaret. Descendit procella,
Mar.5.a qa dño somnũ mortis in cruce subeũte, fluct⁹ persecutionũ dæmoniacis flatib⁹ excitati assurgunt:quibus non ipsius pa tientia,sed discipulorũ imbecillitas cõcutit & trepidat. Suscitant, ne eo dormiente pereant:qa cuius mortem viderant,resurrectio nem optant;quæ si differretur:ipsi in perpetuũ periclitarent. vn de Surgens increpa.uen.qa celeri resurrectione,per mortẽ de struit superbiã diaboli,qui habebat imperiũ mortis. Tẽpestatem etiã aquæ facit cessare,qa rabiem Iudæorũ morti eius insultãtiũ resurgens labefacit. Arguit eos qui se præsente timebant,cũ peri re nõ possit qui firmiter adhæret ei:Quasi ipso gestu nauigatio
infra.24.d nis diceret,qd̃ post resurrectionẽ etiam voce dixit:O stulti & tar di corde ad credendũ in oĩbus quæ locuti sunt ꝓphetæ. Nonne opor.pa.Christũ soporari,vndis nauem(in qua quiescebat)hinc inde vexantib⁹:& sic ex tẽplo tumidis gurgitib⁹ sedatis,patefacere cunctis potentiã suæ diuinitatis? f ¶Mirati sunt. Non discipuli:sed nautæ & alꝭ qui in naui erant mirantur. Vnde Matthę⁹:

Mat.8.d Porrò hoies illi mirati sunt,dicentes:Qualis est hic. Quod si discipulos dicimus miratos fuisse,meritò & ipsi homines sunt appellati. g ¶Ad regionẽ Gerasenor. Gerasa ciuitas Arabię iuxta mõtẽ Galaad in tribu Manassę:nõ longè à stagno Tyberiadis,significat gentes quas post passionem & resurrectionẽ dominus ꝙ prędicatores visitauit.vnde Gerasa siue Gergesi colonũ eiciens. i.diabolũ à quo prius incolebatur vel aduena propinquãs, qui longè erat in tempore. h ¶Occurrit illi uir. Cum Lucas vnũ:

Mat.8.d Matthæus duos occurrisse memorat,in figuram eiusdem gentilis populi est:quia cum Noe tres filios genuerit;& familia solius Sem in possessione dei abscissa est:ex duobus aliꝭ diuersarum na tionum populi pullularunt,qui idolis seruierunt. Et nota hunc vnum fuisse vnum fuisse celebrioris personę & maioris insanię,de quo regio C illa maximè dolebat. Occurrit ergo uir:id est ipse gẽtilis popu lus,qui multis temporibus.i.ab ipso penè mundi exordio vexa batur à dæmonio,nec vtebatur veste naturæ suæ.i.virtutibus fi de & charitate,quibus primi parentes post culpam nudati legũ tur:hæc stola redeunti filio offert. Neq; in domo cõscientię qescebat,sed in mor tuis operibus corpis quasi in sepulchris manebat. i ¶In monumentis. Quid aliud sunt perfidorũ corpora,nisi quæ dam defunctorum sepulchra in quibus nõ habitãt dei verba? k ¶Iesu fili dei. Arrius contendit esse creaturam, quem dæmon confitetur esse filium dei. Iudæi dicunt: In principe dæmoniorum eiꝭ cit dæmonia, quem dæmonia negant aliquid secum commune habere. Tor †recesserũt mentum est diabolo ab hominis læsio ☞ ne cessare:

## *Nico. de Lyra.*

†comple buntur

✠ a ¶Mater mea & fratres mei hi sunt,qui uerbum dei audiunt et faciunt. q.d. ille est mihi propinquus, †expreꝯ qui spiritualibus operibus est magis in tentus. In hac etiam responsione Chri stus confutauit illum,qui ei nũciauit ad uentum matris suæ:quia secundum do ctores nostros malicioſe hoc fecit, vt si ex hoc prędicationem dimitteret,argue ret ipsum esse hominem purum carnali affectione motum. Aduertendum tamẽ q̃ fratres Christi hic dicũtur cognati sui Germani,eo modo loquendi,quo apd̃ hebræos,fratres dicũtur illi qui sunt de eadem cognatione,& hoc modo voca uit Abraham Loth nepotem fratrẽ suũ, vt habetur Gen. xiij. b ¶Factum est au. &c. Hic consequenter describit̃ do D ctrinæ Christi confirmatio, quæ ꝓpriè ✠è ciuitate fit per miracula,secũdũ q̃ dicitur Mar. vlti.d. Sermonem confirmante sequen tibus signis. Et primò describitur mira culum factum in mari. Secundò factum in terra,ibi: Et cum de naui egressus esset ad terram. Sententia primę partis patet ex dictis Matthæi.viij. Hoc excepto.

c ¶Transfretemus transstagnum. Matth.viij. vocatur mare:modo loquẽ di hebraico,quo, omnis congregatio a quarum in notabili quantitate vocatur mare,secũdũ illud Gen.j.b. Congrega tionesq; aquarũ vocauit maria. Secundũ veritatem aquæ Iordanis fluuij extendũtur ibi in magna latitudine,ideo frequẽter vocatur mare,& aliquando lacus,& aliquando stagnum, sicut hic.

e ¶Et cum &c. Hic describit̃ miraculũ factũ in terra. Et primò de curatiõe dæmoniaci. Sed ò,de suscitatiõe filię Archisynagogi, ibi. Factũ est aũt. Sententia aũt primæ partis patet ex dictis Mat. viij.& Mar.v. Hoc excepto qd̃ sequit: f ¶Et uestimẽto &c. Amentes enim & dæmoniaci multa possunt sustinere quæ non possũt aliãs sustinere,sicut patet de Nabuchodonosor. Dañ.iiij. qui per septẽ annos habitauit cũ feris,fœnũ quasi bos comedẽs.

✠ Ipse autem

✠a ¶Mater mea &c. Et in hoc docuit prædicatorem euange Moraliter liꝭ rationabiliter reprimere volentes eum malicioſe impedire.

b ¶Factum est autẽ &c. Per quam significatur corpus huma nũ in quo secũdũ platonicos,anima est sicut nauta ĩ naui. In hac autẽ nauicula anima gubernat secundũ partẽ rationalẽ. Irascibilis autẽ & cõcupiscibilis,sensus interiores & exteriores sunt in corporalibus organis,& sic debent per rationẽ quæ nõ est virt⁹ organica gubernari,deus tamen principalis est gubernator. Turbatur autem nauis ista corporis infirmitatibus,& mens interior,dæmonum tentationibus. Et deus qui principalis est gubernator, dormire dicitur,dum ab eo talia permittuntur: Excitatur autem deuotis precibus partis rationalis, quæ ad optima depræcatur & tunc iubente domino turbatio quietatur. d ¶Enauigauerunt autem ad regionem Gerasenorum quæ &c. Per hominem obsessum à dæmone,significatur populus gen

✠tilis longo

E ne cessare,& quātūm diutius possederat,tātū difficilius dimittit.
☞ Caueat ergo aliqs ḷesus ā diabolo,vt citò ei⁹ iugū dirūpat quiatā tò facili⁹ quātò citius eius dominiū euitat. a ¶ Vincieba.cate. Catenę & compedes,durę & graues sunt gentium leges,quib⁹ & in eorum republica cohibebātur pctā. His tamē legib⁹ ruptis, ad ea scelera' cupiditate ducebant, quæ vulgarem consuetudinem excedebant.
b ¶ Quia intraue. Multa dæmonia quæ vnū præmūt,signant multos cultus idolatriæ in vno gētiū populo. Ecō tra dicitur: Multitudinis credentiū erat cor vnū & anima vna. Vnde bene ī Babylone vnitas linguarū scissa,in Ierusalē est adunata. c ¶ Et roga. Sciebant dæmones per aduentum domini se alios quando in abyssum mergendos: Non ipsi futura prædiuinātes,sed prophetarū de se dicta recolētes. d ¶ Grex porco. Porci,sunt homines,vocis & rationis expertes,lutulētis actibus dediti,in monte superbiæ pascentes. Et nisi quis morē porci vixerit;diabolus in eo potestatē nō accipit,vel ad probandū tātū, nō aūt ad perdendū accipit. e ¶ Et rogabant eum. Aduerte clemētiā domini. Nullum prius ipse condemnat,sed vnusquisq; ipse sibi mali autor est. Nō mittūtur in porcos dęmones,sed ipsi petunt: quia cælestis luminis claritatē ferre nō poterant. Vnde & ante tempus debita sibi torměta formidāt. f ¶ Et p̄mi. Permittit,vt per interfectionē porcorū, detur occasio salutis hominibus. Pastores autē videntes statim nunciāt. In quo notandum,q̄ nec porcis nisi p̄missa dæmonia nocere possunt: multo minus hominibus,nisi occulta tamen iustitia dei permittantur. g ¶ Abiit grex. Allego. Liberato populo gentiū à dominatiōe dæmonū,increduli in abditis agūt suos ritus sacrilegos,cæca & p̄funda curiositate submersi,& impetu' ferūtur in præceps: quia nullius meriti cōtēplatione reuocātur,sed ad iferiora per improbitatis procliuē detrusi suffocātur,interclusō vitali cōmeatu spiritus in aq's vo luptatū huius mundi. h ¶ Fugerūt &c. Pastores fugerūt,quia nec philosophi gentiū,nec principes synagogę pere untibus possunt conferre medicinā: & licet Christianā fugiant legē,potentiam tamē eius stupendo,& mirando prædicant. i ¶ Exierunt autem. Significat multitudinem sua venusta vita delectatam,honorare quidem,sed nolle pati religionem Christianam, dum dicūt, q̄ eam implere nō possunt. Mīrātur & fidelem populū à pristina conuersatiōe sanatum,& sedere ad pedes domini.i.sano mentis examine vestigia saluatoris quæ sequatur intueri,& vestitū studijs virtutū,quę deceptus amiserat. k ¶ Et rogaue. Conscij fragilitatis,præsentia dīi se indignos iudicant: non capientes verbū dei,& infirma mente pondus sapientiæ nō sustinentes: & ideo diutius molestus nō fuit,sed regreditur: quia nō dignatur curare inuitos,sed cito deserit videt esse suam p̄sentiam. l ¶ Ipse autem &c. Quando de synagoga ad gentes transiuit,ipse somno,nauis tempestate præssa memoratur: hic nec ipse dormit,nec nauis periclitat. Quia Christus resurgens ex mortuis,iam nō moritur,mors illi vltra nō dominabitur. Tamen in hoc innuitur,q̄ passionis eius triumphus, & resurrectionis gloria crediturīs Iudeæ populis intimabitur: & cū prædicatio mortis suæ vexillo credi ab hebræis cœperit,quasi repetita naui in qua dormierat,patriam reuisit. ¶ Ipse autem qui relictis parentibus.i.iudæis,ascenderat nauim.i.post resurrectionem,quasi transacta passionis suæ tempestate gentiū,p̄curauerat salutem:

as. Præcipiebat enim spiritui immundo,ut exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illū, & uinciebatur cathenis & compedibus custoditus, & ruptis uinculis
a ¶ In loca spiritualium insecunda virtutum, sicut prophetia a lege, discretus a prophetis, remotus a gratia
agebatur à dæmonio in desērto.
a ¶ Non vt ignarus inquirit, sed vt confessa peste quā furens tolerabat, virtus curantis gratior emineat.
†Interrogauit autem illum Iesus,dicens: Quod tibi nomen est? At ille
a ¶ Legio. Nos, non vnus spiritus tantum.
b dixit: Legio. Quia intrauerunt dæ
c monia multa in eum. Et rogabant
¶ Id est gehennam.
illum ne imperaret illis, ut in abys
d sum irent. †Erat autem ibi grex porcorum multorū pascentium in mō
e te: & rogabant eum, ut permitteret
f eis in illos ingredi. Et permisit †illis. Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos, &
g impetu abiit grex per præceps in stagnum, & suffocatus est. † Quod ut
h uiderunt factum qui pascebant, fugerunt & nunciauerunt in ciuitatē,
i & in uillas. Exierunt autem uidere quod factum est, & uenerunt ad Iesum, & inuenerunt hominem sedentem à quo dæmonia exierant, uestitum, ac sana mente ad pedes eius: & timuerunt. Nunciauerunt autem illis & qui uiderant, quomodo sanus
k factus esset à † legione. Et rogauerunt omnis multitudo regionis Gerasenorum, ut discederet ab ipsis, quia timore magno tenebantur.
l † Ipse autē ascendens nauim, reuersus est. Et rogabat illum uir à quo dæmonia exierant, ut cum eo esset.
¶ Vt lactantiæ causa vitetur, & infidelibus sit exēplo.
m Dimisit autē eum Iesus, dicens: Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit deus. Et abiit per uniuersam ciuitatem prædicans, quanta illi fecisset Iesus. † Factum est au-
b n tem cum rediisset Iesus, excepit il-
c lum turba. Erant enim omnes ex-

uerat salutē,iam in patriā reuertitur,q̄ positę plenitudo gentiū G intrauerit,tūc oīs israel saluus erit. m ¶ Redi in domum &c. Roma.11 Allego. Post remissionē peccatorū redeundū est in bonā cōsciē. Allego tiā,& seruiendū euangelio,propter aliorū etiam salutē,vt deinde cum Christo requiescat,ne cū iam prope vult esse cū Christo, negligat mysteriū prædicationis accom Phil.1.c modatū fraternæ liberatiōi. vnde Apostolus: Cupio dissolui,& esse cū Christo, multo melius: manere autē in carne necessariū propter vos. n ¶ Excepit il. In fine seculi cum adhuc ad Iudęos redibit,per fidei cōfessionē libenter excipiet, Osee.3.b q̄ expectant eū sicut ait propheta: Dies multos expectabis me. Nō fornicaberis & nō eris cū viro,q̄ nūc synagoga nec ē subdita Christo viro,nec fornicata cū idolo,longa expectatiōe spōsi amplexū præstolans. ¶ Huic lectioni cōsequēter subiungit mors filię Archisynagogi,in figurā eiusdē synagogæ,quā dū properat suscitare dīs,prærripit sanitatē emoroyda mulier in figurā gētiū quæ post venientes prius sanātur. Venit ergo ad Iesum princeps: scilicet Moyses: q̄ merito Iairus dicit',id est illuminat⁹ à deo,vel illuminās alios,dū verba vitæ quæ,à spū
☞ sancto acce-

*Nico.de Ly.* †illos

a ¶ Ipse autem ascendēs na. &c. & rogabat illū uir à quo dæmonia exierāt,ut cum eo esset: dimisit &c. i.noluit q̄ ipsum sequeretur. Cuius ra- †Mar.5.d
tio est: quia discipulis sequentibus Chri H
ad illos diceret. Prima in duas, quia primò arguit Phariseos. & secundò legisperitos. ibi: Respõdens autem. Circa primum dicitur: ¶ Roga. il. qd. Pha. Vtrũ autem ex deuotione seu æmulatiõe psum inuitauerit, huc non dicitur: Videtur tamen ex fine hui⁹ ca. ꝙ malicioſẽ eũ inuitauerit, vt inter epulas aliqd calũniabile de ꝙbis Christi audiretur. g ¶ Et ingress. re. Sed hoc videtur esse cõtra doctrinã eius qa mittẽs discipulos suos ad prædicãdũ dixit: In quãcunq̃ ciuitatem aut castellũ intraueritis, interrogate quis dignus sit, & ibi manete, vt habet Mat. x. b. Iste autẽ Phariseus erat indign⁹, vt videt ex sequẽtibus. Dicẽdũ, ꝙ nõ est simile de Christo & de discipulis eius: quia ex cohabitatiõe eũ peccatoribus non poterat peiorari sicut discipuli, q̃ erãt ab eo segregati ad exequẽdũ actũ prędicãdi, & maximè qa tũc nõdũ erãt cõfirmati: & iõ Christ⁹ domũ Phariseꝛ intrauit, vt haberet occasionẽ arguẽdi vitia Phariseorũ. h ¶ Phariseꝰ au. c. in se re. di. q. nõ esset ba. i. lotus scd̃m traditiões Iudæorũ. i ¶ Et a. do. ad il. Per hoc aũt ꝙ respondit cogitationi ei⁹, ostẽdit se esse deũ cui nuda & aperta sunt secreta cordiũ. k ¶ Nunc u. Pha. q. def. est munda. Quia de mũdicia exteriori in vasis & corporib⁹ suis erãt multũ solliciti, & de mũdicia interiori ipsius mentis negligentes, cũ tamẽ deberet esse econtrario: qa interior mundicia nessitatis est, exterior autem solũmõ honestatis, quæ potest omitti sine pcõ & iõ Christus prędictam lotionẽ omisit, vt haberet occasionem arguendi Phariseos, de exteriori mundicia tm̃ curantes, & interiorem negligentes: & ideo sequitur: l Quod autem int. est ue. ple. est rapina. aliorũ, bona violenter accipiendo, & iniquitate & fraudibus eos decipiendo. m ¶ Verũtamẽ. q. su. da. elee. qa, primò debet fieri restitutio, & de eo quod remanet eleemosynarũ largitio. n ¶ Et ecce oĩa mũ. sunt uo. qa eleemosyna magnam habet virtutẽ ad peccatorũ remissionẽ, vt habetur Dani. iiij. e. Peccata tua eleemosynis redime, &cę. Sed quia Phariseꝛ ex hypocrisi non solũ quærebant exteriorem mundiciã, sed etiam apparẽtem iusticiam, ideo subditur: o ¶ Sed uæ uo. Pha. q de. mẽ. & ru. vt per hoc apparerent iusti, quasi volentes implere mandatum de decimis, reddum etiam circa mini ma, vt per hoc crederentur multum voluntarij ad implendum diuina mandata, cum tamen essent transgressores in maioribus: ideo subditur: p ¶ Et præteritis iudi. iusticiam subuertendo. q ¶ Et charitatem d. opera misericordię omittendo. Et quia honor est præmium virtutis secundum Philosophum, & ex appetitu apparentis iusticiæ, sequitur appetitus indebitus honoris, ideo sequitur: r ¶ Væ uobis Phari. Et quia vitia occulta ãdeo punientur, grauius quãm manifesta, quanto peccatores tales volũt hîc alijs præferri in honoribus iõ sequitur: s ¶ Væ uo. In hoc est comminatio pœnæ ęternę. t ¶ Qui estis ut monumenta. id est sepultura. Et dicitur monumentum quasi monẽs mẽtẽ, quia viuẽtes p hoc monẽtur de sua morte cogitare.

† cũ vidisset, admiratus est, qd̃ non prius lotus esset. † Mat. 23. c.

† quæ adsunt. † Mat. 23. c.

† præsidentiam.

* Scribę & Phariseꝛ hypocritę, qa

Moraliter

* Quæ non * tentio fuerit peruersa, tota congeries operationum erit mala.

r ¶ Et cum loqueretur rogauit eum quidam Phariseꝰ ut prandere at apud se. Spũale prandium est eucharistia. ante cuius celebrationem vel sumptionem requiritur baptismus spiritualis, qui est confessio pura, & non exterior mundicia, quæ est hypocritarum propria. o ¶ Sed uæ uobis Phariseis qui decimatis mentam. per hoc arguunturilli qui de minoribus magnam vim faciunt & de maioribus parum curant, sicut aliqui religiosi plus ponderãt fractionem silentij quãm iniustum grauamen proximi. r ¶ Væ uobis Phariseis qui diligitis primas ca. per hoc reprimitur omnis indebitus honoris appetitus. s ¶ Væ uo. q estis ut monumẽ. Hîc reprimitur quælibet sanctitatis simulatio falsa.

z ñ * Et vobis legisp.

gerunt, occultant. a ¶ Respon. au. Audi-
E to verbo dei Phariſçus ex mala conſciẽtia ſi
bi cõtumeliã fieri putat, & cõmemorata pœ
na perfidorũ, intelligit ſe dãnãdũ. b ¶ Væ
uo. Nõ arguũtur q exornãt monumẽta, p
phetarũ, ſed qa interfectores ꝓphetarũ imi
tantur, ædificãdo ſepulchra, accuſant pater
na facinora. Sed ꝓſequẽdo Chriſtũ & Apſos
imitãt ſcelera patrũ, & ſniam dãnatiõis quã
in patres proferebãt, in ſeipſos retorquent.
c ¶ Profecto. Propter vulgi fauorẽ captã
dũ ædificatis, q̃ſi exhorreatis ſcelera eorum:
ſed ipſo ope oñditis, q ꝓfidiæ eorũ cõſenti
tis: qa hoc bonũ nõ bene facitis ſed ꝓ vana
gl̃a. d ¶ Vos au. Propterea qa eſtis imita-
tores illorũ, vt ipleatis qd̃ p̃ib⁹ defuit. ſ. vt
me & meos ꝓſequamini, quẽ illi ꝓſecuti ſũt
i ꝓphetis. e ¶ Prophetas. Mẽtiũtur hęre-
tici, q aliũ veteris, aliũ noui teſtamẽti dicũt
inſtitutorẽ. f ¶ A gener. Oẽs mali, vna ge
neratio ſũt, vna ciuitas, vnũ corpus diaboli
ſicut oẽs boni vna generatio, & vnũ corp⁹
ſunt dicti. g ¶ Vſq; ad ſan. Za. Cur vſq;
ad hũc, cũ poſt hunc multi occiſi añ natale
Chriſti, & nato Chriſto mox pueri ab hac
Gene. 4. b. generatione ſunt empti? Sed qa Abel pa-
2. Par. 24. f. ſtor ouiũ fuit, necatusq; in agro. Zacharias
ſacerdos necat⁹ in atrio tẽpli, duos ordines
martyrũ ſignãt, laicos, & eos q altaris offi-
Exo. 30. a. cio mãcipant. h ¶ Qui pe. Duo erant alta
ria i tẽplo. Vnũ, incẽſi interi⁹. Alterũ, holo-
cauſtorũ exterius: inter qd̃ & tẽplũ Zachari
as eſt occiſ⁹. Vel, inter al. & ædẽ. hoc eſt in
ter cõſenſũ ꝓpſi & ſacerdorũ: q̃rũ alij ꝓ tẽplũ
alij ꝓ altare ſignificant. i ¶ Qui tuliſtis c.
† Mat. 23. d Claui, humilitas Chriſti: quã q habent, ſcri
pturas intelligũt. Hãc legiſperiti, nec ipſi in
lege & ꝓphetis intelligũt, nec ab alijs intelli
gi volũt. Intrare clauẽ, eſt nõ eſſe cõtrũ ſup
ficie literæ, ſed vſq; ad arcana intelligẽda pe
netrare. Vel doctor ſi illos quos verbo ẽdi
ficat exemplo ſcandalizat, nec ipſe regnum
dei intrat, & illos qui intrare poterant ex-
F cludit. k ¶ Cum autem hæc. Quã vera p
fidiæ, ſimulatiõis & ipietatis ſuę crimina au
dierint, ipſi teſtant, q tãto intonãte turbine
non reſipiſcunt, ſed doctorem veritatis ag-
grediuntur.

## GLOS. ORDI.

Cap. XII.

† Profecto

1. Cor. 5. c.

MVltis autem &c. l ¶ Attendi. Ad hoc fermentum pertinent oĩa quæ ſuperius in domo Phariſęi di ſputauit, vnde & Apoſtolus: Non i fer. ve. neque in fer. ma. & cæte. Attendite à ſer. Pulcher loc⁹ tenẽdę ſimplicitatis & æmulã-dę fidei, ne more ludęntũ aliud ꝓmam⁹ af-fectu, aliud voce ſimulemus, cũ ſciamus in die iudicij non poſſe eſſe latebram fraudis.

☞ Neq; abſcon.

## Nicolaus de Lyra

† tẽrare, vl̃ percontari eum,

a ¶ Quæ non patent & homines ambulantes ſuprà neſciunt. ſcilicet exte-rius, qualia ſunt interius, quia aliquando monumenta pinguntur & ornantur exteri⁹ us, & ſcetoribus replentur interi⁹. b ¶ Re-ſpondens autem quidam ex legiſperi tis, ait illi: Magiſter, hæc dicens etiam nobis contumeliam facis. At ille ait. Hĩc conſequenter Chriſtus arguit legisperi tos. Peccata enim eorum erant publica & manifeſta: & ideo Chriſtus contumeliam eis non faciebat publicè arguendo, prout iſte legiſperitus imponebat ei, & ideo Chri-ſtus eos arguit de tribus. Primò de immo-derata dominatiõe, cùm dicitur: c ¶ Et uo bis legiſpe

¶ Quia ſuperficiem terræ cõmunis oſtendãt.

ut monumenta quæ non † pa- a

¶ Vel rent.

tent, & homines ambulantes ſuprà neſciunt. Reſpondẽs au- b tem quidam ex legiſperitis, ait illi: Magiſter, hæc dicens etiam nobis contumeliam fa- c cis. At ille ait: † Et uobis legiſ

¶ Sicut phariſæis.

peritis uæ, quia oneratis homi

a ¶ Legis. b ¶ Secundum quod intelligitis & imponitis.

nes oñ̃ribus q̃æ portare nõ

¶ Id eſt, nec in minimis perficitis, quia gra-tiam meam non quæritis, & ingum leue re-pellitis: ſed iex ſine gratia nequit impleri.

¶ Et hoc legis.

poſſunt: & ipſi uno digito ue- d ſtro non tangitis ſarcinas: Væ

a ¶ Ambitioſe ornando & ſeruando.

uobis qui ædificãtis monu- e menta prophetarum: patres autem ueſtri occiderunt illos. f Profectò teſtificamini, † quòd

consentitis operibus patrum ueſtrorum, quoniamquidem

d ipſi eos occiderunt: uos au-

¶ Ambitioſe ornando.

tem ædificatis eorũ ſepulchra.

¶ Ab æterno diſpoſuit.

Propterea & ſapientia dei di- f

a ¶ Mat. Ecce ego mitto ad vos. b ¶ Qui pri us prophetas, poſt apoſtolos miſit.

xit: † Mittã ad illos ꝓphe- g

¶ Vt Iacobum.

tas & apoſtolos, & ex illis oc-

a ¶ Vt nec recepti ab eis iuſte ad Gentes migrent.

cident, & perſequẽtur, ut † in quiratur ſanguis omnium pro phetarum, qui effuſus eſt à con ſtitutione mundi, à generatio- h

¶ Id eſt, malorum.

ne iſta à ſanguine Abel, uſque

g h ad ſanguinem Zachariæ, qui

¶ Occiſus a veſtra generatione.

periit inter altare & ædem. † Ita dico uobis, requiretur ab hac generatione. † Væ uobis i

¶ Id eſt abſtuliſtis.

legiſperitis, qui tuliſtis clauem k ſcientiæ, ipſi non introiſtis, & l eos qui introibant prohibui- m ſtis. Cùm autem hæc ad illos n diceret, cœperunt Phariſæi &

¶ Suſtinere.

legiſperiti grauiter inſiſtere, & o os eius † opprimere de multis inſidiantes ei, & quęrentes † ca pere aliquid ex ore eius, ut ac- p cuſarent eum.

Cap. XII.

MVltis autem † turbis † cõcur- q rentibus, ita ut ſe inuicem con culcarent, cœ- r pit dicere ad di ſcipulos ſuos. † Attendite* à

bis ſe. Et patet ſnĩa ex dictis Matt. xxiij. Se- c cũdo arguit eos de falſa religione, cũ dicit: † oppos d ¶ Væ uob. q ædi. & patet ſnĩa ex dictis Matt. xxiij. excepto q̃ ſubdit: e ¶ Proſe. t. Videt magis ſeq cõtrariũ. Ad hoc em ordi nabant ſepulturas ꝓphetarũ, vt viderẽtur iuſtiores p̃ib⁹ ſuis, q occiderũt illos, vt hĩ expreſſe Mat. xxiij. Et iõ dicẽdũ, q illud re-ſtificamini, referẽ ad hoc q ipſi ꝓſequebãt † Mat. Chriſtũ, q erat ꝓpheta magnus eis ꝓmiſſ⁹ & diſcipulos ei⁹; & iõ ſubdit: f ¶ Propter ea & ſa. i. Chriſtus, qui eſt ſapientia patris. g ¶ Mit. ad il. Quod autẽ hoc ſit dictũ à Chriſto, patet Matth. xxiij. d. vbi dicit: Ecce ego mitto ad vos, ꝓphetas & ſapiẽtes & ſcri bas, & ex illis crucifigetis & occidetis, &c. Tertiò arguit eos de peruerſa expoſitione ſacrę ſcripturę, cũ dicitur: h ¶ Væ uo. leg. Clauis ſciẽtiæ eſt autoritas docẽdi, ꝓ quam debet intellectus verus latẽs interi⁹ aperiri, & ipſi ecõtrariò claudebãt peruerſe interꝓ tãdo, vt patet circa pręceptũ de honore pa rẽtũ, qd̃ euacuabãt ꝓ doctrinã ſuã, ꝓut dic-tũ fuit Mat. xv. & enã de plurib⁹ alijs præ-ceptis, vt dictũ fuit Mat. v. i ¶ Ipſi nõ in tro. ad intellectũ veritatis. k ¶ Et eos q̃ † & ipſos i. intrare deſiderabãt. l ¶ Prohibuiſtis. p uerſitate doctrinæ veſtræ. m ¶ Cũ au. h. Hĩc conſequẽter deſcribit Phariſeorũ & le- H giſperitorũ obſtinatio, q ex verbis Chriſti nõ fuerũt emẽdati, ſed magis peioratiidero ſubdit: n ¶ Cœperũt Pha. & legiſp. vt eũ turbarẽt & ſtupefacerent, qa conturbati minus prẽuidẽt. o ¶ Et os e. op. de mul. vt ſic ex varijs quæſitis & obiectis extrahe-rẽt aliqd calumniabile de ore eius. p ¶ Vt accuſarent eum. ſicut poſtea fecerunt co-ram Pilato, vt habetur infrà cap. xxiij.

* c ¶ Et uo. legiſp. ue. Per iſtos ſignifici- Moraliter
tur prælati alijs imponẽtes magna & gra- † reprę
uia, pauca faciẽtes aut nulla. d ¶ Væ uo.
q ædi. ſcd̃m literalem ſenſum hoc facibãt vt viderẽtur horrere crudelitatẽ patrũ ſuo rum. Cõſimiliter faciunt qui vitia ỹ bis de-teſtanť, vt immunes ab eis ignorãtibus vi-deantur. h ¶ Væ uo. legiſpe. q tu. da. ſ. Similes ſunt doctores eccleſiæ, qui verbis & opinionibus extraneis & curioſis impe-diunt intelligentiam veritatis neceſſarię ad ſalutem.

## NICO. DELYRA.

† Mat. 3

MVltis au. Poſtq̃ Chri- Cap. XII. ſtus induxit diſcipulos ad oratõis inſtantiã, hĩc cõſequenter induxit eos ad fidei conſtantiam. Et hoc tripliciter. Primò, diſſuadendo quædam à fide retra-hentia. Secundò, ꝓſuadendo quædã in fide ſtabilientia, ibi: Nolite timere. Tertiò, oſtẽ-dendo ad fidem attrahentia, ibi: Dicebat au tem. Retrahẽtia autem à fide ſunt quatuor, ſcilicet aſtutia ſeductorum, ſęuitia perſecu torum, auaricia cupidorum, cura nimia ne ceſſariorũ: & ſecundũ hoc pria pars diuidi- † trant tur in quatuor. ſecũda incipit ibi: Dico aũt vobis. tertia ibi: Ait autẽ ei, quarta ibi: Di-xitq̃ ad diſcipulos ſuos. Circa primũ ſcien-dum, q̃ hæretici moderni per ſimulationẽ † Cum ſã ſanctitatis frequenter corrumpunt fidẽ ſim cõmuni plicium. Et hoc modo Phariſæi faciebant innumera qui erant hypocritæ, vt patet ex prædictis: turbęnta & per hoc auertebant multos à fide Chriſti tuendo. à fer. ſ. per eorum hypocriſim auer- † cautius tamini Moraliter

Moraliter. q ¶ Multis autem turbis. † Mat. Ab
Sequitur: r ¶ Attendite à ſer. cũ ſimpli- * vobis
citer diuitando. Et ſubditur rõ cũ dicitur: ipſi

* Nihil

a ¶Nec; abscondí. Ideo ne æmulemini A simulatores, quia profecto veniet tẽpus in
†Mat.10.c. die iudicij, in quo & vestra virtus & illorũ hypocrisis omnibus reuelabitur. vñ sequit:
b ¶Quoni. quę i te. dix. Nõ solũ in futuro oia patebunt, sed etiã in præsenti tempore in tota ecclesia per orbẽ terræ publicè prędicabuntur, quæ in tenebris. i. in vmbra pressurarũ & carcerũ locuti estis, quãdo ad vestri legentur in excelsis. ¶Quo. q. in te. Amb. Quod in tenebris. id est in timore dixistis, dicetur in lumine. i. in fiducia veritatis accepto spiritu sancto. Et quod in aure. i. secretò locuti, super tecta. id est calcato carnis
†penetra- domicilio prædicabitur. c ¶Dico autẽ uo. Ambr. Cũ gemina sit causa persidię, quæ vel ex inolita malicia, vel ex accidenti metu nascitur, ne quis deum quẽ corde cognoscit metu negare cogatur, dicit mortẽ corporis non esse timendam. Prædare autẽ & fidem acuendo intexuit, & ipsi fidei virtutem fundamẽta subiecit. Nam sicut fortitudinis incentiuum est fides, ita fidei fundamẽ
Persecutorũ duo genera. tum est fortitudo. d ¶Ostendã au. uob. quia duo sunt genera persecutorum. vnum apertè persequentium, alterum fraudulenter blandientium. Sicut supra contra hypocrisim, ita hic armat contra carnifices. Tot hic locus ad subeundam pro confessione domini passionem vel contemptu mortis, vel spe præmij, vel mansuros in denunciatione
B supplicij instruit. e ¶Nõne quinq; Ambro. Quinq; passeres, quinq; corporis sens?
Matt.10.d. vel duo secundũ Matt. corpus & animã; quibus dedit natura gratiam ad æterna subuo-
† assiculis duobus landi, quia etiam caro si consentiat legi dei in naturam spiritualem transit. Sed dum & in occultis & fœtidis locis scilicet cibũ quæ runt, delictorum laqueis capti, ad supernorum operum fructus reuolare nequeũt, sed dipondio, id est vili terrenæ cupiditatis precio venundantur sub peccato, ita vt etiam anima malorũ escis grauata, inclinetur in corporis naturam. Sed si deus etiam infidelibus hoib? vel i oriũdo sole & terræ fœcũ
† prestatis ditate prospexerit, & misericordiæ munus impertit, non dubium fidelium contemplationem apud illum valituram. f ¶Vene. di. Dipondius est pondus ex duobus assib? compositum. Quod autem in numeris est vnum, hoc in ponderib? as quod duo, hoc
Dipõdius dipondius est. g ¶Et unus ex. Smplicitatis affectum inspirauerat, virtutem mentis
1 Cor. 5.b. erexerat, sola fides nutabat, hanc de vilioribus roborat. Quomodo dicit Apostol?: Nũqd de bob? cura est deo? Sed aliud ẽ cura, aliud est scientia. h ¶Sed & ca. Non actu computationis, sed facultate cognitionis, à similitudine pecuniæ quæ numeratur vt seruetur. Vbi magna prouidentia dei. q nec parua nec ociosa dicta eum lateant.
i ¶Omnis quicunque. Ne quis tempore persecutionis sufficere sibi putaret fidem
Gal. 5.b. cordis, dicit: Omnis quicunq;. k ¶Cõfessus fue. Confitetur quis Iesum ea charitate quæ per dilectionem operatur, negat q
†Mat.10.b Mar.8.b. præceptis non obedit. l ¶Filius hominis. Confitetur filius apud patrem illum, q per filium habet accessum ad patrem. Negatur à filio apud patrem, cui non manifestatur in diuinitatis potentia filius & pater. Et
† responsu in sinu ne putetur vna conditio omnium & eorũ qui studio & eorum q infirmitate vel ignorantia negant, subdit: Et omnis qui dicit uerbum in fi. ho. re. m ¶Coram angelis. quia dixerat aperta & abscondita esse reuelanda, hanc reuelationem non in vili cuilibet fabulo, sed in conspectu angelorum dicit agendam

§A simulatione.

fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis. † Nihil † enim o/
a §Negatiũ discooperietur. & vestra intentio soli deo modo cognita ab omnibus scietur. pertum est quod nõ reũeletur, neque absconditum quod non
§In mysterio.
b sciatur. Quoniam quę in tene/ b
§Aperte.
brisdixistis, in lumine † dicẽtur:
§Privatim.
& quod in aure loquuti estis, in
†cubiculis, prædicabitur in te/ c
§Publice. §Qui nil terrenum cupitis.
c tis. Dico autem uobis amicis d
§Propter multitudinem vel ferocitatem eorũ.
meis: ne terreamini ab his qui
a §Non possunt efficere, quin animam deus reddat corpori, quin & ipsum corpus resuscitet.
occidunt corpus, & pôst hoc non habent amplius quid fa/
d ciant. Ostendam autem uobis
§Bi seruite in timore.
quem timeatis. Timete eum, qui postquàm occiderit, habet
a §Mittendo in æterna supplicia
potestatẽ mittẽre in gehẽnam.
a §Nolite timere mortem corporis, qui mori non potestis sine nutu dei: quod in minoribus liquet.
e Ita dico uobis, hũnc timete. e
f Nonne quinque † passeres ue/ f
a §Sed sunt omnia sub prouidentia dei, quanto magis vos ad imaginem dei facti.
g neunt † dipondio: & unùs ex g
illis non est in obliuione coram
a §Vt de massa corporis taceã, nam & minimæ particulæ dei prouidentia conseruãtur.
h deo? Sed & capilli capitis ue/ h
strí omnes numerati sunt. No/
a §Omnem curam in eum proiicite, apud quem capillus non peribit.
lite ergo timere: multis passe/
a §Maioris precij, quia rationales: quia æterni.
ribus † plùris estis uos. † Dico
i autem uobis: Omnis quicum/ i
a §Ore fit confessio ad salutem.
k que cõfessus fuerit me coram k
l hominibus, & filius hominis l
§Venite benedicti patris mei.
m confitebitur eum coram ange/ m
a §Timere.
lis dei. Qui autem negãuerit
a §Deum vel hominem esse. b §Vbi prodesse debet mei nominis confessio.
m ẽ corãm hominibus, denega
a §Non perducetur ad visionem patris, qui perfruuntur sancti.
n bitur coram angelis dei. Et o/ n
mnis qui dicit uerbum in filium
o hominis, remittetur illi, ei au/ o
tem qui in spiritũ sanctum blas
phemauerit, non remittetur.
a §Contra terrores consolatio. §Vt me negetis. b §Publicos conuentus.
P † Cùm autẽ inducẽt uos in syna P
a §Principes synagogæ. b §Regiam potestatẽ.
gogas, & ad magistrãtus & pô/
§De modo proferendi.
q testates, nolite sollicíti esse qua/ q
§Interrogantibus.
liter aut quid † responde atis aut
§De modo inueniendi. a §Discere volentibus. b §Quia non ex ingenio vel arte vestra verba procedent, sed ex spiritu sancti gratia.
quid dicãtis: Spiritus enim san/
ctus docebit uos in ipsa hora,

agendam. n ¶Et omnis qui di. Spiritus/ C
sancti blasphemia est, cũ quis manifestè opera dei ităelligit, & cũ de ỹ ture negare nõ pos/ † autem
fit, stimulatus inuidia calumniatur: & dicit talia esse Beelzebub huic nõ dimittẽt, nõ q ei negetur remissio si pœniteat: sed quia hic blasphemus exigentibus malis meritis sicut nunquã ad remissionem, ita nec ad pœnitẽtiam peruenturus est, vnde Iohannes euangelista: Propterea non poterãt credere, quia
Ioh.12.f. iterum dixit Isa. Excęcauit oculos eorum, &
Isa.6.c. indurauit cor eorum, vt non videant oculis & non intelligant corde, & conuertantur † audiẽtur & sanem eos. Qui spiritum sanctum humana ignorantia minorem patrem credunt vel dicunt, irremissibili crimine non tenentur: quia non diabolica inuidia hoc agunt: Sed qui similitudine diaboli contra suã conscitiam dei maiestatem oppugnat, non habet remissionem in ęternum. sicut Marcus aperte declarat, qui posito hoc testimonio do-
Mar.3.d. mini subiungit: Quoniam dicebant: spiritũ immundum habet. o ¶Et au. qui. Et etiã qui scandalizatus in infirmitate carnis mepurum hominem vel voratorem suspicat? fuerit, remissibile erit: sed qui gratiam spiritus sancti (q pœnitentia inspiratur, & ad cõgregationẽ redit) non cognoscens impœnitenti corde permãserit, cũ hociã non sit humanum sed diabolicum, irremissibile erit. p ¶Cũ au. ind. u. in sy. Terror taliũ cõuẽ tuũ solet auferre libertatẽ loquẽdi. q ¶No li. sollici. esse. Voluntatẽ vestrã pro Chri † passercusto offerte. Christus verò loquetur pro se. li

☞Magister

## *Nicolaus de Lyra.*

¶†tamini à fidei veritate. a ¶Nihil enim opertum. quia eorum falsitas i iudicio dei manifestabitur. b ¶Quoniam quę in te. dí. hoc refertur ad seductores, modus enim seductorum est in tenebris & occultis docere: sed talia venient in palam in iudicio ex/ D
tremo. & hoc notatur cùm dicit: c ¶Prædicabitur in te. Domus enim in terra illa † Mat.10.d
habent plana tecta, vbi congregantur ho- Mar.8.d.
mines ad spaciandum & confabulandum, De pœ. dis.
& iõ illa quę dicuntur ibi, publicè dicuntur 3.c.adhuc.
& hoc modo exponit Theophilus. Beda autem exponit hoc referendo ad discipulos Christi, quorum ea quæ passi sunt in tenebris carcerum & pressurarum declarata sũt per orbem ad gloriam eorum. sed prima expositiõ magis concordat literæ præcedenti. d ¶Dico autem uobis. Hîc describitur secundum retrahens à fide, quod est septima persecutorum, quam Christus docet non timere. Et patet sententia ex dictis Matth. x. exceptis quæ sequuntur. e ¶Nonne quinque passeres ueneunt. id est venduntur. f ¶Dipon. Dipondium est spẽs monetę: & valet duplex as. & ideo quinq; passeres vendebantur dipondio, vt hîc habetur. & duo, asse, vt habeẽ Matt. x. qa quintus passer nõ poterat diuidi: & ideo remanebat vendenti sicut quando dantur quinque oua pro vno denario, non dantur nisi duo pro obolo. g ¶Et omnis qui dicit uerbum in filium hominis. i. contra Christi humanitatem. h ¶Remitte. i. i. nõ est ita graue ad remittẽdũ sicut verbũ blasphemiæ dictũ cõtra deitatẽ: & hoc fuit expositũ diffusè Mat. xij. c. i ¶Cũ au. indu. u. in sy. & cæ. Istud
* fuit expo-
* a ¶Nihil oper. q. d. Hypocritarum sal- Moraliter
sitas manifestabitur, & similiter fidei veritas quę tẽporib? ecclesiæ primitiuę, ppẽ multitudinẽ infidelium docebarur occultè. d ¶Di

☞ a ¶ Magister. Commẽdanti gratiam supernę pacis & vnitatis. E vult iste ingerere molestiam terrenæ diuisionis. vñ & hõ dicitur,
1.Cor.2.a. id est terren⁹. Inter quos em̃ hmõi zelus & cõtentio est, hoies sunt & sc̃d'm hoiem ambulãt. Inter fratres, patrimoniũ: non iudex medius, sed pietas debet sequestra diuidere, cę̃uis immortalitatis patrimoniũ nõ sit pecunia hominib⁹ peten
dũ. b ¶ Quis me cõ. Nõ sum dissentionis deus, sed pacis & vnitatis, qui veni homines pacificare cũ angelis, vt multi vnũ cor & vnã aiam habeãt. Nõ vt diuidant, sed vt habeãt oĩa cõia, nec sit aliquis egẽs inter eos. Ille q nõ colligit mecũ, est diuisor fraternitatis & dissentionis autor.
¶ Quia auaricia plerũq; solet tẽtare virtutem patientiæ quã cõmendabat, & exemplum & præceptum huius abolendæ subiũcitur, dicente domino: Quis me c.
iu. Nõ dignatur iudex esse litium, nec arbiter facultatum, q uiuorum & mortuorum habet iudicium & meritorum arbitrium. c ¶ Ab oĩ aua. Nemo putaret crimen esse, hæreditatem diuidere, fructus in horrea congregare, sed & hoc auariciã
† 47.d.c.si indicat supernus iudex. vnde & subiũgit
cut hi in ti. Homi. cuiusdam diuitis. ¶ Sicut supra cõtra Phariseos & hypocritas, ita hic occasione stultæ petitionis contra auariciam disputat. d ¶ Non in abũdatia.
Deu.8.a. Non in solo pane viuit homo, sed in ver
Suprà.4.a. bo dei, nec temporalis vita multitudine diuitiarum protenditur. e ¶ Dixit au. Post præceptum subdit exemplum ad de
F clinandam auariciam tẽporaliũ. f ¶ Hominis cuiusdam. Non reprehenditur dies, q̃ terram coluerit, vel fructus condiderit in horrea, sed q̃ fiduciam vitæ posuerit in illis, nec pauperibus erogauerit, vt ab eis reciperetur in ęternis tabernaculis. g ¶ Quid fa. Fructus suos, & sua bona esse computans, nõ erogat pauperib⁹
† lætare quæ supersunt, sed suæ luxuriæ reseruare in futurum studet, & ignarus quis congregatis sit vsurus. h ¶ Bona mea & dicam. Ambro. Non sunt hominis bona, quę secum auferre non potest. Sola enim misericordia comes est defunctorum.
i ¶ Requiesce. Ecce cum pestis auariciæ iungitur pestis desidię, vt nec pro temporalibus deum interpellaret. k ¶ Dixit au. Dicere dei, est ad hominẽ prauas eius machinationes subita animaduersiõe cõpescere. l ¶ Sulte. Quia longa tibi tp̃a di
† Mat.6.d. uitiarum, p̃mittebas, hac nocte præreptꝰ alijs cõgregata relinques. m ¶ Repetũt &c. In nocte auferẽ aia, quæ in obscuri-
†vestiemi tate cordis q̃d poterat pati, prędere noni luit. n ¶ Et non est in de. di. In deum
Diues ĩ deum diues est qui transitoria cotemnens pauperibus distribuit, cuius expectatio domi
nus est, cuius substantia. i. conscientiæ possessio qua substentatur & pascitur, est apud deum, non in sacculis terræ. o ¶ Dixitq; ad discipulos suos. Apostolos per fidem in spe æternorum confirmat, quia plures sunt quos torpentes facit amor præsentium & desperatio futurorum. p ¶ Nolite solliciti. Perfectius esset pauperibus omnia dare, & de mammona iniquitatis amicos facere.
Luc.16.c. Sed quia plerumque deuotio fidei infirmitate reuocatur, non p
hibet prouidentiam, per quam in sudore vultꝰ panis præparatur sed vetat sollicitudinem quæ mentem perturbat, & ab æternis reuocat. q ¶ Quid manducetis neq; corpori quid induamini. Anima plus est quàm esca, & corpus plus quàm uestimentum. Indecorum est homini curare de cibo vel veste, qui militat in regno dei. Nouit rex quemadmodum familiam suam pascat, alat, vestiat. ¶ Moraliter. Ad fidem instruit omnia credentibus à deo posse conferri, qui ipsos ex anima & corpore composuit. Cum enim anima indumento corporis vestiatur, & vigore animæ sine nostro labore corpus animetur, absurdum est vt victus copiam nobis defecturam putemus, qui viuendi iugem substantiam à deo consequimur.

☞ Considerate

quid oporteat uos dicere: Ait autẽ a
a quidam de turba: Magister, dic fra b
tri meo, ut diuidat mecum hęreditatem. At ille dixit ei: Homo, quis c d
¶ Litium. ¶ Facultatum.
me cõstituit iudicem aut diuisorem
¶ Tam ad turbas q̃ ad discipulos.
super uos? Dixitq; ad illos: Vide
a ¶ Rationem prouidete, cont'a quam ꝑ caro suggerit, cauete.
c tẽ, & cauete ab omni auaritia: quia e
d non in abundantia cuiusquam uita
e eius est ex his quæ possidet. Di f
xit autem similitudinem ad illos, g
f dicens: †Hominis cuiusdam diuitis
¶ Plus solito.
uberes fructus ager attulit: & cogi h
a ¶ Ecce nimia sollicitudo ex auaricia.
g tabat intra se, dicens: Quid faci i
am quòd non habeo, quod congre
a ¶ Ex sollicitudine deliberatio.
gem fructus meos? Et dixit Hoc fa k
ciam: Destruam horrea mea, & fa
ciam maiora: & illuc congregabo
¶ Meo labore: vel, propter me solum.
h omnia quæ nata sunt mihi, & bona l
mea: & dicam animæ meæ: Anima
habes multa bona posita in annos
¶ A labore. ¶ Esuriem & sitim pelle.
i plurimos: requiesce, comede, bibe, m n
¶ Magno paratu.
k l †epulare. Dixit autẽ illi deus: †Stul o p
¶ Exactores.
m te, hac nocte animam tuam repetũt q r
à te, quæ autem parasti cuius erunt?
¶ Stultum & in nocte rapiendus. s t
n Sic est qui sibi thesaurizat, & non u x
o est in deum diues. Dixitq; ad di
a ¶ Quos specialiter ad contemptum mundi inuitat.
b ¶ Ideo temporalium sollicitudinem vetone cum diuitibus seculi vobis thesaurizare cõuincamini.
scipulos suos: Idẽo dico uobis: y
¶ Vitę quę cibo sustentatur.
p †Nolite solliciti esse ànimę uestræ, z
q quid manducetis, neque corpori
quid †induamini. Anima plus est
quàm esca, & corpus plus q̃ uesti

☞ suit expositum Mat. xĩj. a ¶ Ait autem. ei q. Hic christus dis. G
suadet tertiũ retrahens à fide, q̃d' est immoderata cõcupiscẽtia terrenorum, vbi præmittit cuiusdã cupidi petitio dicentis Christo.
b ¶ Magi. dic. incõuenienter petebat, qa nõ erat locꝰ nec; ipse, nec Christꝰ erat tpalibꝰ intẽt⁹, ĩmo ea cõtẽnere docebat, & hõ Christus rndit ei: c ¶ Hõ. carnalis & rudis & terrenus. d ¶ Quis me c. Similiter Apostoli, vt possent vacare verbo dei, cura tpaliũ à se abiecerũt dicentes Actu. vj. a. Non est æquũ nos derelinquere verbũ dei & ministrare mẽsis. & iõ eo hoc Christus cõsequẽter docuit cauere auaricias que à deo separat. vñ subdit: e ¶ Quia nõ ab. c. s. spũalis, p quã cõiungit deo: Nec etiã corporalis, qa ꝑpter abũdantiã & superfluitatẽ mors plurũ accelerat⁹ multo em̃ plures moriũt ex repletiõe q̃ ex attenuatione. Vitæ etiã pauperũ malus insidiat: diuites aũt in nullo loco sunt securi, & in oĩ cibo & potu timẽt intoxicari. f ¶ Dixit au. si. ad il. ad suũ ꝑpositũ declarãdũ. g ¶ Ho. cu. d. & c. ta id multo plures solito cursu. h ¶ Et c. qa abundantia diuitiarũ inducit magnã sollicitudinẽ, & p cõsequẽs animi anxietatẽ, qa non supplent indigentiã, vt declarat Boetius. ij. li. de conso. vnde sequitur:
i ¶ Quid fa. Ecce abundantia fructuũ faciebat eũ horreis indigentẽ. k ¶ Illuc cõg. cũ ecõtrario deberet dicere, dispergã pauperib⁹. l ¶ Et di. ani. mi. mihi metipsi, secundũ q̃ totus hõ denoiarur à parte digniori. m ¶ Requiesce. hic ex primũ⁹ quatuor mala quæ solent ex abũdantia diuitiarũ euenire. s. ociositas, quæ notat ibi: Requiesce, gulositas, cũ dr, comedere, ebrietas ibi: Bibe. Comessationis crimen ibi: Epulare. Vnde infrà. xvj. c. de diuite epulone dicitur, q̃ epulabatur q̃tidie splendide. o ¶ Dixit au. il. dei. cõtrariũ suæ cogitatiõis fecit. Dicere enim dei, facere est, sc̃d'm illud Psal. xxxiij. Dixit & facta sũt. p ¶ Stul. q non cogitas de dei prouidẽtia & iustitia. q ¶ Hac n. an. t. r. s. dæmones q̃bus obligata est pcta. r ¶ Quæ au. pa. quasi diceret, nõ erũt tua, qa nõ portabis tecũ. hoc aũt potissimè põt queri à personis ecclesiasticis q non possunt relinquere bona ecclesiæ suis hæredibus. s ¶ Sic est. i. similiter stultus & ad similẽ finẽ veniet. t ¶ Qui sibi the. bona tpalia. v ¶ Et nõ est in de. d. i. vacuꝰ est bonis spũalibꝰ. x ¶ Dixitq; ad dis. Hĩc cõsequẽnter Saluator dissuadet quartũ retrahens à fide, q̃d' est cura nimia & superflua respectu necessariorũ. Et patet sententia ex dictis Matth. vj.
☞ Nolite ti
✻ co au. uo. hoc de se morale est, ꝑpter quod ꝑtranseo vsq; ibi: a ¶ Ait au. ei q de t. per hoc autẽ q̃d' Christus noluit se intromittere de diuisione hæreditatis inter fratres, ostendit q̃ prædicatores euangelij, nõ se debent intromittere de negocijs secularibus determinandis. g ¶ Ho. cu. diui. p. ĩsum intelligitur omnis homo congregans & conseruans bona temporalia, vt inde viuat ociosẽ. ideo sequitur: l ¶ Et dicã ani. meæ. & etiam gulosẽ & deliciosẽ: ideo subditur: m ¶ Comede bibe. & frequenter contingit, quòd tales subitò moriuntur; & sic à proposito defraudantur, propter quod cõcluditur: s ¶ Sic est qui sibi thesaurizat. quia solæ diuitiæ virtutum portantur de hoc seculo cum habente. y ¶ Nolite soliciti esse animæ uestræ quid manducetis, neque corpori quid induamini. Anima plus est quàm. scilicet sollicitudine superflua: quia deus dat animam & corpus, quæ sunt maiora sine sollicitudine humana: & similiter pascit coruos & crescere facit lilia. Et hæc omnia dicuntur hic ad literam, ad rollendium à prædicatoribus euangelij sollicitudinem superfluã de necessarijs quãtum ad vitã præsentẽ. ¶ Moraliter autem, virgines lilia dici possunt, qui p augmẽtũ ꝑfectionis ꝑ tutũ ĩ deo crescũt & induũt grãe vestib⁹ ĩ præsenti & gstĩ futuro.
✻ Nolite timere

a ¶Cõſiderate. Sancti meritò auibus cõparantur, qui nihil in mundo habentes, nec laborantes, ſola contemplatione æterna petunt, iam ſimiles angelis. b ¶Quanto magis. Si volatilibus non laborãtibus: nec cõmunes fructꝰ aliquo ſibi dominatu ſpeciali us vendicantibus prouidentia dei neceſſaria largiuntur, verũ eſt cauſam inopiæ nr̃æ auariciam indicare, qui cõia quaſi ꝓpria vẽ dicamꝰ & alĩs inuidemus. c ¶Si ergo ne. Si nec in augmentatione corporis veſtri operari poteſtatis, quæ operatio eſt deo minima ad cõparationem ſpiritualis creaturæ quid ſolliciti eſtis de cæteris maioribꝰ. i. de animæ conſeruatione? d ¶Conſiderate lilia. Aperta cõparatio. Lilia non ſicut cęteri fructus aliquẽ agricolarum cultum requnt. Solet etiam per lilium cæleſtis beatitudo ſignificari, ad quã nos inuitat dominus. Lilia non in ſiluis, ſed in hortis naſcunt̃, ſic & nos in hortis virtutum naſci debemus. e ¶Nec Salomon. Ambro. Salomon & hic veſtitus, & alibi coopertus gloria dicit̃, qui infirmitatem corporeæ naturæ veluti quadam virtute mentis ad operam, operũ gloria veſtiebat. f ¶Veſtiebatur ſi. unũ. Quæ purpura regum, quæ pictura textricũ poteſt floribus comparari? Ipſe color dicit̃ veſtimentum floris, ſicut dicitur: Operuit iſtum rubor. g ¶Cras in clibanũ. Cras ī ſcripturis pro futuro ponitur, dicẽte Iacob Exaudiet me cras iuſticia mea. h ¶Nolite quærere. non ait: Nolite quærere vel ſolliti eſſe de cibo vel veſtimento, ſed expreſsius quid manducetis aut quid bibatis. In quo videntur argui hi qui ſpreto victu vel veſtitu communi, lautiora vel auſteriora prę his cũ quibus viuunt, alimenta vel indumenta requirunt. i ¶Nolite in ſub. Prohibita ſollicitudine victus vel veſtitus, quæ ſunt ad neceſsitatem, prohibet etiam ſuperbiam quæ ſolet de iſtis ſuperabundantibus conſequi. Ideo hæc ne requiratis, quia talis ſollicitudo facit infidelibꝰ ſimiles. k ¶Et hęc o. Quia omnia ſunt filiorum. ideo hęc omnia adiicientur vobis, etiam non quærentibus vt nec in pñti nec ī futuro deſit aliqua gratia fidelibus, quibus ſi hęc ſubtrahuntur, ad probationem eſt, ſi dantur ad gratiaru mationem, quia omnia cooperantur in bonũ bonis. l ¶Nolite ti. Regnum quærite, & de regno ne diffidatis, quia pater complacita bonitate dabit vobis regnum, nõ veſtris meritis. m ¶Puſillus. Vel ob cõparationem maioris numeri reproborum. vl̃ potiꝰ ob humilitatis deuotionẽ, per quã humilitatem crelcit eccleſia, ꝓ quã peruenitur ad regnũ. n ¶Vendite. Nõ tãtũ nõ timeatis ne propter regnum militantibus vitę neceſſaria deſint, ſed etiam poſſeſſa vendite pro pter eleemoſynam, quæ eſt via ad regnum dum per eam peccata redimuntur. Non tm̃ cibos veſtros cõicate pauperibus, ſed etiam vendite veſtras poſſeſsiones, vt omnibꝰ veſtris ſemel pro domino ſpretis poſtea labore manuũ veſtrarũ operemini, vnde viuatis vel eleemoſynam faciatis. o ¶Date ele. Qui ꝓ cœlo omnia mundana ſpernit, vendat quę habet & diſtribuat: Qui non eſt tãtæ virtutis, de his quæ habet eleemoſynam det. ¶Non prohibetur, vt nihil pecunię ad vſus neceſſarios à ſanctis reſeruetur, cũ ipſe dominus loculos habuiſſe legat, ſed ne deo propter iſta ſeruiatur, & ne timore inopiæ iuſticia deſeratur. p ¶Nõ deficientem. Temporalia, vl̃ ex ſua fragilitate deficiunt, vel ſi quid ſolidum ſupereſt, vt lapides precioſi, à furibꝰ poſſunt tolli. Sed data ꝓ Chriſto ęternum

a ¶Hoc ad eſcam. ¶Matthæus, volatilia. Hic ergo ſpecies pro genere. ¶Quotũ anima mortalis.

mentum. Conſiderate corũos, quia non ſeminãt, neq; metunt: quibus non eſt cellarium, neq; horreum, & deus paſcit illos.

¶Propter rationem, propter immortalitatem, quæ vobis promittitur plus valetis.

b Quantò magis uos ꝓ pluris eſtis

a ¶Hoc de veſtimento.

illis? Quis autem ueſtrum ꝓ cogitãndo poteſt adiicere ad ſtaturam ſuam cubitum unum?

a ¶Sua ſollicitudine & ſagacitate. b ¶Ibi ergo curam regendi corpus relinquite, qui illud ad hanc menſuram fecit peruenire.

¶Q. Nullus.

c Si ergo neque quod minimum eſt poteſtis, quid de cæteris ſoliciti eſtis?

¶Non ſunt allegorica iſta, ſed vt de minoribus perſuadeantur maiora.

d Conſiderate lilia, quomodo creſcunt. Non laborant, neq; nent. Dico autem uobis, quia nec Salomon in omni gloria ſua ueſtiebatur ſicut unũ ex iſtis. Si autẽ ꝓ fœnum quod hodie in agro eſt, & cras in clibanum mittitur, deus ſic ueſtit.

a ¶Coloribus ſe ornando.

a ¶Vt faciant ſibi indumenta.

¶Si iſta quæ ad vſum tantum corporis ſunt & cito decidũt, igne cremabuntur, deus tam veneuſte adornat quan. &c.

a ¶.i. Veſtiet. b ¶Qui ad imaginem dei facti eſtis ad æterna vocati.

quãtò magis uos puſillæ fidei?

a ¶Ergo. ¶Si enim de his diffiditis, quomodo æterna ſperetis?

e Et uos nolite quærere, quid mã ducetis, aut quid bibatis: ẽt ꝓ nolite in ſublime tolli. Hæc enim omnia gẽtes mundi quę runt. Pater autẽ ueſter ſcit quõ

a ¶Et ſi hæc abundauerint, ne inde ſuperbiaris.

a ¶Quibus nulla cura eſt de futuris, ſed filiorum eſt quærere regnum dei.

a ¶Ne dubites de voluntate patris. b ¶Prouidet hæc omnia in ſua via nobis eſſe neceſſaria.

niam his indigetis. ꝓ Verũmtamen quærite primùm regnum dei & iuſticiam eius, & hæc omnia adiiciẽntur uobis. Nolite timere ꝓ puſillus grex: quia complacuit pãtri ueſtro dare uobis regnum. Vendite quæ poſsidetis, & dãte eleemoſynam. Facite uobis ſãculos qui non ueteraſcunt, theſaurum non deficientem in cælis, quõ fur non appropiat, neque tinea cõrumpit. ꝓ Vbi enim theſaurus ueſter eſt, ibi & cor ueſtrum

a ¶Operando eleemoſynas.

a ¶Poſitiones quarum merces durat in æternum.

a ¶In ſpiritualibus & æternis.

a ¶Quia ibi aduerſus electos dei nulla fraus diaboli prævalebit.

a ¶Quia diuitiæ ſanctorum futuræ incorruptibiles ſunt.

a ¶Quo fur. Fures ſunt hęretici & dęmones, qui ad hoc intenti ſunt, vt ſpiritualibus nos ſpolient. Tinea quæ latenter veſtes rodit, inuidia eſt, quæ ſtudium vel fructũ bonum lacerat, & compactionem vnitatis diſſipat. r ¶Vbi enim the. Vniuerſaliter, & de pecunia & de omnibus voluptatibus. Guloſi theſaurus, eſt venter, vbi habet cor, ſic & de alĩs. Nam ſi in terra, cor eſt deorſum. Si in cæleſtibꝰ, eſt in Chriſto fixum. Neceſſe eſt enim, vt quo pręceſſerit dilectionis theſaurus, illic & cogitationis ſequatur affectus. ¶Myſticè. Si theſaurus boni operis cauſa temporalis commodi congeratur facilè corruit, quia ſi exterius fit ad fauorẽ hominum, diabolus rapit. vnde: Recepe. runt mercedem ſuam. Si intus ſit ad inanẽ gloriam, tinea ſcindit: cum in ſe confidentẽ, & ſibi placentẽ fragilitas hũanę conditionis deſerit. Sint lumbi

† præſtatis illis

† ſollicitudine

Myſticè

Mat. 6. a.

## *Nicolaus de Lyra.*

a ¶Nolite ti. Hìc cõſequenter Saluator ſuadet i fide ſtabiliẽtia: Et ſunt quatuor ſcilicet pręſtolatio pręmĩ, expectatio iudicĩj, exigẽtia officĩj, & magnitudo beneficĩj. Et ſecundum hæc iſta pars diuidit̃ in quatuor. Sed'a incipit ibi. Sint lumbi veſtri pręcĩcti. tertia ibi: Ait autẽ. q̃rta ibi: Omni autem cui multũ datũ eſt. Circa primum ſciẽdum, ꝙ ſpes vitæ æternæ maximè ſtabilit in fide: ideo dicit Saluator ipſis fidelibus: Nolite ti. perſecutiones pręſentis vitæ. b ¶Puſillus grex. Et dicit puſillus, quia pauci erant fideles reſpectu infidelium, & quia pauci ſũt electi reſpectu reproborum. c ¶Quia cõpla. pa. ue. da. uo. re. Ex mera enim liberalitate diuina aliquos elegit ad regnũ cęleſte alĩs dimiſsis, & quos ab æterno ſic elegit, in tempore vocauit ad fidem & iuſtificauit per gratiam, vt ſic digni efficerentur vita beata ſecundum quòd dicit Apoſtolus Ro. viij. f. Quos autem prædeſtinauit, hos & vocauit quos autem vocauit, hos & iuſtificauit: ꝙs autem iuſtificauit: illos & magnificauit. d ¶Vẽdite quæ poſsi. q. d. ex quo vobis paratum eſt regnum cęlorum, parum debetis curare de terrenis. Sciendum tamen, qd' vendere poſſeſſa, ad dandum eleemoſynã non eſt neceſſe niſi in caſu extremæ neceſsitatis, aliàs eſt ſupererogationis. ꝓpter hoc dicitur Matth. xix. c. Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Non dicit, ſi vis ſaluari: ſed, ſi vis perfectus eſſe. e ¶Facite uobis ſaccu. id eſt repoſitoria bonorum. f ¶Qui non ueteraſcunt. & quæ ſint illa, oſtendit dicens: g ¶Theſaurum non defi. in cæ. Ibi ẽm non poteſt eſſe corruptio ab intrinſeco, nec per conſequens inueteratio. quia quod antiquatur & ſeneſcit prope interitum eſt, vt habetur Heb. viij. d. Similiter non poteſt ibi violentia fieri ab extrinſeco, ideo ſubdit̃: h ¶Quo fur non appropiat & cæ. Iſte autem theſaurus acquirit̃ per prædictam eleemoſynarũ largitionẽ. vnde Matt. xix. c. cum dixiſſet Saluator: Vende omnia quæ habes. & da pauperibus. ſubiunxit, & habebis theſaurum in cęlo. i ¶Vbi eſt e. theſaurus ueſt. id eſt res à te amata & deſiderata. k ¶Ibi & cor. qa ſecundum Aug. anima verius eſt vbi amat, quã vbi animat.

C

† præſtatis illis

† ſollicitudine

Myſticè

Mat. 6. a.

D

† Mat. 6. d.

Moraliter

Sint lumbi

a ¶Nolite timere puſillus grex: qa complacuit patri ueſtro dare uobis regnum. id eſt congregatio humilium, quibus pater cæleſtis præparauit regnum.

Sint lumbi

deserit. a ¶ Sint lũ. &c. & lu. Deo nõ placet vnũ sine altero, cũ quis vl' bona agit nõdũ refrænata luxuria, vl' castè viuit nõ exercens se p̃ bona opera. Et vt ab amore tẽpaliũ posſitis remoueri, & bona quæ agitis, ſimplici intẽtione æternorũ agatis, cingite lũbos i. motus carnaliũ deſideriorũ refrẽnate; & habete lucernas ardentes, vt in operatiõe veſtra ſolo dei amore ardeatis & aliꝭ exemplũ præbeatis.

† De pœ. diſt. c. qui ſanctus.

b ¶ Expectan. Siue vitaꝭ mala ſiue facitis bona, nihil mundamini: ſed ſolũ aduẽtũ redẽptoris expectetis. c ¶ Quãdo re. Ad nuptias domin⁹ iuit, cũ poſt reſurrectionẽ nou⁹ homo, angelorum multitudinem ſibi copulauit. A quib⁹ reuertit, cũ nobis p̃ iudicium manifeſtatur. Vnde & bene de expectantibus ſubdit: ¶ Vt cũ ue. d ¶ Confeſtim ape. Nõ vult aperire iudici pulſanti, qui timẽs videre iratum quem cõtemplt, de corpore exire metuit. Aperit qui iudicẽ lætus & ſecurus ſuſtinet, & de propinqua morte gaudet. vnde ſubditur: Beati ſer. il. quos cũ ue. e ¶ Vigilantes. Vigilat qui oculos apertos in vero lumine tenet, vt tenebras negligentiæ eui ter, q etiam qd' credidit operatur, q ſol licitus eſt in cura gregis ſibi commiſſi.

†Mat. 24. d

Quid verò vigilantibus debeatur, ſubdit: Amen di uo. ſ ¶ Tranſiens. Trãſiens miniſtrat cũ de iudicio ad regnum rediẽs, ſua claritate fideles ſatiabit. Vel poſt iudiciũ trãſibit, cũ' à cognitiõe hũanitatis quæ in iudicio videbit, ad cognitionẽ diuinitatis poſt iudicium ſuos illuminabit. g ¶ Et ſi ue. Vigilias vocat à ſimilitudine excubantium. In nocte huius mũdi ſemp debem⁹ eſſe cõtra hoſtẽ ſolliciti, & expectare lucẽ vẽturã. i. aduẽtum iudicis. Prĩa ergo vigilia cuſtodia pueritię eſt, ſecunda iuuentutis, tertia ſenectutis. Si quis verò in puericia vigilare neglexerit, non tamẽ deſperet, ſed etiã in iuuẽtute, vel ſaltẽ tãdẽ in ſenectute reſipiſcat, quia pius iudex moras noſtras patienter expectat. Qui ad excutiẽdam mentis deſidiam exteriorum damnorũ ſimilitudinẽ inducit, vt per hoc animus ad cuſtodiam ſui ſuſcitetur. Vnde:

† cuſtodia

Tres vigiliæ triũ ętatum.

h ¶ Hoc autem ſcitote quoniam ſi ſciret paterfamilias. Neſcientẽ patrefamilias fur domum p̃fodit, quia dum à ſui cuſtodia ſpiritus dormit, improuiſa mors carnis habitaculum irrumpit, & ad ſupplicia trahit. Furi autẽ reſiſteret ſi vigilaret, quia aduentum iudicis occultè venientẽ præcauens, pœnitendo occurreret. i ¶ Qua hora non putatis filius hominis ueniet. Vltimam horam ſemper ignorari voluit domin⁹ vt ſemper ſit ſuſpecta, & ad eam ſemper præpararetur. k ¶ Ait autem ei Petr⁹. Cum dominus duo propoſuerit ſcilicet & ſe ſubito venturum, & illos expectando paratos eſſe debere quærit Petrus ſi illa ſublimia inſtituta cælestis vitæ, quę ſunt neceſſaria ſe præparantibus, ad apoſtolos ſolum, & ſimiles eorum⁹, an ad omnes ſaluandos pertineant. l ¶ Dixit autem dominus. Reſpondens ad interrogata dominus, primum & ſecundum iudicium cunctis affuturum, & ſingulos pro meritis vel remumerãdos, vel damnandos dicit. Deinde quod maximè quæſierat, ſupponit ſcilicet gratiam virtutum quam mundo attulerat, à ſingulis quantum poteſt eſſe ſectandam, quod eſt ibi: Ignem veni mittere in terram. m ¶ Quiſputas eſt fidelis diſpenſator. quaſi dicat. Vobis qui diſpenſatores eſtis inſtituti, hoc ſpecialius conuenit de cuſtodia & p̃paratione, vt & vos & alios præparetis in aduentum iudicis, quia pauci ſunt qui commiſſam ſibi bene ammiſtrant diſpenſationem. n ¶ Et prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam, ut. Quã rarus eſt dñs, ꝓpter dominum ſeruiens, oues Chriſti non ad lucrum, ſed amore Criſti paſcẽs, prudens in futuro ſibi, puidẽs, quem conſtituit, i. q̃ rarus qui ſit vocatus à deo tanq̃ Aaron, & nõ magis ſe ingeſſerit, & qui nõ magis ſe paſcat quã oues: o ¶ Beatus. quaſi dicat. Pauci ſunt fideles. Iſte autem qui repertus fuerit fideliter annonam verbi miniſtrãs, & in curã gregis vigilans, æterna beatitudine glorificabitur.

† De pœ. diſt. c. ſi ſacerdos.

Hebr. 5.a

☞ Super

## *Nicolaus de Lyra.*

a ¶ Sint lum. ue. Hîc ponitur ſecũdũ ſtabiliens in fide, qd' eſt expectatio iuſtorum futuri, vbi fideles q nũc conculcant & deprimunt, honorabunt, & iõ ex tali huius vitæ expectatione ſolidantur in fide, diſponentes ſe vt poſſint ſecure illud iudicium expectare. Et ad hoc inducit Saluator. di. Sint lum. ue. Lumbi mentis, ſũt voluntas & intellectus, ex qb⁹ procedũt cogitationes malę. Lumbi verò carnis ſunt in quibus viget motus luxurię, & vtriq; lũbi ſunt p̃cingẽdi. i. coartãdi ab illicitis cogitationibus & operibus. b ¶ Et lucernæ ardentes. doctrina clara p̃cedẽs ex charitate. c ¶ In manib. ueſt. implendo opere. d ¶ Et uos ſimi. ho. i. ſitis diſcreti, vigiles & ſolliciti de veſtra cuſtodia, expectãdo dominum venturũ ad iudiciũ, ſicut antiqui patres expectabant eum venturum in carne, & tunc eritis ſimiles illis. e ¶ Vt cũ ue. Venit aũt dominus ad iudicium primo in morte cuiusliber, qualis pñtabit⁹ in iudicio qualis inuenitur in morte, q̃tum ad gratiam vel culpam ideo ſequit: f ¶ Beati ſer. q. cũ ue. d. in eorum morte. g ¶ Inuene. ui. i. ſtatu gr̃ę. & non in peccatis dormientes. h ¶ Amen di. uo. i. fideliter aſſero qd' i ¶ Pręcinget ſe. i. pr̃opte & ſine retardatiõe miniſtrabit illis vitam beatam. k ¶ Et ſi ue. i ſe. ui. Sec'm bõm Greg. prima vigilia eſt cuſtodia pueritię, maximè poſtq̃ incipit vſus rõnis in pueris: ſec'a vigilia, eſt cuſtodia iuuentutis: tertia, ſtatus virilis: q̃rta, ſenectutis, qa in q̃libet ſtatu aliq moriũt, & iõ i q̃libet ſtatu fideles debent eſſe parati p̃ iuſticiã ad recipiẽdũ mortẽ. Cõſequenter ad hoc inducit exemplũ. Hoc au. ſci. & patet exp̃a. l ¶ Ait au. ei Pe. Hîc conſequẽter ponit tertiũ ſtabiliẽs i fide, qd' eſt exigentia officii: quia pręlati qui debent alios in fide firmare, debent eſſe in fide magis ſolidi, & iõ debent vigilare nõ ſolũ ſuper ſe, ſed etiam ſuper gregẽ ſibi cõmiſſum, ne inſurgat aliquid fidei & moribus cõtrarium. Et hoc eſt qd' dicit rñdendo ad queſtionẽ Petri. m ¶ Quiſp. q. d. licet q libet debeat vigilare ſup cuſtodiã ſui, in hoc præcipuè prælatis incũbit, q ſũt diſpenſatores dei, & iõ debẽt eſſe vigiles & ſolliciti, vt miniſtrẽt ſubditis bona ſpũalia. & hoc deſignat cũ dr̃n ¶ Vt det. il. T̃ps tritici vocat t̃ps euangeliũ. vnde & Chriſtus ſe grano tritici comparauit. Ioh. xij. d. o ¶ Menſuram. quia boni prælati debent adminiſtrare ſpiritualia ſubditis ſecundum eorum proportionem & capacitatem. p ¶ Beatus &c. cũ ue. i morte ipſi⁹. q ¶ Inue. &c. fa. i. bona ſpũalia fidelit diſpẽſãtẽ.

in mẽti

† ſupra

† demũ

Super omnia

Moraliter

☞ a ¶ Sint lũ. ue. cingulo caſtitatis. b ¶ Et lu. per quas ſignificãtur opera bona de genere, & ex charitate facta, aliter eſſent extinctæ. d ¶ Et uos ſimiles. parati ſuſcipere ipſum. e ¶ Vt cũ ue. & pulſa. Pulſat dominus hominis animum, cum eum inducit ad melius propoſitum, cui confeſtim aperit per bonum conſenſum & ſequentem effectum: & tali ſeruo miniſtrat dominus gratiam in pręſenti & gloriam in futuro. k ¶ Et ſi uenerit in ſecũda ui. Per iſtas tres vigilias poſſunt intelligi tria tempora ſcilicet iuuentutis, ſenectutis, & ætatis medię, in quibus perſeuerantes in bono, beati ſunt in ſpe, & poſtea erunt in re. m ¶ Quiſputas eſt fidẽ. Iſte põt dici quilibet virtuoſus, in quo ratio regit vires inferiores debito modo: propter quod ſuper omnia bona cõſtituetur i cęlo.

☞ Quod ſi duc

a ¶Super oĩa Quãta inter bonos auditores & bonos doctores est distãtia meritorũ, tanta & præmiorũ. Auditores bonos facit discũbere & trãsiens ministrat, dispensatores constituit super oĩa quæ possidet, non vt soli, sed vt præ ceteris habeãt æterna, tũpro sua vita, tum pro gregis custodia. b ¶Quod si dixerit. ser. Nota inter vitia serui ascriptum, cp tardum putat domini reditum. In virtutibus boni non annumeratur, cp hũc cito speraverit: sed tantum cp fideliter ministrauit. Nihil ergo est melius, qꝫ vt patiẽter sustineamus ignorare quod sciri non potest: sed tamen laboremus, vt idonei inueniamur. c ¶Et edere. Id est cum ctis sceleribus & illecebris sæculi, quę mẽtem errare faciunt, occupari. vel ad literam, si sit deditus gulæ & ebrietati.

seruos

d ¶Partemqꝫ. Mali cum infidelibꝰ puniẽtur, sed differenter. Illi ẽm qui scienter peccant, grauius puniẽtur. Minꝰ graviter, qui peccant ex ignorantia. Et inter iniustos tanto quisqꝫ tolerabiliorem habebit damnationem, quanto minorẽ habuit iniquitatem. e ¶Paucis. Mitissima omnium pœna est eorum qui prꝫter originale nullũ insuper addiderunt delictum. ¶Ambro. Multi existimãtes se minus vapulaturos, si nesciant quid opari

3.q.4.c. a vidicta.

debeant, auertunt ne audiãt veritatẽ. Sed cum possent scire, si vellent studium adhiberẽ, non nescientes, sed cõceptores iudicantur. f ¶Omni aũt. Meritò maius cognoscens plus, & nõ cognoscẽs minus vapulat: quia illi plus, isti minus cõmissum est: & ab omni cui plus committitur, plus exigitur. ¶Vtrũqꝫ ordinẽ prꝫ

7.dist. cãõ 3.q.4.c. a vidicta.

Roma.12.a Gal.4.d. rūt, pietate dñi restituit. Vel auris amputata & sanata, signat auditum ablata vetustate inouatū, vt sit in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ. Quòd ser
†Mat.26.c. †Mar.14.c uus inuētus est, pertinet ad illā vetustatē quæ generat in seruitutē, quæ est agar.
F Sed cū accessit sanitas, figurata est libertas. Vnde & nomē serui Malchus, id est rex vel regnaturus: qa regnabit cū Christo, cui auditus innouat. d ¶Vene. ad se prin. Iuxta alios euāgelistas nō venerant ad Iesum principes sacerdotū & magistratus, sed in atrio Caiphæ expectauerant. Sed quia illi de nece domini
ita agebāt, vt quasi innoxiū viderent: cū ꝑ discipulū tradit, à tribuno & turbis cōprehēsus, à ꝑfide dānatus, à Romanis
†aulæ crucifix, à populis etiā Barrabas est electus, volēs euangelista eos maximè esse
†sedebat reos, quorū cōsilio cūcta gerebant, dicit eos venisse ad cōprehēdendū saluatorē qui suæ iussionis potestate venerunt.
e ¶Qua. ad la. Scultū est cū gladijs & fustibus q̄rere, q̄ vltrò se eorū offert manibus. & in nocte quasi latitantē & vestros oculos declinantē inuestigare per
Io.8.b. proditorē, qui quotidie in tēplo docet. Sed ideo aduersum me in tenebris congregamini, qa potestas vestra qua cōtra lucē armamini, in tenebris est. f ¶Prī. sacer. Caiphæ, qui pontificatū vni' anni ꝑcio sibi emerat à Romano principe:
prius tamen ad Annam vt Iohānes ait:
g ¶Seque à Iō. Merito à longè qui in proximo fuerat negaturus. Significat ecclesiam imitaturā Christi, passionē onlgè differenter: quia ecclesia patiē pro se, Christꝰ pro ecclesia. h ¶Igne in me. Ignis cupiditatis instinctu maligni spiritus accensus, in atrio Cayphæ ad negandum & blasphemādum deum linguas perfidorum armabat.
Quod enim intus in domo principis sacerdotum maligna synodus gerebat. hoc ignis inter frigora noctis foris accēsus typicè demonstrabat. Hoc frigore ad horam torpens Petrus, quasi prunis
Io.21.c. ministrorum calefieri cupiebat: quia temporalis commodi solatium perfidorum societate quærebat. Sed hanc infidelitatem domino respiciente reliquit, & post resurrectionē in captura piscium, cum prunas positas. & piscem superpositum vidisset, cor suū prunis amoris inflammauit. i ¶Ancil. quędā. Cur prima ancilla prodit, cū viri magis poterant cognoscere? Nisi vt iste sexus ostēdatur in nece domini peccasse, per passionem redempturus. Et ideo mulier prima resurrectionis mysterium accepit, & mandata custodit, vt veterem ꝑuaricationis errorem aboleret. k ¶At ille nega. Non in monte, nō in tēplo, non in domo sua Petrum negat: sed in prætorio Iudæorum, in domo principis sacerdotū, vbi non est veritas, vbi Christus captus & ligatus. Quid est errare, quē intromisit ostiaria Iudæorū? Eua malè induxit Adam. Petrū malè introduxit fœmina. l ¶Homine quid di. Non solū negat Christum, qui dicit illum nō esse Christum: sed etiā qui cum sit negat se esse Christianum: & ita impletur qđ dicit dominus: Tu me negabis. m ¶Galilæus est. Hierosolymitæ & Galilæi æque sunt Hebræi & vnius linguæ, sed vnaquęq; ꝓuincia habet suas ꝓprietates, vernaculū loquēdi sonū mutare nō pōt. n ¶Et cōti. Post tertiā negationem sequitur gallicantus. Sacramenta rerum per statum temporū designauit.

☞ Media nocte

*Nicolaus de Lyra.*

a Vt hoc signo dinoscerent eum quem tenerent.
a Instrumento pacis, mortem irrogat seruus dominum, discipulus magistrum prodit.
a Petrus eodem ardore mentis, quo ceteros æstuans fuit phinees.
a Petrus ea dem ardore mentis, quo ceteros æstuans fuit phinees.
a Id est non moueat vos qđ' futurum est.
a Nunquam pietatis obliuiscitur qui nec hostes suos patitur vulnerari.
a Noctis nequitiæ vestræ congrua.
a In hoc diuersus a ceteris. b Diuisus ab aliis
a Hoc est deuotionis. b Hoc est timoris naturæ.
a Quod negat Petrus, obreptionis est: qđ' pœniret fidei.

a ¶Et appropinqua. Iesu, ut oscu. eū. Dederat enim Iudas comprehensoribus istud signum, ne pro Iesu reperent Iacobum fratrē domini, qui fuit ei valde similis: vt dictum fuit Matthei. xxvj. b ¶Iuda, osculo fil. ho. tradis, in signo charitatis, ꝓditionē hominis facis. ex quo factum Iudæ aggrauabit valde. c ¶Vidē. au. hi qui circ. ipsū erāt. i. Christi discipuli, d ¶Qđ' sua erat. s. captionem magistri sui, vt ducta ad mortē. e ¶Dixe. ei: Domine percu. in gla. & percus. unus ex illis discipulis licentiā petentibus percutiendi ad magistri sui defensionē. Petrus qui erat audacior ceteris & seruētior, nō petiuit licentiam, nec expectauit responsionem: sed amputauit vnius auriculā, intendens eum interficere vel grauiter vulnerare. f ¶Sini. usq; huc. q. d. nō me moueat vos, qđ' est futurū: qa permittēdi sunt vt me comprehendant, vt impleantur ea q̄ de me scripta sunt. g ¶Et cum teti. au. in quo apparet maxima Christi charitas sanando illum qui venerat ad comprehēdendū ipsum. h ¶Dixit autem Ie. &c. prin. sa. Contrariū videt Mat. xxvj. vbi dicit videtur, q̄ principes sacerdotum non fuerūt in capitone Iesu: sed ductus fuit ad eos per comprehensores ad locum vbi conuenerāt. Ad quod respondetur dupliciter. Vno modo, q̄ licet non venerint ad comprehendendum Iesum in ꝓprijs ꝑsonis venerunt tamen in virtute in ministris ab eis missis. Alio modo, quòd aliqui de principibus sacerdotum venerunt cum ministris ad comprehēdendum Iesum, vt diligentius fieret negocium: plures tamen expectabant in domo, vt dicit Matthæus. i ¶Quasi ad latronē existis cum gla. & fustibus. q. d. tunc non cepistis me, quia nolebam: nec modo capere tis nisi permitterem: ideo sequitur: k ¶Sed hæc est hora. vobis cōcessa ad me comprehendendum. l ¶Et potest. tene. quia diabolus tenebrarū princeps eos ad hoc incitabat. m ¶Compre hendentes autem eum. Hic consequenter ponitur Christi traditi comprehensio: Et subditur Petri negatio, cum dicitur: n ¶Petrus verò. De negatione enim Petri variè loquuntur euangelistæ, quę varietas ꝓposita fuit & concordata Mat. xxvj.

☞ Et vir.

* g ¶Et cum tetigi. auricu. eius. sana. eū. Sicut præcisio auriculæ serui pontificis significauit inobedientiā Iudaici populi ad Christum, sic eius sanatio significat eius obedientiam circa finē mundi: qa tunc tāget Christus sua clemētia corda Iudæorum.

Matth.

m ¶Cōpre. au. e. Exponaē sicut Mat. xxvj. & Mar. xiij. vbi dic.

* Et vi.

A Media nocte negat,gallicātu pœnitet:Post resurrectionem sub luce quē ter negauerat, ter se amare,pfessus est,quia qui in tenebris obliuionis errauit, sperateᵒ iam lucis rememoratiōe correxit & eiusdē veræ lucis pręsentia plenè quidquid nutauerat erexit

Mysticè 2.Cor.5.e. ¶Mystice,Gallus aliquis doctorum est qui somnolentos increpās ait:Euigilate iusti & n.p. Quòd Petrus ante primū gallicātum negat,eos significat,q Christū ante resurrectionem deū esse nō putauerūt,morte eiᵒ turbati. Quòd bis añ secūdū gallicātū negat, illos significat,q nūc in illo sctᵒm hoiem vel sctᵒm deū i vtraq; substātia errāt: & iō veritatē negāt.Primᵒ gallicant'est domini resurrectio in scipso. Sctᵒs eiusdē i corpe ecclię. a ¶Et cō.do. Intuitu ꝓ. uocauit ad lachrymas,quasi in mentē ei reducēs quotiēs negauerat,qđ ei ꝑdixerat,nec potuit in tenebris remanere quē lux mūdi respexit. b ¶Et egr.fo. Ab impiorū cōcilio seclusus culpā lauat,q̄ nō intus ob hoc pmissus est hæsitare, vt in ecclię principe conderet remediū pœnitētię:& nemo auderet de sua virtute cōfidere. c ¶Illud.ei cæ.Impleta est ꝓphætia:In virga percutiet maxilla iudicis Israel.Et itē:Dedi maxillā meā alapis.Sed q tunc cædebat colaphis Iudęo rū.nunc cædit blasphemnjs falsorū Christianorū.Velauerūt faciē,nō vt eorū scelera nō viderēt,sed vt à se( sicut quōdā Moyſi fecerūt)gratiā cognitiōis eius absconda.Si enim crederent Moyſi,crederēt & dño.Hoc velamen vsq; hodie manet sup corda eorū sed credētibᵒ est ablatū,cū illo moriēte velū tēpli scissum est.

De pœ. dili.c.Petrus. De pœ. dili.c.porro.hoc idem. Mich.5.a. Esa.50.c. Deuteron Exo.34.d. Ioel.3.g. Nunc

d ¶Prophe.Cōtumelia in eū qui se ꝓphetā dicebat.Sed & hæretici & Iudæi, qui vsq; hodie Christum negāt, & mali Christiani qui reprobis actibus exacerbrarū ab illo videri nō putāt,quasi illudētes aiūt:Proꝓs est q te pcu. e ¶Si tu es Chri.Nō veritatē desiderant,sed calūniam parāt.Intelligebāt Christū purū hominē de Dauid nasciturū: Secūdū hoc ergo q̄rūt,vt si dicerer:Ego sū Christus,calūniarenť ꝙ sibi arrogaret regiā potestatē. f ¶Si uo.dixe.Sępe dixerat se esse Christū.Interrogauerat etiam eos,quō dicerēt Christū filiū Dauid,cū eum Dauid dīm vocet: vt per hoc ad credendū deū ꝓuocaret:sed illi nec dicēti credere,nec interrogāti respōdere,nec eū qui innoxius erat dimittere volebāt g ¶Ex hoc au.Qui semen Dauid calūniari q̄rebāt plus etiam audiūt;ꝙ per contemptum sic venturus ad gloriam.

Ad ipsos: Pilato 23.a. Mat.24.g.

h ¶Vos di.Ita tēperat rīsionē, vt & verū dicat:& sermo calūniæ nō pareat. Maluit se Christū filiū dei ꝓbare,q̄ dicere vt cōdēnādi causa tolleret his qui fatenť qđ' obiēcūt. i ¶Ipsi e.au.Vbi dixit:Erit filius hoīs sedēs ad dexteram virtutis dei:& v.d.quia e.ſ.Sua se ſnīa dānant q eū morti tradūt quē oris & operis sui testimonio deū esse cognoscūt.

## GLOS. ORDI.

ET surgens &c.Sequitur: k ¶Du.Cap.XXIII. xerunt illum. Tradiderunt Romanæ potestati, vt eo mō Iudæi ab eius intersectione alienos se esse ostēderent:in quo nō eorū innocētia,sed insania mōstrat.

Pilatus autem

## Nicolaus de Lyra.

a ¶Et ui.hic cōsequēter describit Christi cōphēsi illusio, cū dr. b ¶Pro.Per hoc enim designabāt,ꝙ esset falsus ꝓpheta,cū ignoraret qs eū peuteret.& nō solū illudebāt,sed etiā calūnioſe interrogabāt. d ¶Si tu es Chri.qa si respōdisset,sic statim ipsum ſnt,ꝙ voluisset sibi vsurpare dignitatē regiā cōtra Cęsaris ordinatiōnē, qui dignitatē regiā à Iudæis abstulerat,sicut dictū fuit supra,iij.cap.Si autē dixisset,nō obiecissent contra eum de redargutione:quia

adhuc illo loquente, cātauit gallus.

a ¶ ¶Respexit dominus,vt recordaretur Petrus:quia misericordia ad pœnitentiam vocat.

a †Et conuersus dominus rēspexit Petrum.†Et recordatus est Petrus uerbi domini,†sicut dixerat:quia priusquàm gallus cantet,ter me negabis.

b Et egressus foras Petrus fleuit amarè.Et uiri qui tenebant illum,illudebant ei cędentes.†Et uelauerūt eum & percutiebant faciem eius:& interrogauerunt eum, dicentes: Prophetiza:Quis est qui te pcussit? Et alia multa blasphemantes dicebant in e

a ¶Vide quam sollicīti in malo,tota nocte vigilauerūt vt facerent homicidium.

um. Et ut factus est dies †conuenerunt seniores plebis & principes sacerdotum & scribę: & duxerunt illum in†concilium suum dicētes:†Si tu es Christus,dic nobis.Et ait illis:

c Si uobis dixero,non credetis mihi.

d Si autem & interrogauero, non respondebitis mihi,neq; dimittetis.

a ¶Ego,quem vt hominem despicitis,per supplicium crucis ero exaltatus,& habēs nomē qđ' est super oē nomē.

e Ex hoc autem erit filius hominis se

a ¶Cum infirmus apparebam.

dens à dextris uirtutis dei.Dixerunt autem omnes: Tu ergo es filius dei?

Qui ait: Vos dicitis:quia ego sum

a ¶Quod se Christum & filium dei dicat.

At illi dixerūt:Quid †adhuc dēsideram testimoniū? Ipsi enim audiuimus de ore eius.



¶Im pū nihil verisimile qđ' obiicere possent,inueniunt.Et ideo sicut Marcus ait:Non erāt conuenientia eorum testimonia.

Cap. XXIII.

TSVRgens omnis multitudo eorū duxerunt illum ad Pila

tum.Cœperunt autem illum accusā

C Dicētibᵒ ei Iudæis: Si tu es Chri.dic n.pa.Rādit eis Iesus: Loquor vobis & nō creditis:opa q̄ ego facio i noie patris mei. hæc testimoniū phibēt de me.iō sequit: f ¶Si uo.di.sicut & alias nō credidistis nec verbis meis nec factis. g ¶Si au.& i. nō re. sicut cū alias petiuerat ab eis de Christo quō sit filiᵒ Dauid nō rādert:& in pluribᵒ alīs eiᵒ qōnibus simile inuenitur. h ¶Ne.di.qa obstinationē sciebat eorū. i ¶Ex h.au.i.post passionē meā & resurrectionē. k ¶Erit fi.h.se à d. utr.d.qđ' impletū est in ascēsione Christi.sctᵒm q.ꝑ dr Mar.vl.d.Et dīs qdem Iesus postq̄ locutᵒ est eis assumptᵒ est in cęlū:& sedet à dexteris dei. l ¶Di.auōes.Mat.xxvj.f.dr ꝙ summus sacerdos hoc dixit.dicēdū ꝙ ille dixit prīò & principaliter:& iō Mat.ipm solū exprimit. alī aūt cōsequēter idē dixerunt, volēres ex hoc cōcludere cōdēnationē Christi soreiustā. m ¶Tu er.es fi.d.hoc nō seqū baſ ex dicto pcedenti:qa dixerat: Erit fil.ho.verūtn qa hoc erat verū, noluit negare nec etiā affirmare,ne apiret locū calūnię:sed rādit: n ¶Vos di.qa e.ſ. qđ' ꝓbū erat verū,& taliter ꝓlatū, q ca lūniā nō haberet sctᵒm ꝓritatē, sed tātū secūdū Iudęorū maliciā.ex qua cōclusērūt: o ¶Quid a.de.te.q.d.cūctᵒ es ꝓprio ꝓbo.vñ subdit: Ip.e.a.de o.e. * c ¶Et ut fact.est.Exponatur sicut Mat.xxvñ.& Mar.xiiij. e ¶Et ait il. Hoīes enim in malis obstinari veritatem dicētibus nō credūt, nec interrogati de veritate respōdent:nec ad bonā psuasionē à nequitia sua cessant.& tales erāt isti Residuū huius capſi exponat sicut Mat. xxvj.& Mar.xiiij.

¶In ca.xxij.vbi dr in postil. Quia iste modus capiēdi Christū per suū discipulū videtur magis possibilis.

ADDI. I. Modᵒ capiēdi Christū per suū discipulū nō solū videbat Phariſeis magis possibilis & secretᵒ:sed cū hoc erat magis cōueniēs ad subuertēdū ppłm, quē Phariſæi maxiè timebāt i captione Christi. vnde Mar.xiiij.a. Nō in die festo,ne forte tumultᵒ fieret in ppło.vñ ex hoc ꝙ discipulus Christi associabat capiētes, erat populo magis psuasibile,ꝙ Christus esset seductor seu malefactor & huiusmodi.

¶In eo.ca.vbi dicit in postil. Et factᵒ est sudor eius sicut guttæ sanguinis.

ADDI. II. Prout doctores dicūt,contra naturā est sudare sanguinē:nec in libris medicorū q de istis corporalibᵒ passionibᵒ tractant,vt credo hocinueniť.vñ tenēdū est, ꝙ fuit supnaturale & figuratiuū.Nam sicut Augu.dicit significabat de corpore suo ma natura martyria.

## NICO. DE LY.

ET sur.o.m. Postq̄ descripta est Christi cōprehēsio per maliciā Iudęorū,hic cōsequēter describit eiᵒ occisio p executionē gētiliū.vbi prīò describit sollicita examinatio.Sctᵒ iniqua cōdēnatio,ibi:Pilatᵒ aūt interrogauit.Tertiò ipia occisio,ibi:Et cū ducerēt eū.Quartò devota tumulatio.ibi:Et ecce vir noīe Ieſeph. ¶Circa primū prīò describit examinatio corā Pilato pside,sctᵒ corā Herode,ibi:Pilatᵒ autē. Circa primū dr: p ¶Et sur.om.mul.eo.du.il.ad pi.q erat ibi pses loco Romanorū. q ¶Cœ.au.ac.il.& hoc de tribᵒ.Primò de auersione populi à lege Moyſi seruanda,cū dr:Hunc inuenimus subuertētē gētē nostrā.Sctᵒ,ꝙ p doctrinā suā impediret populū suū reddere Cæsari tributū.& hoc notať cū dr:Et ꝓhibētē.Tertiò ꝙ volebat sibi vsurpare regnū Iudęorū,iō sequit:Et dicentē se Christū regē esse.primū autē erat manifestē falsum: quia nō venit soluere legē,sed adimplere,vt habeť Mat.v.b. & legem Moyſi vsq; ad mortē seruauit,vt declaratū fuit ibidē.Similiter se

Sudor sanguinē sup naturalis

†Insup opᵒ habem' testimoniū

Christᵒ de tribus accusatur

# Glos. ordi. Lucæ Cap. XXIII. De Lyra

E a ☾Pilatus aut. Cū duo obiecta fuerint. ſ. q̄ attributa reddi pro
☞ hiberet, & ſe Chriſtū dicerer, Pilatus potuit audire quod de tri-
ſuprà.20.d buris dixerat: Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari. & inde hoc qua
ſi apertum mendaciū nihil pendēs, ſolū quæ neſciebat quæſiuit.
b ☾Tu dicis. Eodē verbo quo principibus ſacerdotū, reſpon
det & p̄ſidi, vt ꝓpria ſententia ambo cō
dēnent. c ☾Nil inue. Pridie q̄ pate-
retur dñs, ait diſcipulis: Venit princeps
mundi hui⁹, & nō habet in me quid q̄.
Io.14.d. Sed q̄ princeps. i. Pilatus eū abſoluit, ī
quo nihil dānationis inuenit, vide quid
agāt Iudæi, qui nō ęqtatis amore verū
inueſtigāt. ſed inuidiæ ſtimulo iuſtū dā-
nare laborāt. d ☾Cō. po. Nō illum,
ſed ſe accuſant. Docuiſſe enim populū,
& à priſtina torporis ignauia docēdo cō
mouiſſe: taliq̄ actu à Galilęa vſq̄ ad Iu
dęā. i. totā ꝓmiſſiōis terrā, à fine vſq̄ ad
finē pertranſiſſe, nō crimīnis, ſed indiciū
eſt virtutis. Deniq̄ Pilatus nec interro-
gādū ſaluatorē de hoc ratus, ſed magis
nacta occaſione, liberū ab eo iudicādo
cupit reddere. Vñ ſequit: Pilat⁹ autem.
c ☾Et ut cogno. Ne cōtra inſontē, &
quē traditū p̄ inuidiā nouerat, ſentētiā
dare cogeret, Herodi mittit audiēdū: vt
à ſuo tetrarcha vel abſolueret vel dam-
nareť: ſed ne qua Iudæis excuſatio rema
neret, Herodes quoq̄ q natu & religio
ne Iudęus erat, quid de Chriſto ſenſerit
oſtēdere p̄miſſus eſt: vt vtraq̄ regio, &
Iudęa in q̄ Chriſt⁹ natus, & Galilæa in
qua nutrit⁹ erat, in ei⁹ necem cōſpiraſſe
mōſtrent. f ☾At ipſe ni. Tacuit & ni
hil fecit, qa & Herodis incredulitas non
merebaťur videre diuina: & dñs iactātiam
p declinabat. Significantur aūt in Herode
†illo oēs impij, q nō credunt legi & ꝓphetis,
& in euangelio Chriſti opa videre non
poſſunt. Principib⁹ ergo ſacerdotū ac-
uſantib⁹ apud Pilatū pauca, apud Hero
dē nulla reſpōdet, ne crimē diluens di
miſſus à principe crucis vtilitatē differ-
ret. Et iō iuſtū erat, vt Pilato qui inuit⁹
ſententiā ferebat, ex aliqua parte rñderet: Herodi verò & cæteris q cōtra legē
innoxiū dānabāt, ſicut indignis nihil di
†intenę, a- cit. Vbi verò tacet, q̄ſi ꝓ grege agn⁹ im
criter molādus patientiā p̄ſtat: vbi reſponder,
quaſi paſtor ꝓ ouibus cōtra lupos & la
trones pugnat. g ☾Et il. in. ue. Quòd
in alba veſte ſperniť & illuditť, ſignificat
q ꝓ tot⁹ mūdi peccatis in carne caſta ī-
Quare chri molat⁹ agnus eſt paſſus & ſepult⁹: Quòd hic alba, iuxta alios euā-
ſtus in alba geliſtas purpurea vel coccinea veſte illuditť indutus, ſignat gemi-
veſte illuſ⁹ nū martyrū genus: quo in paſſionib⁹ eccl̄ia adornať, vt ſit candi-
dus actione, rubicūdus ſanguine. Ipſe enim mēbrorum floſculus
vernās, in pace lilia gignit, bello roſas. h ☾Et re. ad pi. Ad He
rodē mittitť, ad Pilatū remittitť, & ſi vterq̄ reū nō ꝓnūciat, alienæ
tamē iniqtatis ſtimulis obſequitť. i ☾Et fa. ſunt a. Nefandum
fœdus, qd⁹ Herodes & Pilatus in occidendo Chriſtū pepigerunt,
ſucceſſores eorū hæreditario iure cuſtodiūt: dū Iudæi & gentiles,
ſicut genere & religione, ita mēte quoq̄ diſſidētes, in Chriſtianis
tū perſequēdis, & fide Chriſti pimēda cōſentiūt. In typo Herodis
& Pilati q per Ieſum amici facti ſunt, Iudæorū gentiūq̄ figura ſer
uat, vt ꝓ paſſionē Chriſti vtriuſq̄ populi concordia facta ſit ven-
☞ tura: ita

## *Nicolaus de Lyra.*

✠cundū, quia Iudæis q̄rentib⁹, Licet nobis cēſum dare Cæſari
an nō? Reſpōdit: Reddite q̄ ſunt Cæſaris Cæſari, vt habeť Matt.
xxij.c. Similiter tertiū: qa cū Ieſus ſciret turbas vēturas vt eū rape
rēt & facerēt ſup ſe regē, fugit, vt habeť Io.vj.b. Pilat⁹ aūt de prio
nō curauit, qa gētilis erat: & ideo de lege Moyſi nō curabat. Iecū-
dū reputabat falſum, qa reſpōſionē Chriſti audierat ꝓ relationē
de tributo Cæſari reddēdo vt p̄dictū eſt. ſed de tertio inq̄ſiuit: qa
videbať eſſe cōtra dīm ſuū. vnde & Iudæi corā eo dixerūt: Non
habemus regē niſi Cæſarē, Io.xix.b, & ibidē dicit: Omnis enim q
ſe regem
ſe regem facit, cōtradicit Cæſari. Chriſt⁹ aūt ſe regē eſſe non negauit, G
uit, neq̄ affirmauit: ſed medio modo reſpōdit dicēs: Tu dicis. Ve
rūtamē expreſſit: q̄ ſi eſſet rex, regnū eius nō eſſet de hoc mūdo,
vt habeť Io.xviij. ſ. Et quia Pilatus & īperator domin⁹ ſuum non
curabant niſi de regno terreno, ideo Pilatus habuit Ieſum excu-
ſatū dicēs: b ☾Ni. inue. cau. ſ. crimi-
a ¶Cum ipſe dixerat: Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt dei, deo. nis vel mortis. c ☾In hoc ho. At illi
inuā. vt clamoribus obtinerent, qđ ra-
tione nō poterant. e ☾Cōmo. pop-
quaſi dicerēt: turbauit pacem commu-
nē. f ☾Inci. à Galilæa, volebāt eū
eū notare, q̄ eſſet ſimilis Iudæ Galileo, †Actu.
qui tempore natiuitatis Chriſti inducto †Iudæ
bat populū ad rebellandū imperatori †Iudæ
Romano, dicēs eſſe illicitū Iudæis gſſo. Io.18.
ri aliquē dominū terrenū, ſed ſoli deū, †Iudam
vt habeť Act. v. g. Ante hos dies extitit
Iudas Galilęus, qui auertit populum in
die ꝓfeſſionis. Sed Pilat⁹ hoc falſum re
putauit, eo q̄ audierat Chriſtū dixiſſe.
Reddite q̄ ſunt Cæſaris Cęſari, & q̄ ſunt
dei deo. ꝓ hoc oſtendēs q̄ poterant eſſe
ſubiecti nō ſolum deo, ſed etiā rēporali
domino. g ☾Pila. au. Hic cōſequen-
ter poniť examinatio Chriſti corā Hero †Forte
de. Pilat⁹ aūt audiēs, q̄ Ieſ⁹ eſſet de Gali- ſupra.23
lęa, remiſit eū ad Hero. tū vt Herodi de
ferret tū qa credebat q̄ libēter liberaret †Autem
hominē q eſſet de terra ſua, & maximē i
nocentē. Sciendū etiā, q̄ licet Chriſtus
fuerit in Bethleē nat⁹, vt dictū eſt ſupra
ij. ca. tamē dicitť hic de Galilæa, quia fuit
ibi nutrit⁹ & conuerſatus. h ☾Qui
& ipſe Ieroſo. erat his die. ſ. paſchali
bus, ꝓpter ſolēnitatē: quia Iudæus erat.
Pater enim ſu⁹ fecit ſe circūcidi, trādens
ad ritū Iudaiſmi, ſcd⁹m q̄ dicit Ioſeph⁹.
i ☾Herodes autem viſo Ieſu ga-
uiſus eſt. non ꝓpter deuotionē, ſed ꝓ
pter curioſitatē. Ideo ſubdit: k ☾Eo
q̄ au. mul. de eo. ſ. de miraculis eius à H
doctrina. l ☾Et ſpe. ſig. aliq̄. mirabi
le factū. m ☾Vi. ab eo ſi. Sperabat
etiā ab eo audire quędā curioſa & inſo-
lita. Ideo ſubdit: n ☾Inter. au eum
mul. ſer. Ieſus aūt in cōſpectu eius no-
luit aliqđ ſignū facere, tū qui Herodes
erat indignus, cū moueret ex curioſita-
te, vt dictum eſt, tum quia Ieſus voluit
oſtēdere, q̄ prædicator verbi diuini nō
debet corā principibus oſtētatione ſuā † ſplen-
q̄rere, & eiſdē rationib⁹ non reſpondit da
eius interrogationibus. o ☾Spreuit
autem illum Herodes. reputans eum idiotam & fatuum.
p ☾Et illuſit indutum veſte alba. ſic enim illudebatur tunc
fatuus. q ☾Et re. ad pi. vt eū honoraret, ſicut & Pilatus eidē
tulerat. r ☾Et fa. ſ. a. ꝓpter mutuā reuerētiā factā, vt dictū eſt.

✠Nam antea

Moraliter. a ☾Hunc inuenimus ſubuer. gen. no. Iſta cō- Moraliter
tra Chriſtum poſita erant ſimpliciter falſa ꝓpter qđ Pilat⁹
reſpondit: b ☾Nihil inue. cau. in hoc ho. Sed hic eſt modꝰ
iniquorum, quòd per mendacia quærunt condemnationem iu-
ſtorum. Ex hoc etiā patet, q̄ aliquando iuſtius agitur in curia laī-
cali q̄m in clericali. Principes enim ſacerdotum Chriſtum condem
nauerunt tanquā mortis reum, quem Pilatus pronunciat inno
centem & iuſtum. & ſic hodie fit in pluribus locis, q̄ homicida
notorij qui per ſecularem iudicem ſuſpenderentur, per eccleſiaſti
cum iudicem in magnum populi ſcandalum liberātur. d ☾At
illi ī. ſic faciunt maligni q̄rentes obtinere per clamorem qđ non
poſſunt per rationem. i ☾He. au. per hoc autem q̄ Chriſtus
corā Herode inceſtuoſo & homicida noluit facere miraculū, nec
ſuis interrogationibus reſpondere, ſignificauit, q̄ tales digni nō
ſunt opera videre diuina, nec eius habere reſponſa. o ☾Spre-
uit autem il. he. ſic hodie ſectatores Chriſti à malis hominibus
ſpernuntur, q̄ ab eis fatui reputantur. r ☾Et facti ſunt ami-
ci Herodes & Pilatus. hoc fuit ſignum quòd Iudęorum prin
cipes & Romanorum conuenirent in ꝓſecutione Chriſtianorū.
Cætera exponantur ſicut Matthæi, xxvij. & Marci. xv. vſq̄ ibi
✠Filiæ Ieruſalem

ra, ita tamē vt Gētilis prius capiat regnū dei, & ad Iudæū fidei
A suæ deuotionē trāsmittat, vt illi quoq; gloria maiestatis suæ cor
pus vestiāt Christi, quē ante despexerāt. a ¶Obtulistis. Quā
Pilati stu- rum studiū dimittendi Iesum Pilatus habeat, attende. Primò il-
dium in di- lis accusantibus dicit se nihil causæ in eo inuenisse: deinde tamen
mittendo in incepto persistentibus mittit ad hero
Christum. dem, vt exploret an ille aliquid sceleris
in eo inuenire possit, an dimittendū de-
cernat. Denicq; herodis agnita voluntā-
te, nec inuento in Iesu facinore, plebis
sententiam quærit, cui vnum in pascha
oportet dimitti. Iterum etiā tertiò vo-
lens dimittere, interrogat. Sed quantò
curiosi⁹ dimittere quærit, tātò crimino
siores ad mortē eius inuenit. b ¶Sed
neq; herodes. Ad exprobrādam duri
ciam Iudæorum vel Gentilium fatetur
Pilatus, nec se, nec Herodē aliquid in oc
cidendo Christo & illudendo inuenisse,
sed alienæ crudelitatis clamoribus ob-
temperasse. c ¶Emendatum ergo
&c. Pilatus absoluit Iesum quem pro-
† Correp- bat insontē: sed vt implerentur scriptu-
tū, Castis- rę, absoluit quidem iudicio, quē tamen
gatum. crucifigit mysterio. d ¶Tolle hunc
& dimitte nobis Barrabam. Quia
†mat.27.b pro Iesu latronem, pro saluatore inter-
Mar.15.a. fectorem, pro datore vitæ ademptorē
elegerunt, meritò salutem perdiderunt
& vitā: & latrocinijs & seditionibus in-
tantum se subdiderūt, vt & patriam re-
gnumq; quod Christo prætulerāt, per-
derent: & hactenus libertatē animæ vel
corporis quam vendiderant, nō recipe-
rent. e ¶Barrabam &c. Barrabas
qui filius magistri vel patris eorū inter-
pretatur, ipse est Antichristus, quem illi
Christo præferent, quibus dicitur: Vos
Iohan.8.f. ex patre diabolo estis. Pilatus os mallea
B toris interpretatur, diabolū significat,
qui est malleus vniuersæ materiæ, per
quem deus vasa probare permittit, &
tandem conterit, cum in extrema dam-
natione confringit. f ¶Crucifige,
crucifige eum. Magna crudelitas, non
solum occidere, sed crucifigere quærūt,
vt manibus & pedibus ad lignum con-
fixis, producta morte necaretur: ne do-
lor citius finiretur, & vt in cruce diu vi
deretur. g ¶Corripiam ergo & il-
* & princi- lum dimittam. Hanc correptionem
pum sacer- dotum. deridendo & flagellando nefandorum
desiderijs exhibuit, ne vsq; ad crucifigē-
dum sæuirent. Quod & verba Iohan-
nis euangelistę, & ipsa columna testa-
tur, ad quam ligatus fuit dominus, quę
vsq; hodie dominici sanguinis cernenti
bus certa signa demonstrat. Sed licet Pi
latus hoc agat, insatiabilis tamen sacrile
† Agro, gorum furor non cessat, sed magis in-
rure. stat: quia accusationem quam contra
dominum detulerāt, sollicita Pilati in-
terrogatione viderant euacuatam.
Tandem impudici ad solas preces se conuertunt, vt quod crimi
nando vel quasi ratiocinando nequiuerant, iam postulando &
vociferando & perficiendo perficiunt. h ¶Dimisit autem
illis eum qui propter homicidium & seditionem missus
fuerat. &c. Autor seditionis & homicidiorū Iudæis dimittitur,
id est diabolus, qui ob culpā à lucis patria depulsus, & in tenebra-
rum carcerem fuerat missus. & ideo pacem habere non possunt,
quia pacis autorē non elegerunt. i ¶Apprehenderunt Si-
monem quendam Cyrensem uenientem. Primò dominus
crucem portauit: sed postea imposita est Simoni: quem exeuntes
1.Pe.2.d. obuiam habuerunt. & hoc congruē: Christus enim passus est pro
Mat.16.d. nobis, vt se. v.c.e. Qui verò eum vult sequi, tollat crucē suam & se
quatur. Quia verò Simon nō Israelita, sed Cyreneus erat: per eū
Ephe.2.d. Gentiles designantur, prius peregrini & hospites testamētorum:
sed nūc in fide ciues & domestici dei & coheredes Christi. vnde &
Simon Simon obediēs. Cyreneæ hæres interpretat. Sed Simon venit de C
villa. i. de pago, à quo pagani, q à ciuitate dei alieni vrbanę sunt. Paganiui.

*Nicolaus de Lyra.* ☞ conuersationis

c-☞ a ¶Nam antea inimici erāt ad inuicem: propter Gali-
læos, quos Pilatus occiderat, miscēs san
guinem eorum cum sacrificijs, vt dictū
est supra. xiij. ca. b ¶Pilatus autem ✕Inter sese
conuocatis principibus sacerdotū
&c. Hic consequenter describitur Chri
sti condemnatio iniusta. Vbi primò de
claratur Christi innocētia ex triplici con
fessione iudicis causam examinantis, &
etiam ex allegatiōe Herodis, qui ipsum
non cōdemnauerat. Iudæi autem econ-
trario contra verba iudicis ter reclama-
uerunt, vt obtinerent per importunita
tem clamoris, quod non poterant via
rationis. propter quod Pilatus finaliter
declinauit à iusticia, condēnans ad mor
tem innocentem Iesum: Inclinatus ad
hoc ex populi fauore, quem quærebat,
& Cęsaris timore, cuius indignationem
formidabat, eo quod dixerant Iudæi in
conspectu suo: Si hunc dimittis, non es
amicus Cæsaris, vt habetur Iohan. xix.
b. Et ex dictis patet litera paucis excę-
ptis, quæ exponentur. Nam remisit illū † Singulis
ad nos. id est ad nostrum iudiciū. Libri festis.
antiqui & correcti sic habent: c ¶Nā
remisi uos ad illum. scilicet ad Hero-
dem, vt patet ex dictis. & litera sequens † Ioh.18.g
consonat, cum dicitur: d ¶Et ecce Act.3.c.
nihil dignum morte actum est ei:
scilicet coram Herode. e ¶Emenda
tum ergo id est verberatum. f ¶Il-
lum dimittam: liberum à morte. Sed
contra hoc videtur, quia Pilatus sciebat
ipsum esse innocentem: quomodo igi-
tur volebat ipm iniustè verberare? Di-
cendum, quòd volebat facere, vt Iudæi D
videntes hanc flagellationem, satiaren-
tur hac pœna, & cessarent à morte Iesu
quærenda. g ¶Necesse autem ha-
bebat dimittere eis per diem festū † al's eum.
unum &c. quia in nocte paschæ ange-
lus domini saluauit Hebrœos, & percus Exo.12.f.
sit primogenita Aegyptiorum: & ideo
in memoriam huius beneficij in solenni
tate paschali saluabant vnum propin-
quum morti, & aliquos condemnatos †Mat.27.a
ad mortem interficiebant, ad repræsen- Mar.16.a.
tandum saluationē Hebræorum & in- Iohā.18.g.
terfectionem Aegyptiorū. Et istam cō-
suetudinem eis obseruari impetrauerāt
ab imperatore Romanorum, sicut sue- †Mat.27.d
rat obseruata anteq; Iudæa esset Roma Mar.15.b.
nis subiecta. Et hoc est quod dicitur:
Necesse autem habebat dimittere
eis per diem festum unum. quia te-
nebatur obseruare illud quod erat con- † Vt per-
cessum ab imperatore. Pilatus sciens Ie- mitteret.
sum innocentem volebat eum liberare
per hanc viam, proponens quòd non expediret eis dimittere, ni-
si Iesum aut Barrabam: cuius liberationem credebat Iudæos nul
lo modo præeligere, propter nimiam ipsius maliciam. sed ipsi ni
mio odio moti contra Christum, prælegerunt Barrabam libe-
rari, petentes Iesum crucifigi, eo quod erat modus mortis aspe-
rior & durior. Cætera patent. h ¶Et cum ducerent eum.
Hic consequenter describitur Christi impia occisio, cum dicitur:
Et cum ducerent eum ad crucifigendum, apprehenderunt Si-
monem &c. quia coegerunt eum ad portandum crucem, vt ci-
tius venirent ad locum crucifixionis, quia Iesus videbatur nimis
debilitatus ex afflictione præcedenti: & ideo q̄uis Iesus primò
portasset crucem suam, tamen illi qui eum ducebant, acceperunt
eam & posuerunt supra Simonem, ratione prædicta. Ille autem
inuitè portabat, tum quia hoc erat turpe, tum quia forsitan erat
discipulus Iesu, occultus tamen.

☞ cõuersationis ignari. Sed Simon pago egrediens, crucem portat
E post Iesum, cũ populi gẽtiũ paganis ritib⁹ derelictis obediẽter am
plectunt vestigia dominicę passiõis a ¶ Seque. au. il. mul. tur.
sed nõ eadẽ mẽte crucẽ sequit: Mali sequunt vt moriẽtẽ ꝛcti aspi
ciãt. Mulieres, vt quẽ viuere desiderabãt, moriturũ, morientem,
& mortuũ plorarẽt. Nec iõ inducit sol⁹
mulierũ plãct⁹, qn & multi viri dolerẽt:
sed qa fœmine⁹ sex⁹ q̃si cõrẽptibilior, li
berius poterat pręsentib⁹ principib⁹ sa
cerdotũ, qd cõtra eos senserit ostẽtare.
1. Tim. 2. c. Quia verò nouit dñs q̃ sunt ei⁹, præter
missa furẽtis ppli turba, ad amantes &
plangẽtes se fœminas oculos & ora cõ
uertit. b ¶ Quæ plãg. & la. &c. Tri
stabant de vita mortali, quę morte erat
finiẽda: nõ de cęcis q medicũ occidẽbãt.
vñ subdit: Cõuersus aũt. c ¶ Fi. Ie.
†Sap. 3. c. Nota cũ filios Ieruslẽ vocat, ꝙ nõ solę
Isa. 54. a. quæ cũ eo venerãt à Galilea, sed etiam
Gal. 4. d. eiusdẽ vrbis ciues ei multę mulieres ad
hæserãt. d ¶ Noli. fle. Ne lamẽtemi
ni me moriturũ, cuius cito resurrectio
mortẽ soluere põt, cui⁹ mors mortẽ &
ipm mortis autorẽ destruet. Vos pot⁹
†Humido vestrãq; ꝓgenię dignis lachrymarũ fon
tib⁹ abluite, ne cũ pfidis dãnemini in vl
† Malefici. tionẽ meæ crucis. e ¶ Ecce ue. dies.
Dies Romanę obsidiõis & captiuitatis.
Naturale est imminẽte captiuitate, ho
stilisq; p agros vrbesq; clade feruẽte, cun
†maleficos ctos q̃ euadere queãt, alta quęq; vel ab
dita refugia ꝙb⁹ absc̃odant, reqrere. Re
Ioseph⁹ de fert Ioseph⁹ insistẽtibus sibi Romanis
bello Iudai Iudæos cauernas mõtiũ colliũq; certa
co li. 3. cap. tim petisse spelũcas, ita vt seipsum testeꝛ
10. munitiõe quadã destructæ vrbis Iota
petæ in spelũcam cũ. xl. comitib⁹, ꝓditũ
F inuẽtũ, atq; ab hostibus captũ. f ¶ Ca
di. su. nos. Põt hoc ex supfluo intelligi
Mat. 19. b. de his q in vtrolibet sexu scipsos castra
uerũt ꝓpter regnũ cœlorũ, q̃ dicũt mõ
tibus. c. l. n. & c. o. n. cum sue fragilitatis
memores ingruẽte tentationũ articulo
sublimiũ virorũ, vel ipsa virginitate vl
martyrio vel quacũq; alia virtute quę
runt exẽplis monitis põtibusq; defendi.
†Mat. 27. c g ¶ Quia si i ui. li. Viride lignũ Chri
Mar. 15. c. stus & sui electi, aridũ impĩj & peccato
Iohã. 19. d. res, vnde ait: Si ergo ego q̃ peccatũ nõ
feci, qui lignũ vitæ merito appellatus,
duodenos fruct⁹ gręꝛ p singulos mẽses
affero, sine igne passiõis de hoc mũdo nõ exeo: quę tormẽta ma
nent illos q̃ fructib⁹ sunt vacui, insup & lignũ vitę flãmis dare nõ
timẽt: Et si nũc est rps, vt incipiat iudiciũ de domo dei, & oẽs qui
volũt pie viuere in Christo psecutionẽ patiunt, qs finis eorũ qui
2. Timo. 3. c nõ credũt euãgelio⁹. b ¶ Ducebant. aũt. Implet qd dictũ est: Et
Isa. 53. d. cũ iniqs deputat⁹ est. In morte deputat⁹ cũ iniqs, vt in resurrectio
ne viuificet iniquos: q̃ ꝓpter hoĩes homo fact⁹, hominib⁹ dedit
Iohã. 1. b. ptatẽ filios dei fieri, i ¶ Calua. Io. Extra portã Ieruslẽ erãt lo
ca in qb⁹ trucabant capita dãnatorũ, & dicebant loca Caluarię, i.
decollatorũ. Ibi crucifigit, vt vbi erat area dãnatorũ, eriganꝫ ve
xilla martyrũ. k ¶ Et la. &c. Execrabilis in facto iniqtas Iudę
orum, quæ quasi latronẽ crucifigit omniũ redẽptorẽ, bonus tñ in
mysterio latro, q̃ insidiat⁹ est diabolo, vt vasa ei⁹ auferret. Per il
lum q̃ à dextris significat mortificatio carnis ꝓ cœlesti gloria. p il
lũ qui à sinistris mortificatio carnis ꝓ aliqua mũdi cã. l ¶ Iesus
autẽ. Quia Lucas Christi sacerdotiũ scribere disposuit, rectè dns
apud deũ ꝓ psecutorib⁹ iure sacerdotis intercedit, & latroni con
fitẽti paradisum pãdit: nec frustra orat, sed ꝓ eis qui post passio
nẽ ei⁹ crediderũt impetrat. Nõ ꝓ eis orat, qui p inuidiã & supbiã
filiũ dei intellexerũt, negãt & crucifigũt: sed ꝓ eis qui Zelũ dei hñ
tes, sed nõ scd'm sciam nescierũt quid fecerũt. m ¶ Diui. De his
Iohã. 19. c. Iohãnes lati⁹. Quadriptita vestis significat ecclesiã toto orbe quę
quatuor ptib⁹ cõstat diffusam, oĩb⁹ ptib⁹ æquaꝛ. i. cõcorditer di
stributam. Tunica sortita, omniũ partium significat vnitatẽ, quæ
charitatis vinculo continetur. n ¶ Sortes. In sorte dei gratia
commendata est. Sic quippe in vno ad omnes peruenit, cum sors
omnib⁹ placuit: quia & dei gratia in vnitate ad omnes peruenit;
& cum sors

a tare post Iesum. Sequebatur autem a
illum multa turba populi & mulie
b rum, quæ plangebant & lamenta b
bantur eum. Conuersus autem ad il
c d las Iesus dixit: Filiæ Ieruslem, no b c
lite flere super me, sed super uos
ipsas flete, & super filios uestros.
e Quoniam ecce uenient dies in qui d
bus dicent: † Beatę steriles, & uen e
tres qui non genuerunt, & ubera f
f quæ non lactauerunt. † Tunc inci g
pient dicere montibus: cadite super
g nos, & collibus, operite nos. Quia si h
in †uiridi ligno hæc faciunt, in arido
h quid fiet? Ducebantur autem & alij i
duo †nequam cum eo, ut interfice k
i rentur. Et postquam uenerunt in lo
k cum qui uocatur Caluariæ, ibi cru
cifixerunt eum & † latrones: unum l
l à dextris, & alterum à sinistris. Iesus
autem dicebat: † Pater, dimitte illis, m
m non enim sciunt quid faciunt. Diui
dentes uerò uestimenta eius, miserũt n
n sortes. Et stabat populus † expectãs,
& deridebant illum principes cum
o eis, dicentes: Alios saluos fecit, se sal
uum faciat, si hic est Christus dei, ele
p ctus. Illudebant autem ei & mili q
q tes accedentes, & acetum offerentes
& dicentes: Si tu es rex Iudæorum,
r saluum te fac. † Erat autẽ & superscri n
ptio scripta super eum literis Gręcis

¶ Vt omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est est dei patris.

& cũ sors mittit, nõ pson̄æ cuiusq; vel meritis, sed occulto dei iu
dicio credit: o ¶ Alios sal. se. Sua se snia damnãt, qui etiã nolẽ
tes ꝙ alios saluos fecerit, cõfitent. Poterat quidẽ se saluare: sed qa
ipse Christ⁹ dei electus de cruce descẽdere noluit. Nã quiideo ve
nit, vt p nobis crucifigeret, ideo se de cruce saluare neglexit, quia
cũ cæteris pcõrib⁹ etiã crucifixores mo
riẽdo curauit saluare. p ¶ Illu. Nota
ꝙ ludęi vocabulũ Christi & filij dei aus
toritate scripturæ sibi traditum inidit.
Milites verò scripturarũ insci, nõ Chri
sto dei electo, sed regi ludęorũ insultãt,
q ¶ Et ace. off. A cetũ erãt ludęi, à vi
no patriarcharũ degenerãtes. Hoc ace
to milites potãt dñm: quẽ illorũ sugge
stioni morti tradũt. r ¶ Erat au. &c.
Hæ tres linguæ præ cæteris eminebant.
Hebręa, ꝓpter ludęos in lege plorãtes.
Gręca, ꝓpter Gẽtiliũ sapiẽtiã. Latina, p
pter Romanos imperantes. Ergo velint
nolint ludęi, oẽ regnũ mũdi, ois mũdus † filios
na sapiẽtia, oĩa diuina legis sacra testant, Hoc
ꝙ Iesus est impator credẽtiũ & cõfitẽtiũ, Aposto

☞ Hic est tex

## *Nicolaus de Lyra.*

✠ a ¶ Seque. au. il. mul. tur. quia ali
qui sequebant eũ ad ipsum crucifigẽdũ,
aliq; ad deridẽdũ eũ, & aliqui ad videndũ
spectaculũ: & aliq; ad plangẽdũ, spaliter
mulieres deuotę, qb⁹ dixit: b ¶ Filiæ
Ieruſa. &c. qa nõ solũ aliquæ de Gale
læa sequutæ fuerãt ipm, sed etiã aliquæ
de Ieruslẽ sibi adhæserãt ꝓ deuotionẽ.
c ¶ Nolite flere &c. nõ phibet cõpat
sionẽ, sed prædicit altã luctus causam in
obsidiõe Ierlm futura p Titũ & Vespa
sianũ. ideo subdit. d ¶ Quoniã ecce
di. ue. s. xlij. anno post passionẽ Christi, † Spiri
in quo fuit dicta obsidio. e ¶ Beatæ
steriles. qa agiliores erũt ad fugiendũ q̃
grauidæ. f ¶ Et uen. qui nõ genue. H
qa mulieres habẽtes pueros in obsidiõe
fuerũt anxiatæ nõ solũ ꝓ se, sed etiã pro
pueris suis, & aliquæ præ famis anxieta
te, ꝓprios pueros comederũt, secũdũ q
dicit Iosephus libro de Iudaico bello.
g ¶ Tunc inci. di. monti. & equia
liq; præ horrore miseriæ quæ tunc fut
in populo ludęorũ, dicebãt: vtinã mon
tes caderẽt sup nos. h ¶ Quia si in ui
ri. lig. hec fa. Christ⁹ hic dr lignũ viride
faciẽs fructũ, & p cõsequẽs indignũ absciss̃iõe ꝓ mortẽ, ppli aũt iu
daic⁹ hic dicit lignũ aridũ infructiferũ, & p cõsequẽs dignũ absci
ssiõe ꝓ mortẽ & cõbustionẽ gehẽnæ, quæ est pœna extrema & ma
xima. m ¶ Pater di. il. nõ enim sc. quid fa. Erãt enim ibi alii Christ⁹
qui simplices & illiterati à sacerdotib⁹ ludæorũ decepti, qui per quẽ
sequebant Christũ zelo legis: & p istis orauit Christus. Alij aũt uere
erãt literati, qui ipsum esse Christũ, pbabiliter nouerãt: seu agno
scere debuerãt: sed ex odio & inuidia fuerũt excæcati: & ipsum ꝓ
secuti sunt vsq; ad mortẽ: & pro illis nõ orauit. n ¶ Erat autẽ
& su. &c. qa istę erãt tres liguæ pricipales, vt oẽs possent legere.

✠ Nec tu tim

✱ b ¶ Fi. Ieru. &c. scd'm sensum lrãlẽ flet⁹ ad quẽ induxit Chri Moralit
stus mulieres, fuit ꝓpter miseriã p Romanos sup ludæos vẽturã,
& illa miseria fuit figura miseriæ sup incredulos vẽturæ ꝓ spiri⁹
malignos: ꝓ cui⁹ euasiõe flendũ est & orãdũ ante terminũ huius
vitæ. i ¶ Duce. au. & alij duo &c. Hoc ad literã ꝓcurãti fuit
ꝓ principes ludæorũ, vt à vulgarib⁹ Christ⁹ ꝓticipasse videretꝛ in
crib⁹ eorũ. & sic ipsi viderentꝛ iustè mortẽ eius ꝓcurasse. Et sic fre
quenter faciũt maligni quærẽtes operire suã malicią per infamiã
iusti. k ¶ Et postq̃ ue. in lo. qui uo. Cal. &c. Exponat sicut
Mat. xxvij. & Mar. xv. l ¶ Iesus au. dice. &c. Bed. Nec putã
dum est eum hoc frustra orasse, sed in eis qui post eius passionem
crediderũt, quòd orabat impetrasse. Notandum sanè, quòd non
pro eis orat qui quem filiũ dei intellexerũt, crucifigere ꝙ confite
ri maluerunt; sed pro eis qui nescierũt quod fecerũt zelũ dei ha
bentes, sed nõ secũdũ sciẽtiã, vnde subdit: m ¶ Non enim sci
quid fa. Cætera exponant sicut Mat. xxvij. & Marc. xv. vsq; ibi

✱ Vnus autem

a ¶Hic est rex Iudæorũ. Titulus qui Christũ regẽ testat, nõ in A fra, sed supra crucẽ ponit: quia licet in cruce hoĩs infirmitate dolebat, sup crucẽ tamẽ regis maiestate fulgebat: & iõ imolato titulꝰ est suprapositus, vt cũctis legere. i. credere volẽtibus pateat, qa p crucẽ non pdidit, sed corroborauit imperiũ. b ¶Increpa. eũ. Ipsa increpatio futurũ crucis scãdalum etiam circa credẽtes reuelat, quorũ alij à dextris, alij à sinistris. c ¶Dñe memẽto mei. Magna gra in hoc latrone eminet. Nullũ mẽbrũ à supplicio liberũ hãbet, præter cor & linguã, totũ qd liberũ habet offert: Corde credit, ore cõfitetur. Fidẽ habuit q regnaturũ credidit, quẽ secũ moriẽtẽ vidit. Spẽ habuit, q aditũ postulauit. Charitatẽ firmiter tenuit, q latronẽ & de sua iniqtate arguit: & vitã quã cognouerat ei prædicauit. Magna virtꝰ, cõfitẽ quẽ videt humana infirmitate moriẽtẽ, quẽ negabãt apli, quẽ videbant miracula diuina virtute facientem. d ¶Amẽ dico ti. Pulcherrimũ affectandæ cõuersiõis exẽplũ, qp tam cito latroni venia relaxat, & vberior gratia q̃ precatio. Semp enim dñs plꝰ tribuit q̃ rogat. Illle rogabat: Memen. m. &c. Dñs ait: Hodie mecũ &c. Cito ignoscit dñs, qa ille cito cõuertit. e ¶Et te. Sol retraxit radios ne aut pendẽtẽ videret dominũ, aut ne ipꝰ blasphemãtes sua Luce fruerent. Et nota qp sexta hora. i. sole recessuro à cẽtro mũdi crucifigit, dilucu lod. oriẽte sole resurgit, qa mortuus est ppter pctã nra, & resur. pp. iu. n. Adam peccãte post meridiẽ. i. inclinata luce fidei vox dñi audit. eodẽ igit tpis articulo, quo tũc peccãdi Adę obdurat, nũc latroni pœnitẽti dñs paradisum reserat. f ¶Velũ tẽ. scissum. Hoc expirãte domino gestũ est, sed Lucas præoccupat, volẽs miraculũ solis cõiũgere miraculo vdi. Sundit aũt velũ, vt arca testamenti & oĩa sacra legis quæ tegebantur apparẽt, & ad gẽtes trãseãt. Ioseph ait: Virtutes angelicas præsides quõdã tẽpli tũc pariter cõdamasse: Fugiamꝰ ab his sedibus. g ¶Pater in ma. &c. Patrem inuocãs, se filiũ dei declarat. Spm cõmendans, nõ defectũ virtutis, sed cõfidentiã eiusdẽ cum patre ptãis insinuat. Amat eĩ dare gloriã patri, in quo nos informat, vt gloriã demus creatori. Cõmendat autẽ, iuxta qd alibi legit: Lætatũ est cor meũ, & exultauit lingua mea, insup & ca. m. re, in spe. Qm̃ non derelinques animã meã in inferno, nec dabis sanctũ tuũ videre corruptionẽ. h ¶Videns aũt cen. Vidẽs, qp ita haberet potestatẽ mittendi spiritũ, qd nõ habet nisi cõditor animarũ: ipse q crucifixerat in ipso passiõis scãdalo, cõfitet dei filiũ, quẽ Iudæi post tot miracula credere renuerũt. Vnde p cẽturionẽ fides ecclesię designatur, quæ vdo mysteriorũ cælestium per mortẽ domini reserato, mox iustũ & dei filiũ tacẽte synagoga cõfirmat. i ¶Percu. pe. Quod pcutiũt pectora in signũ pnię & luctꝰ dupliciter põt intelligi. Siue eĩ cuius vitã dilexerat, iniustẽ occisum dolebãt: Siue cuius mortẽ se imprassẽ meminerãt, hũc in morte amplꝰ glorificatũ tremebãt. Sed quæcũq causa pctꝰ tundere coegerit, videamꝰ distãtiã gentis & gentis. Gentiles, moriẽte dño deũ timẽtes, apertæ cõfessiõis voce glorificant. Iudæi percutiẽtes solũ pectora, lilẽtes domũ redeunt. k ¶Nomine Ioseph. Ioseph per nobilitatem potentiæ secularis corpus accipere, per iusticiam meritorum dignus est sepelire.

☞ Hic accef.

## *Nicolaus de Lyra.*

b ¶Neq; tu times deũ qui in eadẽ damna. es. q. d. licet homines nõ timueris, tamen deberes deum timere, maximè in articulo mortis, in quo tu es. ideo subdit: c ¶Qui in ea. dãna. es. f. mortis. d ¶Domine, memẽto mei. Magna fides hui⁹ latronis, qui nec ꝓpter acerbitatẽ pœnæ quã sustinebat, nec ꝓpter infirmitatẽ carnis quã in Christo videbat, confessionẽ veræ fidei omisit. e ¶Cum ueneris in regnũ tu. Manifestè paret, qp nõ loquebat de regno rpali, sed æterno. iõ subdit: f ¶Ho. me. eris in pa. Non accipit hic paradisus ꝓ horto voluptatis, nec ꝓ cœlo empyreo, sed ꝓ fruitiõe beata quã habuerũt sancti patres i morte Christi, q erãt in limbo detẽti statim cũ eis anima descẽdit ad eos. & eadẽ die illuc descẽdit aia illius latronis, facta ꝑticeps beate fruitionis. h ¶In ma. tuas &c. ostendẽs qp in articulo mortis maximè debemꝰ recurrere ad deũ. i ¶Vid. au. cen. q erat cõstitutus ad custodiẽdũ Christum in cruce quousq; expirasset. k ¶Quòd fa. fue. s. miracula in Christi passiõe facta, vtpote terræmotus. Petrarum scissio, obscuritas solis supnaturalis. Et qp cũ clamore magno expirasset quòd non poterat fieri virtute naturæ. l ¶Glorifi. deũ: fidei cõfessiõe, dicẽs: m ¶Verè hic ho. iust. erat. Matt. xxvij. s. dicit: Verè filius dei erat iste. Dicẽdũ qp vtrũq; dixit cẽturio. sed Matthæꝰ expressit vnũ, Lucas aliud, de altero tacẽte. do. n ¶Percu. pect. sua. pœnitẽtes & dolẽtes de Christi persecutiõe. & isti fuerunt q à peritis decepti fuerãt, vt prædictum est. o ¶Sta. aũ. om. no. eius à lon. Contrariũ videt Iohã. xix. c. vbi dicitur. Stabãt iuxta crucẽ Iesu mater eius & soror matris eius &c. Respõdet Aug. qp non erãt immediate iuxta illũ, ꝓpter turbam cõprimentẽ, nec ita longè quin possent eũ videre: ideo possunt fuisse dicì longè & prope diuersis respectibus. p ¶Et ecce uir. Hic describit deuota Christi tumulatio, quæ fuit solennis & preciosa, licet mors fuerit ignominiosa, prout de vtroq; fuerat ꝓphetizatũ per Isa. sicut plenius fuit declaratũ Mat. xxvij. q ¶Decurio. i. exitiẽs de curia. s. prẽsidis vel imperatoris. r ¶Hic nõ consenserat cõsilio & actibus eorum. s. aliorũ Iudæorũ Christũ perſequentiũ. s ¶Ab Arimathia. Ista est ciuitas quæ vocata est Ramatha, de q̃ fuit Helchana pater Samuelis vt hr. j. Reg. j. a. c. ☞ Qui expe-

✻ a ¶Vnus au. de his qui pen. &c. Moraliter. per istos duos significant illi qui ꝓ peccatis suis expiandis cũ Christo crucifigũtur, per professionẽ in religiõe factam. Sed alij reuertũtur actu etsi nõ habitu, ad vitã secularẽ, de quibus dicit ad Ro. vj. d. Nomẽ dei per vos blasphemat inter gentes. quia scandalizãt seculares. Et isti significãtur per latronẽ blasphemãtem, alij verò ꝓfessi, crucem pœnitẽtiæ per patiẽtiam deuotè sustinent. & isti significãtur per latronẽ Christũ confitentem, & eius gratiã postulantẽ. propter qd sibi dicit: f ¶Hodie me. eris in pa. quia tales iam cũ Christo sunt p gratiã, & erunt p gloriã in futuro. g ¶Erat au. ferè ho. sex. Exponat sicut Mat. xxvij. & Marci. xv. h ¶Pater, in ma. tu. com. spiri. meum. In hoc docuit nos semper deo cõmendare spiritus nostros, quorum corpora quotidie rendũt ad mortẽ, & horã penitus ignoramus. i ¶Videns au. cen. quòd fa. fue. &c. Per hoc aũt, qp iste Gentilis cõfessus fuit Christũ tam clarè, significata fuit gloriosa cõfessio Gentiliũ in eorum conuersione, & duricia Iudæorum in infidelitate. Ambro. O duriora saxis pectora Iudæorum, iudex arguit, credit minister, proditor scelus suum morte condemnat, elementa fugiunt, terra concutitur, monumẽta reserant: Iudæorum tamen auaricia immobilis atq; duricia manent orbe concusso. p ¶Ecce uir. exponatur. vt. s. Matth. xxvij. & Marc. xv.

✻ Et dies

---

a Hebraicis & Latinis: Hic est rex Iudæorum. Vnus autem de his qui pendebant latronibus blasphemabat eum, dicens: Si tu es Christus, saluum fac teipsum & nos. Respon

¶ Forte & ille conuiciatus prius est, sed repente conuersus. Nec mirum si conuerso cito ignoscit, qui etiam insultantibus veniam dabat.

dens autem alter, increpabat eum, dicens: † Neque tu times deum, b

a ¶ Saltem hic deberes quærere liberationem.

qui in eadem damnatione es. Et nos c quidem iuste, nam digna factis recipimus: hic uerò nihil † mali gesit. Et dicebat ad Iesum: Domine, memen d to mei cùm ueneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus: † Amen di e

a ¶ Vita est esse cum Christo, quia vbi Caritas, ibi regnum.

co tibi: hodie mecum eris in paradi f

a ¶ Quando crucifixus est.

so. † Erat autem ferè hora sexta, & g

a ¶ Tenebræ effusæ sunt oculis perfidorum, vt fidei lumen resurgeret.

tenebræ factæ sunt † in uniuersam terram usque in horam nonam. † Et f obscuratus est sol, & uelum templi scissum est mediũ. Et clamans uoce g mag na Iesus, ait: † Pater, in manus h tuas commẽdo spiritum meum. Et hæc dicens expirauit. Videns au i tem centurio quod factum fuerat, k glorificauit deum, dicens: † Verè hic l homo iustus erat. Et omnis turba m eorum qui simul † aderant ad spectaculum istud, & uidebant quæ fie i bant, percutientes pectora sua reuer n tebantur. Stabant autem omnes no o

¶ Elongasti a me amicum, & proxi & n. m. a mi.

ti eius à longè, & mulieres quæ se quutæ erant eum à Galilęa hęc uidẽ k tes. † Et ecce uir nomine Ioseph, qui p

a ¶ Decurio est qui de ordine curiæ est, & officium curiæ administrat. b ¶ Quia & ipse discipulus Iesu, sed occultus, vitans prius inimicicias Iudæorum: sed in hoc extremo officio minus curat de illis.

erat † decurio, & uir bonꝰ & iustꝰ (hic non cõsenserat cõsilio & actibus eo

¶ Ipsa est Ramatha Helcanæ, & Samuelis ciuitas in regione Thamnitica iuxta decapolim.

rum) ab Arimathia ciuitate Iudeæ, q

# Glos. ordi. Lucæ Cap. XXIIII. De Lyra

Fa ¶Et ui. e. l. h. Oſtenſo qualiter verbū ſe habet ad oēs creaturas in gñali, hīc cōſequēter oſtēdit q̄liter ſe habet ad hoīes in ſpeciali. Ad cui⁹ intellectū ſciēdū, q̄ aīalia q̄ ſunt infra homines, habent aliqualē rerū ſenſibiliū cognitionē. ſicut aſinus cognoſcit ſtabulū ſuū & pabulū, & dām ꝓpriū. & de ſimilib⁹ eſt ſiē iudiciū, ſed ſola creatura intellectualis pōt attingere ad cognoſcēdū ipm deū. Eo em̄ ipſo, q̄ facta eſt ad imaginē dei, eſt capax ipſi⁹ p cognitionem & amorē, vt dicit Aug. xiiij. de trinitate. Verūtn̄ cognitio dei & amor poſſunt dupliciter accipi. Vno modo pro cognitione & amore, qui poſſunt haberi ex naturalib⁹. Alio modo de cognitiōe & amore ſupernaturali. & ſcd̄m hoc lra iſta pōt dupliciter exponi. ſ. de cognitione naturali & ſupnaturali. Primò igit exponitur de cognitiōe naturali. Sicut enim patet ex p̄dictis, oēs creaturę ſunt per verbū, ꝓductę, verūtn̄ humana natura excellentior eſt in cognitione, inquātū virtute intellect⁹ pōt ad dei cognitionem attingere, effectus in ipſum reducendo: p quem modum philoſophi habuerūt cognitionem de deo. Omnis aūt cognitio fit in aliquo lumine, & ideo natura humana ſup ꝓ alias creaturas inferiores eſt à verbo ſpecialiter illuſtrata. & hoc eſt qd̄ dicitur: Et uita. i. ipſum verbū qd̄ eſt vita, vt patet ex p̄dictis. b ¶Erat l. ho. inquātūm attingit per naturam ſibi datam à verbo, ad altiorem cognitionis gradum. Subdit autem modum dicens:

Cognitio dei & amor dupliciter accipiūtur

c ¶Et l. int. l. Licet enim ipſum verbū qd̄ eſt lux, p eſſentiā non poſſit eſſe forma intellectus noſtri, tn̄ intellect⁹ agens qui eſt potentia animę, eſt q̄dā lux deriuata à diuina luce: & ideo p ipm pōt hō ad diuina cognoſcēda quodāmodo attingere, ſcd̄m qd̄ dicit Pſal. xiij. b. Multi dicunt, quis oſtendit nobis bona? Reſpōdet: Signatū eſt ſuper nos lumen vultus tui dñe. q. d. in lumine intellectus agētis impreſſo à te animabushumanis, pōt haberi cognitio tuæ bonitatis. Et hoc modo lux diuina in tenebris lucet, inquantum natura humana de ſe eſt quędam tenebra, quia ex ſe lumē nō habet, ſed à verbo illuſtratur, eò q̄ luce ab ipſo deriuata modo p̄dicto informat. Veruntn̄ qa talis cognitio dei q̄ habet ex naturalibus eſt defectiua, ideo ſequitur: d ¶Et ten. eā nō cō. quia lux diuina ſiue verbum quod idem eſt, cognitione naturali per eſſentiam non videtur: quia talis cognitio eſt tātummodo per effect⁹, qui nō adæquat virtutē primę cauſę: ſed in infinitū diſtant ab ea. ideo per talē cognitionē nō pōt videri diuina eſſentia. Alio modo exponitur lra de cognitiōe ſupnaturali. Homo em̄ ad quēdā finem ſupernaturalē ordinat⁹, q̄ excedit lumē naturalis ratiōis, ſecūdū qd̄ dicit Apl⁹. j. Co. ij. b. Ocul⁹ nō vidit, & auris nō audiuit, nec in nec in cor hoīs aſcendit, q̄ ꝓparaſti diligentib⁹ te. Ad finē e iñ ineo G gnitū non pōt hō moueri, qa incognita nō poſſum⁹ diligere, ſecūdum Augu. & ideo hō ad finem ſuū cōſequendū indiget neceſſario illuſtratione ſupnaturali, vt in finē vltimū dirigatur. Deus autem paratus eſt hāc illuſtrationem hoībus dare: quia natura non deficit in neceſſarijs, vt dicit. iij. de anima. Et ſi hoc verū eſt de natura naturata, multo fortius verū eſt de auctore ipſius naturæ, q̄ eſt natura naturans. Et ideo ſi homo faciat qd̄ in ſe eſt: cōuertēdo ſe ad deū ꝓ cognitionē & amorē, ꝓut poteſt ex naturalib⁹ haberi, de⁹ ſupplet reſiduū, addendo naturæ ꝓfectionē gīæ, illuſtrans eū ſupernaturali illuſtratione. & hoc eſt qd̄ dicit: Et uita erat lux hoīm. i. ipſum verbū nō deficit illuſtrando hoīes ꝓ gīam in cognitione ſupernaturalium. Et l. in te. lu. i. in peccatoribus: qa verbum quantum eſt in ſe illuſtrat eos luce gratiæ. Sed ꝙ ſunt tenebroſi, hoc eſt, quia ſe ſubtrahunt ab influentia diuinæ lucis ſiue verbi. & ideo ſequitur: Et te. eā nō cō. quia peccatores hāc lucem non cōſequuntur, nō propter defectum lucis, vt dictum eſt, ſed propter proprium defectū. e ¶Fuit h. Poſtq̄ euāgeliſta deſcripſit ſeu declarauit æternam verbi emanationē & ipſius operationem, hīc conſequenter declarat eius temporalem incarnationem. Et diuiditur in duas partes: quia primò agitur de miſſione Diuiſio. prācurſoris, ſcd̄ò, de aduentu redēptoris, ibi: Erat lux vera. Prima in duas: quia primò ponit cōmēdatio p̄curſoris. ſcd̄ò tollit occaſio erroris, ibi: Non erat ille lux. Circa primū cōmendatio p̄curſoris ex quatuor deſcribitur. Primò ex conditione naturali, cū dī Prædicit: Fuit h. i. viuens vita hoīs ſcd̄m dictamē rectæ ratiōis. Et rationabiliter p̄curſor Saluatoris fuit homo & nō angelus, qa ſapiētia diuina diſponit omnia ſuauiter, vt dicit Sap. viij. a. quia ſcit omnia ſecundū modū conuenientē & decentē, mouēdo quilibet rē ſcd̄m qd̄ nata eſt moueri. Homines aūt cōmuniter loquēdo magis ſunt apti recipere doctrinam hominis q̄ angeli. Tū pter ſimilitudinē naturæ. Tū propter cōſuetudinē loquutiōis & vitæ, q̄ requirunt inter diſcipulū & doctorē. Si aūt aliqui docentur conuenientius ab angelis, hoc eſt verū de excellētibus viris, & à cōi vita hominū ſegregatis. Aduentus autem redēptoris annū ꝕ ciandus erat omnibus cōmuniter, non ſolū excellentibus. & ideo p̄curſor aduentū Chriſti p̄nūcians, magis idoneè fuit homo q̄ angelus. verūtn̄ licet Iohānes fuerit hō ex cōditione naturali, fuit tn̄ angelus ab officio & puritate virginali, ſcd̄m qd̄ dicit Saluator Mat. xj. b. Hic eſt de quo ſcriptū eſt. ſ. Malach. iij. a. Ecce ego mitto angelū meū &c. Scd̄ò, deſcribit Iohānis cōmendatio ex diuina autoritate, cū ſubditur. ſ ¶Miſſus à d. quia non venit proprio capite. De hac miſſione Iohānis dicunt aliqui, q̄ fuit tm̄ ꝓ interiam inſpiratione, ſed melius videt, q̄ cū hoc fuerit per expreſſam dei miſſionē & exteriorē apparitionē. quia ad ea quę ſunt multū ardua ſolent prophetæ ſic mitti, vt patet ex decurſu veteris Teſtamenti. Myſteriū aūt Chriſti inter oīa fuit maximū, qa ad ipm fuit ordinatū totū vet⁹ Teſtamētū, vt declarauit diffuſe Iug epiſto lā ad Hebrēos. & ideo nō ē veriſimile, quin Iohānes fuerit ad hoc miſſus ꝓ expſſam miſſionē dei & apparitionē exteriorē, licet modus huiꝰ apparitiōis nō ſit ſcript⁹. multa em̄ facta ſunt circa myſteriū Chriſti q̄ non ſunt ſcripta, vt habet in fine huius euangeliſ. Hoc idē videt innuere qd̄ ipe Iohānes dixit, vt habet. j. eodem. Qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: ſuper quem videris ſpm̄ deſcēdētem &c. Tertiò deſcribit cōmendatio Iohānis ex nomine, cùm dicitur: g ¶Cui n. er. I. Iſtud nomen fuit ſibi impoſitum non ex humana diſpoſitione, ſed diuina prædinatiōe, vt habet Lu. j. a. & ideo rndebat ꝓprietati internæ. ſ. plenitudini gīæ. Iohannes em̄ interptat, in quo gratia: & ideo fuit idoneus

✠ ad præcurrendum

Ha ¶Et ui. e. l. h. i. verbum eſt manifeſtatiuum omnium q̄ ab hoībus cognoſcunt. Per qd̄ tollit error dicētiū, q̄ diuina prouidentia ſe non extendit ad hæc inferiora. in quorū perſona dicitur Iob. xxj. c. Circa cardinales cæli perambulat, nec noſtra conſiderat. Quod reprobatur ibidem, cū ſubditur: Quorum ſententia longè ſit à me. Philoſophus etiam. j. de anima reprehendens Empedoclem, habet pro inconuenienti, q̄ aliquid cognoſcamus, & ſit deo ignotum. c ¶Et l. in te. i, in peccatoribus quantū eſt de ſe. Tenēbræ ſ. cut cæcus lucem ſolis non videt ipſum illuſtrātem. e ¶Fuit h. miſſ. à d. Per Iohannem prācurſorem domini ſignificatur prædicator euangeliꝰ. ideo dicitur hic homo: id eſt vjuens ſecundū dictamen rationis, & non vita beſtiali. g ¶Cui no. e. l. o. qui interpretatur in quo eſt gratia. Ad hoc em̄ q̄ prædicator conuenienter & vtiliter annunciet verbū dei, requirit gratia ſpiritualiſ. ✠ Hic venit

Moraliter

a ¶Erat lux uera. Ois homo dicit illa natura in hoie, q̄ ad ima A ginē & ad sifitudinem dei facta est. Alia oia q̄ sūt in hoie inferiores ptes hois sunt, & q̄dāmō extra hoiem sūt. In illa. s. aia velut in q̄dā mūdo supiori vera lux lucet, & in illū mūdū venietes & per gratiam renascentes illuminat, quia quorum vita & conuersatio in cælis est, quasi in alio mundo sunt.

*Nico. de Ly.* ☞ Et mūd⁹

ad p̄currendū ante illū q est autor gr̄æ secūdū qd dicit. j. eo. b. Gr̄a & veritas p Iesum Christū facta est. Simile inuenitur in veteri testamēto: qa Abrahā, Isaac & Israel sic nominati sūt ex diuina ordinatione, ad designandū eorū ,pprietatem. Quarta cō rē. Quartò describit eius cōmēdatio ex emendatio. officij nobilitate, cū subdit: a ¶Hic uenit ut testimoniū perhi. de lumine. ipsum, subaudi lucem testimoniū perhibuit p̄dicādo ei⁹ excellentiā, vt habet. j. eo. ca. Ipse est qui post me vēturus est, cui⁹ non sum dignus vt soluā corrigiā calciamēti ei⁹. Similit testimoniū phibuit baptizando ī aq̄, vt p hoc designaret illū q erat vēturus baptizare in spūsancto, ,pter qd forma baptismi Iohānis erat in noie vēturi, vt habet Act. xix. a. Sicut em̄ ,pphetę antiq⁹ denūciabāt aliq̄n futura: nō solū ẏbis, sed etiā factis. Quod patet de Ieremia, q posuit catenā in collo suo, vt ẏbo & facto p̄nūciaret captiuitatē futurā regis & ciuitatis, vt habet. xxvij. a. Sic Iohānes baptista p̄dicādo & baptizādo annūciauit aduētū redēptoris. Finis aūt sui officij tangitur, cū subdit: b ¶Vt oēs crederēt p illū. Non dicit: in illū, qa ad hoc finaliter p̄dicabat, vt popul⁹ crederet in Christū vēturū. Notandū etiā q̄ illud qd dicit hic: Omnes crederēt &c. refertur ad illud qd supra dictū est: Fuit hō miss⁹, qa hīc loq̄t generaliter oībus, nō sic aūt loquitur angel⁹, sed solū excellentib⁹. vt. s. dictū est. c ¶Nō erat ille lux. Hīc tollit occasio erroris. Ex hoc em̄, q̄ euāgelista dixerat de Iohāne tot magnifica, posset aliquis credere, q̄ eius aduēt⁹ sufficeret ad salutē generis humani, sicut & de ipso multi sunt opinati ipm̄ esse Christū, ,pter excellētiā suæ sanctitatis: ,pter qd sacerdotes Iudęorū miserūt ab Ierosolymis interrogātes, si ipe esset Christus, vt habet eo. c. & ideo euangelista ostēdit q̄ eius aduētus non erat sufficiēs ad saluādū humanū genus, dicens: Non erat ille lux. q posset mētes hoim luce gratię illustrare, sed tm̄ erat præcursor huius lucis. Ideo subdit: d ¶Sed ut testimoniū phi. &c. Modus aūt testificādi iā p̄dictus est in pte imediate p̄cedenti. Sed cōtra hoc videt esse illud qd dicit Eph. v. b. Eratis aliquando tenebræ: nūc aūt lux in domino. & sic ratio lucis cōuenit cuilibet iusto & per consequens Iohāni. Dicendū q̄ lux gratię dupliciter accipitur in scriptura. Vno modo p essentiam, & sic soli deo conuenit, & appropriat filio in diuinis, sicut & alia q̄ pertinēt ad notitiā. & ideo ,pprietas huius lucis de Iohāne negat, sed de Christo affirmat vt statim patebit. Alio modo accipit lux p participationē: & hoc bene cōuenit Iohāni & alijs sanctis: & sic loquit apls in autoritate p̄dicta. e ¶Erat lux uera. Postq̄ euāgelista declarauit missionē p̄cursoris, hīc consequenter agit de aduentu redemptoris. Et diuidit in tres: qa primò ostēdit necessitas hui⁹ aduēt⁹. Secūdò inde cōsequens fructus, ibi: Quotquot autē. Tertiò veniendi modus, ibi: Et verbum caro factum est. Circa primum cōsiderandum, q̄ ratio naturalis est defectiua in cognitione diuinorum: quia non attingit ad eorum cognitionem, nisi per effectus qui distant à deo in infinitum. Item reuelatio de diuinis in veteri testamento erat imperfecta, quia sub velaminibus & figuris. ,propter quod ante Christi aduentum homines multipliciter errabant circa cognitionem diuinorum, vt patet inspicienti illius temporis decursum: & ideo aduentus Christi in mundum fuit necessarius ad illuminandum homines in cognitione diuinorū, secūdū qd ipsemet dicit. j. xviij. g. Ego in hoc nat⁹ sum, & ad hoc veni ī mūdū, vt testimoniū phibeā veritati. Ideo videm⁹ q̄ post eius aduētū idololatria cessauit, q̄ si per totū mundū: sicut fuerat p Zachariā ,pphetā p̄dictū ca. xiij. a. Et erit in die illa, dicit dominus disp. dā noia idolorū de terra. Quòd aūt Christus sit lux sufficiēs ad talē illuminationē, ostēdit triplici ratione. Prima ratio ,pcedit ex lucis huius veritate. Secūda ex ipsius p̄nialitate. Tertia ex cuiusdā eius manifestatione. Secunda tangitur ibi: In mūdo erat. Tertia, ibi: Mundus per ipsum factus est. Circa primum aduertendū q̄ aliq̄d dicit verū triplicit. Vno mō, qa distinguit cōtra falsū. Sed ò, qa distinguit cōtra figurale, in q̄ tū figura recedit à pfecta rei veritate. Tertiò, qa distinguit cōtra ptipās: qa illud qd est tale p ptipationē, deficit a pfectiōe illi⁹ qd ē tale p essētiā. Lumē ergo rōnis naturalis in cognitiōe diuinorū primò deficit a rōne veræ lucis, qa etsi per eā philosophi habuerant de deo aliquā cognitionē, fuit tm̄ admixta erroribus multis, ,pter qd dicit ad Roma. j. c. Cū cognouissēt deum, non sicut deum glorificauerūt aut gratias egerūt, sed euanuerunt in cogitationib⁹ suis, & obscuratū est insipiēs cor eorū. Et hoc patet ī Aristotele, q̄ iter alios philosophos dī veri⁹ scripsisse, & tm̄ ī plurib⁹ deuiauit à ẏitate sicut patet de mūdi æternitate, de intelligētiarū nūero & earū felicitate, q̄rū psequutionē causa breuitatis omitto. Lumē verò cognitionis diuinorum qd fuit in veteri Testamēto deficit à ratione veræ lucis: qa licet habuerit veritatē absq̄ admixtione falsitatis: tamē ipsa erat figuralis & quasi vmbra veritatis. Lumē verò cognitionis euangelicæ tertio modo deficit à perfecta lucis veritate, qa licet, vera & aperta sit, tamē est ptipata. Lux autē diuina hoc modo dicit vera, qa est lux p essentiā. Et ex hoc sequitur q̄ ipsa sit sufficiens ad omniū illuminationē. qa qd est tale p essentiā, est causa omniū aliorū. Sicut ignis est causa caliditatis in omnibus alijs, vt habetur. ij. Meta. Talis aūt lux approbat filio, vt dictū est Et sic patet prima ratio suæ efficaciæ ad illuminationem gratię, q̄ tāgitur cū dicitur: Erat lux uera. sine falsitate, sine vmbra & sine participatione: sed lux p essentiam. Ideo sequit: f ¶Quæ illuminat omnē hominē &c. quātū in se est, qa si aliqui nō sunt illuminati, hoc est quia se subtrahūt ab influētia huius lucis. Potest hoc etiā intelligi de lumine naturalis rationis, q̄ se extēdit ad omnes etiā peccatores: & est quædā participatio diuinæ lucis, vt patet ex prædictis. g ¶Venientē in hunc mundū. Per hoc nō est intelligēdū, q̄ homines ante fuerūt in alia vita, vnde venerint in mundū istū. Vel q̄ animę fuerint à principio mūdi creatę, sicut intellexerūt aliqui hæretici: sed euāgelista vtitur tali modo loquendi, ad denotandum, q̄ anima intellectiua dat ab extrinseco p creationem. Et dicit hic ipse homo, eodē modo quo pars principalior rei dicit ipsa res, vt habet. x. Ethicorū. h ¶In mundo. Hīc tangit secūda ratio ad idē ex p̄sentialitate. Ad cuius intellectū sciendū, q̄ aliquid dicit esse alicubi tripliciter. Vno modo p potentiam, sicut rex est in toto regno. Alio modo p p̄sentiā, sicut rex est in aula sua: quia oia q̄ sunt ibi patent eius aspectui. Tertio modo per essentiam, sicut rex est in loco suo determinato, cui ,pportionatū ē corp⁹ eius. Dē⁹ autē p̄sens est vbiq̄ hoc triplici mō: qa eius virt⁹ ad oia se extēdit, & qa oia sunt nuda & aperta oculis eius, & etiā qa p̄sens est ubiq̄ p essentiā. Quod patet, qa nō solū dat esse rebus, sed eas in esse cōseruat, cōiungēs principia rerū ad inuicē. Hoc aūt nō pōt esse p aliq̄d quod sit mediū inter ipm̄ & creaturā, qa nullū est tale medium. Et ideo oportet, q̄ hoc faciat p̄ ſipsum vbiq̄ p̄sentialiter & p essentiā existētē. Et sic patet, q̄ cū diuina lux sit idem quod ipse deus, q̄ ipsa sit efficax ad p̄dictam illuminationem, propter suam p̄sentialitatem. Et hæc ratio breuiter tangit, cum dicitur: In mundo erat. Nomine em̄ mundi intelligitur, vniuersitas creaturarum. i ¶Et mundus p ipsum factus est. Hīc ponitur tertia ratio ad idem ex euidentia lucis diuinæ. quia etsi non sit euidens in se, est tamen euidens in suo effectu, scilicet in vniuersitate creaturarū à deo productarum: ex quarum pulchritudine & ordine lux diuina etiam potest in naturali ratione cognosci, secundum quod dicitur Sap. xiij. b. A magnitudine speciei creaturarum, poterit creator

☞ horum vi

* a ¶Hic uenit in te. ut te. p. de lu. i. de Christo q est lux per essentiam: ideo in p̄dicatore debet esse huius lucis participatio p bonā vitā & famā, qa sicut dicit Grego. homel. xxxviij. Cuius vita dispicit, restat vt eius p̄dicatio cōtēnat. b ¶Vt omnes crederent p illum. Debet enim intendere salutem auditorū, & nō propriam laudem vel quæstum. c ¶Non erat ille lux, sed. Quia prædicator nō docet interius mētē illustrādo, sed de⁹. Ideo sequit: e ¶Erat lux ue. q̄ il. o. ho. Lumine gratię quātū est de se, sed mali non illuminant, eo q̄ ponunt obicē huic illuminationi, de quibus dicitur Iob. xxiij. b. Ipsi fuerunt rebelles lumini.

D v * Et mundus

a ¶Non ab homine impositum, sed a deo, quasi substantialiter datum. b ¶. i. gratia qui totum a gratia habet' & gratiam prædicat. c ¶Cur missus? ¶A gens libera voluntate. ¶Hic missus est, hic venit in testi.

nōmen erat Iōhannes. Hic uēnit in a

a ¶Cuius rei? b ¶Quicunque contradiceret.

testimonium, ut testimoniū perhibē b

a ¶. i. Christo nato. ¶Iam nomen verbi mutauit in lumen. b ¶Quare? c ¶Lumen Christum esse.

ret de † lūmine, ut omnes crederent b

a ¶Testificantem, quia deum nemo vidit vnquam. b ¶Magnus quidem erat iste, non tamen ex se lucens. Sunt tamen sancti lux illuminata. c ¶Missus erat.

per † illum. Nōn erat ille lux, sed ut c d

¶De quo?

testimonium perhiberet de lumine.

a ¶Autem. b ¶Christus. c ¶Quia est nō vera lux scilicet quæ nō est ex se, sed aliunde lucet. d ¶Non quod omnem, sed quia nullus sine illo illuminatur. ¶Vt etiam ipsum Iohannem.

a † Erat lux uera, quæ illuminat oēm c f

a ¶Id est qui a deo recedens & cadens in mūdum, exeratus est, alioquin non indigeret illuminari.

hominē uenientē in hunc mūdum. g

a ¶Et hæc lux. ¶Præsentia deitatis. Non vt pars eius, sed vt factor oibus creaturis infusus regens quas fecit.

In mundo erat, & mūdus per ipsum h

Lucis gratuita acceptio dupler.

Diuisio.

Deus pñs vbiq̄ tripliciter.

Moraliter.

a ¶ Et mũ. eũ nõ. Non ꝙ creatura nõ cognouerit, sed hõ ꝙ in mũdũ mẽte amãdo defecẽdit. Pri⁹ mund⁹ ipa creatura dicebat. ois enĩ creatura suũ creatorẽ recognoscit: hõ verò minime. b ¶ Et sui eũ. Ab initio mũdi nullũ tps erat in ꝙ receptores diuini verbi non essent. vnde addit: Quotquot aũt re. c ¶ Filios dei. Mirabilis potestas, vt ꝙ filij diaboli erãt, & filij dei & fratres Christi p eũ liberati dicãtur, ꝙ aũt ordine filij dei fiãt, & quõ hæc generatio distat à carnali, subdit: Qui nõ ex san. d ¶ Et uerbũ. vt aũt, secure credam⁹ homines nasci ex deo, subdit deum nasci ex hoie. ex hac susceptione infirmitatis sanat nra infirmitas, vt possim⁹ filij dei fieri. Et hoc est: Et uer. ca. fa. ẽ. Quod supius erat, inferi⁹ defecẽdit. Quid mirũ, si qd erat iferi⁹, in id qd supi⁹ est ascẽdit? Nec mirum, si hoies nascuntur ex deo: quia deus ex homine est natus.

*Nico. de Ly.* ☞ Plenũ horũ visibilit cognosci. ad Roma. i. c. Inuisibilia dei à creatura mundi, i. ab hoie, p ea ꝙ facta sũt intellecta cõspiciũt &c. Et hęc ratio tãgit, cũ dr: Et mũdus p ipm fact⁹ est. qa noie mũdi ois creatura itelligit, vt dictũ est, ꝙ ducit ĩ cognitionẽ creatoris sicut effectꝰ ĩ cognitionẽ suæ causæ. a ¶ Et mũ. eũ. Hìc remouet quãdã obiectionẽ: qa cõtra pdicta posset obici p hoc ꝙ videm⁹ mltos hoies nõ habere cgnitionẽ dei. Et ipe rndet, ꝙ hoc nõ est ex defectu lucis: sed magis ex malicia hoĩm ab ea se auertẽtiũ, dicens: Et mũd⁹ eũ nõ cogno. Noie mundi intelligunt pctores mũdialit viuẽtes, & ideo aliter accipit mũdus ꝙ in parte pcedenti: qa ibi accipitur p essentijs rerũ, hìc pro malitijs hominũ. b ¶ In propria uenit. i. in mundum, quem ipse fecerat venit per carnis assumptionem: & sic fuit ibi nouo mõ. Vel aliter: In ꝓpria uenit. i. in Iudæa, ꝙ dicebat terra dei, vt patet in plurib⁹ locis veteris Testamẽti. c ¶ Et sui eũ nõ rece. i. Iudæi, qa in veteri Testamẽto dicũt pphs peculiaris ipsi⁹ dei, qa pauci de Iudæis cõpatiuè crediderunt Christo, secũdũ qd fuerat pdictũ Isa. viij, c. ꝙ esset futurus in lapidẽ offensiõis & ĩ petrã scãdali duab⁹ domib⁹ Israel. d ¶ Quotquot aũt rece. eũ. Hìc cõsequenter ponit aduent⁹ Christi utilitas siue fructus. Et diuidit in duas: qa primò ostendit ꝓpositũ, secũdò: remouet quoddã dubiũ, ibi: Qui nõ ex sanguinib⁹. Circa primũ sciẽdũ, ꝙ sicut verbũ incarnatũ est verè fili⁹ dei naturalis, ita illi ꝙ fiunt mẽbra eius p fidẽ formatã, efficiunt filij adoptiui. Et in hoc ꝙpparet utilitas nobis, quẽniẽs ex suo aduẽtu. Et hoc est qd dicit. Quotquot aũt rece. credendo. e ¶ Dedit eis potestatẽ fi. dei fi. per regenerationẽ baptismi, ꝙ nõ datur nisi, pfitẽtib⁹ fidẽ Christi p se si sint adulti, vel p aliũ si sint paruuli. f ¶ Qui nõ ex san. Hìc cõsequẽter remouet dubiũ, qa posset forte aliqs credere, ꝙ hæc generatio esset p modũ generationis carnalis ideo hoc remouet, dicẽs: Qui nõ ex san. &c. Licet em̃ sanguis in latino plurale nõ habeat, habet tn̄ in Græco, & ideo trãslator, vt se qreret ỹ tratẽ text⁹ nõ curauit de regulis grãmaticæ trãsferẽs in plurali: Ex sanguinib⁹. Ad generationẽ em̃ carnalẽ cõcurrit duplex sãguis, qa ex pte matris reqrit sanguis mẽstru⁹, p materia, ex pte viri reqrit semẽ in quo cõsistit ỹ vt⁹ formatiua. hoc aũt semẽ est residuũ alimẽti sanguinei, qa nutritiua mĩstrat materiã ipi generatiuæ. hoc tamẽ reliduũ qd trãsit in semẽ dealbatũ est, ꝓpter maiorẽ digestionem. Istos igit sanguines excludit euãgelista generatione spirituali, dicẽs: Qui nõ ex sanguinib⁹ nati sunt. g ¶ Neq; ex uo. car. Per carnẽ hìc intelligit fœmina ꝙ parũ pticipat de ratiõe respectu viri, ꝓpter hoc noĩaꝫ caro Gen. ij. d. Hoc nũc os ex ossib⁹ meis: & caro &c. Copula aũt masculi & fœminę reqrit in carnali generatione, sic in oĩ alia actiõe naturali reqrit cõiũctio actiui & passiui, & hęc copula maris & fœminę excludit à generatiõe spũali, cũ dr: Neq; ex uo. car. neq; ex uo. uiri. Aliter põt exponi, ita ꝙ p volũtatẽ carnis intelligat cõcupiscentia large loqndo de volũtate: put accipit, p appetitu sensitiuo. Per volũtatẽ viri intelligat appetit⁹ intellectiu⁹, ꝙ vterq; appetitus cõcurrit in generatione carnali hoĩs. Appetit⁹ sensitiu⁹ vt mouẽs, intellectiuus vt cõsentiẽs & hoc remouet à generatiõe spũali, cũ dr: Neq; ex uo. car. &c. qlit aũt fiat generatio ista ostendit, cũ dr: h ¶ Sed ex deo &c. Inq̃tũ hoies à deo recipientes grãm, trahuntur ꝙdmõ ad naturã diuinã: qa p donũ grãæ efficiunt cõsortes diuinæ nature, ꝙ vt habeãt, ij. Pe. j. c. Per quẽ maxia & pciosa nobis promissa donauit vt p hęc efficiamini diuinæ cõsortes naturę. Ex pdictis patet, ꝙ filij carnales cõtrahũt ꝙndã maculã & fœditatẽ ex mõ suę gnãrationis, nõ sic aũt filij spũales, sed magis nobilitatẽ. i ¶ Et uerbũ ca. fa. est. Hìc cõsequẽter ostẽdit modũ veniẽtis, qa nõ venit vbi prius non erat: sed qa nouo mõ ibi incepit esse, sicut rex q prius est in aliqua ciuitate p suã potẽtiã tãtũ, qñ venit illuc psonaliter, incipit esse nouo mõ. s. p suã psentiã, sic dei filius q pri⁹ erat in mũdo p potentiã, psentiã & essentiã, vt pater p pdicta, venit ibi nouo mõ. s. p carnis assũptionẽ. Et hoc est qd dicit: Et uer. ca. fa. ẽ, & ha. in no. Et hoc tollit occasionẽ errãdi, dicens ꝙ ex verbo & carne facta est una natura sicut & vna ꝑsõ Christus. Sed hoc mãifestè patet falsũ & ipossibile, qa illa natura esset cõposita ex verbo & natura hũana, & ỹ bũ venireꝫ cõpositionẽ alteri⁹. hoc aũt est ipossibile, qa oẽ qd cõponit alteri, est aliq mõ in potẽtia post tia aũt nullo mõ põt esse in ỹ bo, cum sit act⁹ pur⁹, ergo &c. Itẽ si esset possibile vnã naturã ex ãbab⁹ fieri, illa tn̄ nõ esset natura hũana, nec diuina, qa natura cõposita ex duab⁹ nõ est aliq̃ illarũ, sed aliqd aliud resultãs ex ipis. vt pater de mixto ex elemẽtis qa mixtũ nõ est aliqd elemẽtorũ, nec ipsa simul sumpta, qa tũc mixtũ nõ esset aliqd ỹnũ, & iõ li ex verbo & carne fieret una natura, seqreꝫ ꝙ Christ⁹ nõ esset hõ nec deo cõtra scripturã noui & veteris Testa. Propter qd Arri⁹ dixit, ꝙ ex carne & ỹ bo nõ est facta vna natura, sed ipsum verbũ carnẽ assumpsit, nõ tn̄ aiam qa verbũ supplet locũ aiæ secũdũ ipm. sed istud dictũ implicat cõtradictionẽ: qa caro nõ est in spẽ carnis, nisi p animã, vt habetur in Meteororũ. Et ideo dicere, ꝙ ỹ bũ assũpsit carnẽ & nõ aiam, ipli cat cõtradictionẽ. Nec valet, ꝙ dicit ỹ bũ supplere locũ aiæ qa ro illa etiã secũdũ ipm nõ ẽ informata p ỹ bũ, sed tm̄ assũpta. Et si diceret ipam p ỹ bũ informari, hoc tn̄ est ipossibile. Itẽ reqrit⁹ Christ⁹ nõ esset hõ, vt patet mãifeste. ꝓpt qd Appollinaris dixit ꝙ ỹ bũ assumpsit, carnẽ, qa secũdũ ipm assũpsit aiam sensitiuã, ꝙ dat esse carnis: nõ tn̄ assũpsit aiam itellectiuã cũ ỹ bũ sit maxie itellectiuũ, & iõ ĩ Christo solũmõ põebat itellectiuꝫ ibi. Sed hoc patet falsũ: qa licet iste ĩ Christo posset saluare carnẽ: nõ tn̄ carnẽ hũanã qa caro nõ dr hũana nisi p aiã itellectiuã: eriã secũdũ põnẽtes plures formarũ. Itẽ Christ⁹ nõ esset hõ, cũ hõ i specie hũana reponat p aiam itellectiuã, sed magis esset aial brutũ: qa aia sẽsitiua nõ repõit nisi i specie bruti. Hęc aũt dia cõtra fidẽ sũt & sacrã scripturã. & iõ sũt tãq; hęretica & reprobata. Et licet pblꝫ aliis vtia posset pdicta ĩprobari, tn̄, ꝓpt, plixitatẽ vitãdã omitto. ꝓpt qd dicit ꝙ cũ dr: Verbũ ca. fa. est: p carnẽ itelligit natura hũana, sicut frequenter in sacra scriptura, vñ dr Isa. xl. b. Ois caro fœnũ &c. Et p carnẽ intelligat natura hũana, patet ꝙ illud qd subdit: Verè fœnũ est ppls. Caro igit ista. i. natura hũana assũpta ẽ à ỹ bo, nõ in vnitate naturę, sed in vnitate suppositi vel psonę. Et iõ est sens⁹: Verbũ ca. fa. Ac si diceret, de⁹ hõ fact⁹, quia licet fieri repugnet deo vel verbo absolute, põt tn̄ dici de eo ratione naturę hũanę adiũctę, vt diffusiꝰ declarat. iij. sententiarũ. qa p tale fieri nõ habetur, ꝙ deus de nouo incipiat esse, quod est impossibile, sed ꝙ incipiat esse homo, qd est possibile: qa suppositũ diuinum est infinitæ subsistentiæ.

✻ a ¶ Et mund⁹ eũ nõ cogn. i. hoies mũdialit viuẽtes, qui sũt intellectũ & affectũ defigunt in terrenis: & sic auertunt à deo. b ¶ In ꝓpria ue. licet aũt oẽs Christiani sint sui, magis tn̄ ꝓpt clerici, q dicũt à cleros ꝙ ẽ sors, eo ꝙ sũt de sorte dei: & tn̄ eo ipso q ti nõ recipiũt ipm, sed magis abnẽgãt ꝙ laici. d ¶ Quotquot aũt nõ recipiũt ipm, sed magis abnẽgãt ꝙ laici. e ¶ Dedit eis pote. &c. per tẽ rece. p fidẽ charitate formatã. f ¶ Qui nõ ex &c. nã hæc filiatio nõ ẽ p participationẽ esse naturæ humanę, sed magis diuinę, sed in qd dr. Petrus. a. Qui vocauit nos ꝓpria glia & virtute, p quẽ maxia & pciosa nobis ꝓmissa donauit, vt p hęc efficiamini diuinæ cõsortes naturæ. i ¶ Et uerbum ca. & sic de⁹ voluit esse ꝓceps hũanę naturæ, & hæc mutua ꝓticipatio debet esse rõ maximæ dilectionis, licet nõ sit sibi⁹ vtrobiq;, qa ỹ bũ assumpsit hũanã naturã verã, sed dei filij adoptiui nõ recipiũt sic diuinã, sed ꝓticipationẽ ei⁹ p grãm.

✻ Et vadimus

17 a ¶Plenū gratiæ. Hō Christ⁹ plenus fuit gr̄a, q̄a nullis p̄ceden
A nb⁹ meritis ex q̄ cōcept⁹ est, fuit deitas in eo iplens hominē illū oī
plenitudie redūdante in oēs ſctōs. vñ & mater ei⁹ nō tm̄ dicit̄ mat̄
hois, ſed & mater dei. Nec mirū ſi dicit̄, hō etiā de⁹, cū deus dicat̄
etiā hō: hęc ār gr̄a dicit & veritas, q̄a ſic olim promiſſū est, & mō
exhibitū. ſ. vt deus ſit in hoīe implēs eum
oi bono, & p eum ſuos. b ¶Hic erat.
Per demōſtratiuū, p nomē innuitur Chri
ſtum affuiſſe in illo loco. Sæpe enim ipſe
dñs adhuc ignot⁹ añq̄ baptizaretur & p
dicaret, ad Iohannem ſolitus erat venire.
c ¶Qui poſt me. Qui poſt me nat⁹,
poſt me prædicaturus, baptizaturus, mo
ritturus. Non q̄ iam nō eſſet nat⁹, q̄ñ hæc
dixit, q̄a etiam baptizatus. Sed vētur⁹ in
p̄dicatiōe, in morte, ſed nō in reſurrectio
ne. d ¶Ante me factus eſt. Ex Græ
co, coram me factus eſt, id eſt apparuit mi
hi quidem, ſcilicet quia prior me erat.
☞ Et de ple

*Nico. de Lyra.*

☞ tę ſubſiſtētiæ, & iō pōt naturā ī ſeipō
ſuſtētare, vt diffuſi⁹ declarat̄. iñ. ſniarum.
Considerādum tm̄, q̄ euāgeliſta nō ſine rō
ne dicit, verbū eſſe carnē factum magis q̄m
hominē: q̄a p hoc euitat̄ error illorū q
dixēt naturā hūanā hr̄e in Chriſto hypo
ſtaſim ppriā. Si em̄ dixiſſet, verbū factū ē
hō, cū homo ſignificet naturā humanā in ſuppoſito, dediſſet oc
caſionē cogitandi, q̄ natura humana in Chriſto ſubſiſteret in p
pria hypoſtaſi. Sic̄ magis dixit, verbū factū eſſe carnē q̄m aīam, ne
daret occaſio cogitādi q̄ illa vnio eſſe tātū ſecūdū actū aīæ, vt p
cognitionē & amorē, nō tamē in vnitate ſuppoſiti. a ¶Et vidi
m⁹. Poſtq̄ euāgeliſta declarauit verbi emanationē & ei⁹ incarna
tionē, hīc cōſequenter oñdit q̄liter ipſe & alij apſi habuerūt de hoc
cognitionem. Et diuidit̄ in duas p̄tes: q̄a primò ponit innotescē
di modū. Secūdò, manifeſtat ipm̄, ibi: Et de plenitudine. Prima in
B duas ſcd̄m duplicē modū innotelcēdi quē ponit. Scd̄a, ibi: Iohā
nes teſtimoniū phibet. Prim⁹ aūt innotelcēdi mod⁹, eſt p viſum.
Sciēdū tamē, q̄ videre aliq̄n accipit̄ nō ſolū p viſiōe corpali, ſed
etiā p cognitione ītellectuali. p quē modū dicim⁹: Vides tu hoc.
i. ītelligis? & hoc eſt: q̄a viſ⁹ eſt ipūalior inter alios ſenſus & plures
rerū differentias nobis demōſtrat, vt hr̄. ſ. Metaph. Et iō noīe vi
ſus vtimur aliq̄n in his q̄ pertinent ad intellectū. Vtroq̄ mō vidē
di habuit Iohānes & alij apſi noticiā ỹ bi incarnati, q̄a cū ipſo fue
rūt corporaliter cōuerſati: & ſic viderūt ſenſibiliter opa ỹ tutē to
tⁱ creaturæ excedētia, ſicut eſt ſuſcitatio mortui, illumiatio cæci,
& cōſimilia: ex qbus viſu mētis p̄ceperūt ei⁹ diuinitatē in carne la
tentē. Viderūt etiā hoc mētaliter p̄ interna ſpiratione, q̄ñ aguit
eis ſenſū, vt ītelligerēt ſcripturas, vt habet Luc̄. vl. d. Et hoc eſt q̄d
dr̄: Et vidim⁹ glo. ei⁹. i. excellētiā oēm creaturā excedentē. p̄pt
q̄d ſubdit q̄li exponēdo p̄dictā gr̄am: b ¶Quaſi unigeniti
à patre. i. naturaliter ab eo, p̄cedētis. & p cōſeq̄ns eādē naturam
nūero cū ipſo habētis. Hoc em̄ viderūt apſi primò p patris teſti
monīū in trāſfiguratione, in q̄ fuit Iohānes cū Petro & Iacobo,
vt habet Mat. xvij. a. Et iō tūc audiuit vocē p̄is dicētis de Chri
ſto: Hīc eſt fili⁹ meus dile. &c. Scd̄ò viderūt hoc p angelorū obſe
quiū, q̄a āgeli miniſtrabāt ei ſicut ſuperiori. vt habet Mat. iij. b.
Supra naturā āgelicā nihil eſt niſi natura diuina. Tertiò, viderūt
hoc p hoc q̄ creaturę etiā viſibiles obediebātei ad nutū, ſicut dño
& creatori. ppter q̄d dixerūt Mat. viij. d. Qualis eſt hic? q̄a vēti &
mar̄ obediūt ei. Quartò hoc viderūt p docēdi & opandi modū.
Moyſes em̄ & alij ppheţe nō dabāt ppſo p̄cepta: ſed de præceptis
dei ipm̄ iſtruebāt. & iō dicebāt: Hęc dicit dñs. vl aliq̄d ſiſ. Sic̄ de
Moyſe ſcriptū ē: Locut⁹ ē dñs ad Moyſē &c. Chriſt⁹ aūt tāq̄m de⁹
à propria autoritate loq̄ns dabat doctrinā ſuā, vt patet Mat. v. g.
vbi dr̄: Ego aūt dico vobis. vnde in fine illi⁹ ſermōis dr̄, q̄ erat do
ctus ſicut poteſtatē habēs. Et ſic̄ ppēderūt p opandi modū, q̄a etſi
alij fecerūt miracula, hoc fuit tātū dep̄cādo. Chriſt⁹ aūt etſi ī mi
raculis faciēdis aliq̄n orauerit, vt ī ſuſcitatione Lazari, Ioh. xj. c. tū
cōmuniē miracula faciebat impando, vt patet ex decurſu euāge
lij. Per q̄d oñdebat, q̄ illa faciebat ỹ tute, ppria ſicut de⁹. ppt̄ q̄d
dicit Lu. vj. c. q̄ ỹtus exibat de illo, & ſanabat oēs. Sequit: c ¶Ple
nū gra. Et hoc primò ppt̄ gr̄am vnionis. Ille em̄ pfectiſſimē eſt
plen⁹ gr̄a, q̄ pfectiſſimē deo cōiūgit. natura aūt humana in Chri
ſto nō ſolū cōiūcta eſt deo p cognitionē & amorē, ſicut i aliis, ſed
p realē vnionē, & hæc dicit in Chriſto gr̄a vnionis, p quā homo
dicit de⁹

dicit de⁹: & ecōuerſo per cōicationē idiomatū. Dicit aūt talis vnio C
gr̄a, inq̄tū diuina liberalitate & miſericordia facta eſt. Secūdo, p
pter gr̄am habitualē, q̄ pleni⁹ fuit in Chriſto q̄m in aliis. ppter hoc
dicit. j. iij. ca. d. q̄ dat⁹ eſt ei ſpūs nō ad mēſurā: q̄a nō ſolū habuit
plenitudinē ſufficiētiæ, ſed etiā redūdantiæ in alios. q̄a eſt caput
nō ſolū hoim, ſed etiā angelorū. Quod
aūt ỹ go Maria & aliq̄ alij ſctī leguńt ple
ni gr̄a, vt dicit de Maria Lu. j. c. & de Ste
phano Act. vj. b. hęc tm̄ ē alia plēitudo.
Plenū em̄ opponit vacuo: & iō tot mo
dis dr̄ plenū, q̄t modis dr̄ vacuū. Dicitur
aūt vacuitas gr̄ę. Vno mō, ppter ỹ tutis Vacuitas
defectū circa, ppriū ſubiectū. & tali va gratię dicit̄
cuo opponit̄ plenitudo gratię ſanctorū. duplicter.
Alio mō dicit̄ vacuitas gratiæ, eo q̄ nō
redūdat ad corpus. & tali vacuo opponit̄ plenitudo Mariæ: inq̄tum gratia ei⁹
aliquo modo redundabat ad corpus, ſu
pernaturaliter cōcipiēdo. plenitudo tm̄
Mariæ non ſe extendit ad alios, ita q̄ ſit
gratiæ datrix, ſed ſolū inquantū eſt gra
tiæ imperatrix. Chriſti autem plenitudo
ad alios ſe extendit: & ſic opponitur va
cuo, non ſolum reſpectu ſui, ſed etiā alio
rum, quia fuit in Chriſto plenitudo gra
tiæ, nō ſolum reſpectu ſui, ſed etiā reſpe
ctu aliorū. d ¶Et veritatis. In quātū
in ipſo fuit veritas diuina, ſiue increata †fuit extitit
per vnionem naturæ; ſimiliter in ani
ma Chriſti fuit plenitudo veritatis, inq̄tum habuit notitiam om
nium quæ cognoſcit deus notitia viſionis. Similiter fuit in Chri
ſto plenitudo veritatis, inq̄tum impleuit omnes figuras & pro
miſſiones legis Moſaicæ. e ¶Iohannes teſtimonium per- D
hibet. Hic ponit ſecundum modum, quo innotuit Iohanni &
apoſtolis aliis verbum incarnatum. & hic modus fuit per audi
tū: quia audiuit à Iohanne teſtimonium de Chriſto quod erat
efficax, propter Iohannis mirabilem natiuitatem, & propter excel
lentem vitæ ſuæ ſanctitatem. Et hoc eſt quod dicitur: Iohannes
teſtimonium perhibet de ipo. Et bene dicit, perhibet, ad oſtē
dendum q̄ eius teſtimoniū fuit continuatum: quia non ſolum ſe
mel, ſed pluries teſtificatus eſt de Chriſto. Et ideo dicit, perhibet,
ad denotandum continuationem huius teſtimonij. Secūdò oſtē
ditur iſtud teſtimonium clarum cū ſubditur: f ¶Et clam at.
Quiā Iohannes non loquebatur de Chriſto in occulto, ſicut fa
ciunt illi qui habent doctrinam ſuſpectam, ſed in palam coram
populo. Dicitur autem hoc teſtamentum certū & verū, quia eodē
modo teſtificatus eſt prius de Chriſto in abſentia, & poſt in præ
ſentia. quod notatur cum dicitur: g ¶Hic erat quem dixi.
Scilicet ante: & idem modo dico. Vlterius oſtenditur quod de
Chriſtò dixit, cum dicitur: h ¶Qui poſt me uenturus. Pa
tet quòd Iohannes non loquitur de aduentu Chriſti in mundum
quia iam erat natus & fere triginta annorum, ſed loquitur de ad
uentu ad prędicandum & myſterium noſtræ redemptionis com- Error
plendum. i ¶Ante me factus eſt. Ex hoc loco arguit Arrius Arrij.
q̄ verbum ſecundum naturam verbi ſit factum, quia non eſt du
bium, q̄ Iohannes præceſſit Chriſtū ſecundum carnem. Et ideo
cum dicit: Ante me factus eſt: de natura verbi intelligendum
eſt. Sed litera ſequēs hoc deſtruit p hoc quod ſubdit: k ¶Quia
prior me erat. Et p cōſequens habuit eſſe ante Iohānem: ideo ſi
de factione naturę loqueret, aliter ordinaſſet literam, dicens: Pri
or me erat: q̄a ante me factus eſt. Et ideo ſic debet intelligi: An
te me factus erat. i. mihi prælatus. Cui⁹ rationē aſſignat dicēs:
Quia prior me erat. non ſecundum humanitatem, ſed ſecūdū
diuinitatem, in qua eſt ab ęterno. Poteſt etiam aliter exponi refe
rendo hoc ad Chriſtum ſcd̄m humanā naturam. ¶Ad cuius in
tellectum ſciendum, q̄ puer eſt in fieri ſecūdū curſum naturę vſq̄
☞ ad natiuitatem

✻ a ¶Et uidimus gloriam eius &c. Nam fideles vident eā Moraliter.
nunc per ſpeculum & in ænigmate, poſtea verò videbunt claré 1. Cor. 13. d
& manifeſtè. d ¶Iohānes teſtimonium perhibet de ipſo.
Hīc ponitur ipſius Iohannis modus teſtificandi, per quem ligni
ficatur modus prædicandi, qui debet eſſe cum affectu magno &
etiam in publico. Ideo ſubditur: f ¶Et clamat dicens. Ha
bentes enim doctrinam ſuſpectam, magis docent occulte &
ſine clamore. g ¶Hic erat quem dixi, qui poſt me uen
turus eſt: ante me. Quia prædicator quærere debet honorem
Chriſti, & virtutem prædicationis attribuere ſibi. Ideo ſubditur:
✻ E de plenitudine

# Glos. ordi. Iohannis Cap. I. De Lyra

a ¶ Et de plenitudi. Exposito testimonio præcursoris, redit E uãgelista ad testimoniũ suę assertiõis. Q. d. ỹ bum caro factũ est: vidim⁹ gl̃am ei⁹ ple. gr̃a & verita. & de plenitudie ei⁹ nos oẽs accepimus. Gr̃am, vt ip̃m credam⁹ & ỹitatem, q̃ illũ intelligimus.

b ¶ Accepimus. Aug. Nõ solũ gr̃am, q̃ planè gratis dat: nõ ꝓ meritõ vt fidẽ quę ꝓ dilectionẽ operatur,

Gal. 5. b. Abac. 2. a. ex q̃ iust⁹ viuit, sed pro ista, gr̃am. i. beatitudinẽ ẽternã, q̃ & merces iusticiæ dicit. & etiam gr̃am, quia meritum ex gratia.

c ¶ Gra. ꝓ gra. Gr̃a in conceptiõe boni ꝓ gr̃am dat. Gratia simplicit̃ q̃ non est meriti, si postea cũ illa opamur, in bonis cõsuescim⁹, & tunc dat̃ gr̃a ꝓ gr̃a priori.

d ¶ Per Moy. Per Moysen seruũ p̃nũ ciatio, per dñm Iesum salutis impletio.

e ¶ Deũ nemo uidit un. i. null⁹ pur⁹ hõ viuẽs in hoc corpe vidit deum vt est:

Exo. 33. d. vñ dictũ est Moysi: Nõ videbit me hõ & viuet. i. nemo viuẽs in corpe, videbit di-

Ibidem. uinitatẽ meã. Vñ ista adiecit de⁹ Moysi: Sta in foramine petrę, & cũ ptrãsiero videbis posteriora mea. Petra. i. Christ⁹: foramẽ, crucis patibulũ: ptrãsiero. i. trãsiero de mũdo ad pr̃em. Posteriora, ort⁹ ei⁹ passio, resurrectio, ascẽsio: ꝓ quæ credita ad ei⁹ beatitudinẽ & visionẽ puenimus.

j. 5. c. Quòd legitur deum apparuisse hominib⁹ siue visibiliter carnalibus oculis, siue inuisibiliter propheticis visionib⁹ per subiectam creaturam intelligendum est. visiones em̃ ꝓpheratũ quadam spirituali creatura factæ sunt, qbus deũ vidisse perhibent. f ¶ Vnigenitus filius &c. Quæ sit summa gr̃e & veritatis, breuiter subdit. s. cognitio ipsius trinitatis. vnde: Hæc est vita æterna, vt co-

j. 17. a. gnoscant te vnũ verũ deũ, & quẽ mi. Ie. Christũ. Quæ in hac vita nõ plenè est, q̃ nemo in carne vidit deũ, vt est. Vñ nec ipse Moyses nedũ ꝓ eũ data sit gratia, sicut etiã ipse post omnia visa in ty-

Exo. 33. d. po dei dixit: Oñde mihi teipsum, sed filius q̃ est in secreto patris

Luc. 10. d. narrauit: q̃ nemo nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius revelare. Ip̃e narrat suis qd de trinitate deitatis sentiendum sit quõ ad eã peruenirẽdũ, & ad ipsam introducit. g ¶ Et hoc. Et hæc

F & cetera sequẽtia testimonia Iohãnis, exhibita sunt post baptizatũ Christũ: cũ iã Iesus veniret inuitare discipulos: ꝙs Iohãnes suis testimonijs mittit ad eũ. Testimoniũ cõtra hoc, ꝙ occult⁹ Christ⁹ occult⁹ q̃ humil⁹, humil⁹ vt possit ſpni & occidi, vt redimeret mũ



ad natiuitatẽ. Christus ãt ab instanti conceptionis habuit corpus oĩbus lineamẽtis distinctũ & aĩam oĩbus virtutibus & scientijs ꝓfectã, q̃uis nondũ habuerit ꝓfectã corpis q̃titatẽ. Et hoc fuerat ꝓdictũ Iere. xxxj. d. Nouũ faciet dñs super terrã: mulier circũdabit virũ. q̃ Christus ab instãti cõceptionis fuit vir ꝓfectus mõ dicto. Cõstat ãt, ꝙ Christus fuit añ cõceptus q̃s Iohãnes fuerit nat⁹ vt patet Luc. j. d. Et ideo hoc mõ lr̃a ꝓdicta põt exponi. Ante me factus est: vt ꝓ factũ, esse, intelligat ꝓfectio, q̃ hoc designat talis locutio, sicut fieri impfectionẽ designat, q̃ Christus etiã secũdũ humanã naturã ante ꝓfectus fuit q̃s Iohãnes, vt patet ꝓ ꝓdicta. a ¶ Et de plenitudine &c. Positis duob⁹ modis quibus verbũ incarnatũ eis innotuit, hîc cõsequẽter vtrũq; modũ manifestat. Et primò manifestat primũ q̃ est ꝓ visũ. vt dictũ est. Secũdò sc̃d'm q̃ est ꝓ auditũ, ibi: Et hoc est testimoniũ. Ad itellectũ primi sciendũ ꝙ hæc verba q̃ sequunt, nõ sunt verba Iohãnis baptistæ: licet hoc dicat Origenes, sed sunt ỹba Iohãnis euãgelistæ declarãtis modũ q̃ cognouerũt verbũ incarnatũ ꝓ visum, sc̃d'm Aug. & Chrysosto. Dixerat em̃. ꝝ. Vidim⁹ eũ plenũ gratiæ & ueritatis: posset aliq⁹ quærere, q̃liter hoc vidistis? ideo declarat qualit̃

Diuisio. hoc cognouerũt q̃si rñdẽs tacitæ q̃stioni. Et diuidit i duas: q̃ primò declarat q̃liter cognouerunt eũ plenũ gr̃æ. Sc̃d'ò q̃lit̃ cognouerũt eum plenũ veritatis, ibi: Deũ nemo vidit. Dicit igit̃ primò: Bũ dixi ꝙ vidim⁹ eũ plenũ gr̃æ: q̃ de plenitudine ei⁹ nos oẽs accepimus. Hoc potissime apparuit in spũssancti missione sup apostolos in die Pẽtecostes, ex cuius plenitudine linguis oĩm loq̃bantur, vt dicit̃ Act. ij. a. & ideo expientia q̃dãmõ cognoscebãt ip̃m Christum esse plenũ gr̃ę. Et hoc ẽ qd' dicit: Et de plenitudine eius nos oẽs accepimus, Ista dictio copulatiua & non continuatur lr̃æ immediate pcedenti, q̃ continet verba Iohãnis baptistæ, sed verba Iohãnis euangelistæ. qñ. ꝝ. dixerat: Et vidimus eum quasi vnigenitũ à patre plenũ gr̃æ & veritatis q̃ hîc declarat modũ ꝙ quẽ hoc cognouerũt, vt dictum est. s. per acceptionem spũssancti de eius plenitudine. Ideo sequitur: b ¶ Et gratiã, ꝙ gratia. prima

a ¶ Quia illis spiritus est datus non ad mensuram, nobis ab eo secãdum mensuram.

a me erat. Et dẽ plenitudine eius nos a

a ¶ Vt ipsum credamus & veritatem, qua illum intelligimus. b ¶ Pro bono bonum.

b omnes accepimus. Et grãtiam prõ b

a ¶ Vere ab eo accepimus, quia lex q̃ꝙ mala non tollit sed ostendit, & reos cõuincit, vt humiliẽt se medico.

d gratia. quia lex per Moysẽ data est: e

a ¶ Qꝙ sit salus homini vt erat promissa. b ¶ Qui est dominus liberans.

sed gratiã & ueritas ꝙ Iesum Chris d

a ¶ Quæ. ¶ Nec Moyses. b ¶ Hęc gratia per Christum omnibus est data. i. videre deum qui nunquam visus est. c ¶ Nullus homo.

c stum facta est. Deum nemo uidit e

¶ Sed. a ¶ In secreto & eum nouit.

f unꝯ. Vnigenitus filij⁹ qui est in sinũ f

a ¶ Id est per manifestationem suæ incarnationis deum inuisibilem demonstrauit. ¶ Fidelibus. ¶ Iterum

g patris, ipse enarrauit. Et hoc est te g

tia. Prima em̃ gratia dat̃ sine meritis: q̃ ante gr̃am nõ põt hõ mereri: sed habita prima gratia potest homo mereri de cõdigno augmentũ gr̃æ. Et ideo sc̃d'a gr̃a dat̃ quodãmodo ꝓ prima, q̃ datur ꝓ meritorio opere pcedẽte ex ip̃a. ¶ Aliter põt hoc exponi & magis ꝓpriè ad lr̃am de lege noua & veteri: ita ꝙ lex vet⁹ dicit̃ gratia prima, magna em̃ gr̃a fuit dare legẽ ispi. ciali populo duræ ceruicis, & alia beneficia illi populo collata. ꝓpter qd' dicit in Psalmo. cxlvij. b. Nõ fecit taliter oĩ nationi &c. Quia tũ ista lex erat imperfecta, loco illi⁹ data ẽ lex noua q̃ est pfecta & maior gr̃a. Et sic expõit illud: Et gratiã, ꝓ gratia. q. d. Nũ solũ accepim⁹ de plenitudine Christi in receptione spũssancti: sed cũ hoc accepim⁹ gr̃am ꝓ gr̃a, legẽ nouã loco veteris. ꝓpter qd' subdit q̃si exponẽdo: c ¶ Quia lex per Moysen data est gratia & veritas &c. Dicit̃ autẽ lex noua respectu veteris veritas: q̃ illa fuit figura & vmbra illius. Dicit̃ etiam gr̃a respectu eius, q̃ q̃uis lex vet⁹ ex liberalitate diuina fuerit illi pssa data: ꝓpter qd' potest dici gr̃a largẽ: eo mõ loq̃ndi q̃ quodliber donũ gratis dat̃ dicit̃ gr̃a, nõ tñ cõferebat gr̃am iustificantẽ sicut facit lex noua. c ¶ Deũ ne-

uidit un. Hîc declarat Iohãnes, qualit̃ cognouerũt Christũ esse plenum veritate, videlicet ꝓ doctrinã Christi, q̃ docuit eos de secretis diuinitatis, q̃ comp̃hendi nõ pũt nisi ab eo in q̃ est plenitudo veritatis, Et hoc est ꝙ dicit: Deũ ne. uidit un. Non accipitur hic nemo ꝓ vllo hoĩe: q̃a sicut in sacra scriptura aliq̃ãdo accipitur homo ꝓ oi creatura, eo ꝙ habet aliq̃ã cõuenientiã cũ omni creatura, ꝓpter qd' dicit̃ Mar. vl. d. Prędicate euãgeliũ omni creaturę, ita nemo aliq̃ãdo accipit̃ ꝓ nulla creatura. Est igit̃ sensus: Deũ nemo uidit un. i. nulla creatura potest visione cõprehensionis videre, diuinã essentiã. Et subdit à q̃ cõprehẽdat: s ¶ Vnigenit⁹ filius q̃ est in si. pa. i. in intrinsecis diuinitatis, ipse cõprehẽdit eã, q̃ habet eãdẽ noticiã cũ pr̃e. & ideo põt de hoc alios plenius instruere. Iõ seqtur: g ¶ Ipse enarrauit. Sicut patet ex decursu euãgelij, ꝙ apostolos de secretis diuinitatis docuit vt de mysterio Trinitatis, & de multis alijs q̃ nõ fuerũt ita explicitè tradita in lege & ꝓphetis, sicut Christ⁹ explicauit. h ¶ Et hoc est testimonium. Postq̃ euãgelista declarauit modũ q̃ habuerũt noticiã de plenitudine Christi ꝓ visum, hîc cõsequẽter declarat alium modũ q̃ idẽ cognouerũt ꝓ auditũ, videlicet ꝓ Iohãnis testimoniũ Et diuidit̃ i duas partes: q̃a primo manifestat testimoniũ Iohãnis factũ i Christi absentia. Sc̃d'ò testimoniũ Iohãnis de Christo ꝓ ꝓsentia, ibi: Altera die. Prio testimoniũ dedit Iohãnes interrogat⁹. Et diuidit̃ in duas: q̃a primo fuit interrogat⁹ de psona. Secũdò de officio ibi: Et q̃ missi fuerãt. Prima adhuc in duas: q̃a primo ponitur testimoniũ Iohãnis ꝓ modũ negationis. Secũdò ꝓ modum affirmationis, ibi: Dixerũt ergo ei. Prima adhuc in tres sec̃dum tres q̃stiones factas ipsi Iohãni: & tres respõsiones correspõdẽtes. Sc̃d'a ibi: Et interrogauerũt. Tertia ibi: Prophetã. Circa primũ aduertẽdũ, ꝙ tempore pdicationis Iohãnis erat famosa opinio, & maximè in Ierusalem vbi vigebat studiũ legis & prophetarum, ꝙ tempus aduẽtus messiæ esset de' ꝓximo. Primò, q̃a videbãt ab eis ablatum esse regnum, vt declarat̃ super Matthæum 8. Dimittem, & hoc fuerat eis datũ pro signo aduentus messiæ. Gen. xlix. b. Non auferetur sceptrum de Iuda &c. Secundo, quia videbant completas hebdomadas dictas à Daniele de aduentu sanctũ sanctorum: quæ complerã

* a ¶ Et de pleni. &c. Ex nobis nihil habẽtes. b ¶ Et gratiã, ꝓ gratia. i. nobis dedit gr̃am, vt ꝓ eã gl̃ã cõsequmur, q̃ est gr̃a cõsumata. c ¶ Quia lex ꝙ Mo. &c. à pctis cohibẽs, sed nõ gr̃am iustificãtẽ pbẽs: nã hoc Christo reseruabat. Iõ subdit: d ¶ Gratia & ueri. ꝓ Iesũ Christũ fa. &c. Deũ nemo uidit un. cõprehẽdit siue. f ¶ Vnigenit⁹ q̃ est in si. pa. i. sibi cõsubstãtialis, ipse vdit isto mõ. Iõ subdit: g ¶ Ipse enarrauit. s. mysteria in lege & prophetis sub velaminibus ꝓmissa. Et hoc fuit signũ, ꝙ noĩ deduceret ad clarã visionẽ diuinorũ. h ¶ Et hoc est testimoniũ Iohãnis qd' ꝓhibuit corã legis ꝓpitis, in q̃ testimonio negauit se esse Christũ: & hoc ꝓ actũ q̃rtũ ad interrogãtiũ ẽcõnẽ. Et de duob⁹ primis patet, q̃a Iohãnes nõ erat Christ⁹, nec Elias i psona. Sed de tertio, nã intẽdebãt q̃rere si Iohãnes erat de nũero ꝓpheratũ aut̃ q̃rũ: aliter em̃ rñdere fuisset falsũ: fed asseruit se esse vocẽ, ꝙ ibi dicit̃ uini nunciatorẽ: quod erat verũ & humile responsum, Et in hoc docuit doctores catholicos veraciter & humiliter respondere.

* Quid ergo bap-

A a ¶ Tu qs es. Putabāt Iudæi Iohannē esse Christū, qui in lege
b ꝓmittebat. Alij putabāt eū esse Eliā, ꝓpter nimiā abstinētiā & ca-
stitatē, & solitariā vitā, & aspri mā delictorū reꝑhēsion ē, & durissi
mū futurꝰ vindictæ terrorē. Alij dicebāt eū esse vnū de ꝓphetis re
suscitatū, ꝓpter ꝓphetiæ gratiā. b ¶ Confessꝰ est. Confessus est
vt postea dicit, nō qđ erat Christꝰ. Nō
negauit qđ erat. i. ꝙ esset pręcussor, vt
postꝰ interrogatꝰ dicit: Ego uox cla.
Ordo verborū: & cōfessꝰ est & nō nega
uit quādo miserūt. c ¶ Elias es tu.
Cum oēs scirēt nomē Christi, sciebāt e-
tiā qđ Elias pręcessur⁹ sit eū: Sed ipse
Elias præcessur⁹, in potestate iudicatu-
rū: Iohannes figuraliter Elias eūdē iudi
cādum; vt sint duo pręcones sicut duo
aduētus eiusdem. vñ. d ¶ Nō sū. Elias
non pręco: potētiā indicās, sed ī quā
offenditis oſtēdo humilitatē. q. d. seruī-
te humili añ excelsus iudicet. Ecce nec
ego Christus, nec apertæ potētię index.
e ¶ Ego uox. Nō dicit: Ego sū hō, vꝰ
Iohānes. vel filꝰ Zachariæ. Nō conside
rat humanā subsistētiā vl generationē,
sed vltra hęc oīa exaltatꝰ pręcussor ver
bi, deserit oīa quę intra mūdū cōtinen-
tur. Ascendit in altum, factus vox ver-
bi nullā in se subsistētiā fatet pręter abū-
dātiam gratię, qua excedit omnē creā-
turā, vt sit vox verbi. ¶ Vox est inter-
pres animi, Animꝰ autē. i. intellectus o-
miū est filꝰ dei. Iohānes ergo vox est
& interpres huiꝰ animi: qa primò mū-
do eū demonstrauit: Ecce agnus dei.
f Esaias, hoc de Iohanne ꝓphetauit:
Ego vox clamātis in deserto, ī qua ver-
bū sonat. i. ꝓphetia, & oſtēsio & lucer-
na verbi prędictis. g ¶ Ex phari. i. ex
principibus Iudæorū, q doctrinam non
quærūt, sed inuidēt. Qui tamē ad Iohā
B nēm veniūt, quia audiūt eū prædicasse
cōem oim resurrectionē, quā & ipsi cre
debāt. vnde & ipsi in multis Christo cō
f entiūt. Paulū quoq; apostolū in mul-
tis audierunt. h Quid ergo bap.
Audierbāt Pharisæi in prophetis Chri
stū vēturū & baptizaturū sciētes Iorda
nē figurā baptismi gessisse, eūq; Eliam
& Elisæum siccis pedibus transisse: fi-
guramq; Ba
Nico. de Ly.

a ¶ Per Moysen non gratia, nec per ipsum, Iohannem & hoc est quod testatur se non esse Christum. b ¶ Vt lucernæ. c ¶ Cum eius excellētia moueretur, quia autus est baptizare.

stimoniū Iohannis, quando miſē a
¶ Sapientes in lege.
runt Iudæi ab Ieroſolymis sacerdo b c
a ¶ Vt confessione ipsius Iohannis sciret quis esset.
tes & Leuitas ad eum, ut interroga- d
¶ Quid? a ¶ Ecce humilitas Iohannis, qua nihil mānis est, cum posset credi Christus. ¶ Quod nō est Christus.
rent eum: Tu quis es? Et cōfessus e
a ¶ Quod erat præcursor. b ¶ Quid?
est, & non negauit. Et cōfessus est, f g
¶ Remota priori opinione.
quia non sum ego Christus. Et inter
¶ Scilicet est
rogauerunt eum, quid ergo? Elias h
a ¶ Elias, quia non solum propheta sicut ille, sed etiam præcursor. ¶ Corpore, quia ipse dominus spiritualiter de eo dicit. Elias in spiritu & virtute.
¶ Eliæus.
es tu? Et dixit: Nōn sum. Propheta i k
a ¶ Quia non pronuncio, sed ostendo. ¶ Non sum propheta, quia plusquam propheta, Non sum vnus de illis prophetis de quibus me esse putatis.
es tu? Et respondit: Nōn. Dixerunt l m
a ¶ Dic quis es, ne abīgi responso redeamus ad illos qui nos miserunt. b ¶ Audiuimus de Christo te prædicare, sed de teipso nihil manifestum asserit.
ergo ei: Quis es? ut respōnsum de- n
mas his qui miserunt nos. Quid di-
a ¶ Sum. b ¶ Verbi incarnati. c ¶ Inme.
cis de teipso? Ait: †Egō uox clāman o
a ¶ Deserte Iudææ solatium annuncians. ¶ Quid? ¶ Parate in vobis. b ¶ Per fidem, per opera, per quæ dominus ingreditur.
tis in dēserto, Dirigite uiā domini p
sicut dixit Isaias propheta. Et qui
missi fuerant, erant ex Pharisæis. q
¶ Ex inuidia quærebant.
Et interrogauerunt eum, & dixe-
a ¶ Quid audaciæ est. ¶ Hic plane inuidia patet.
runt. Quid ergo baptizas, si tu r
¶ Qui habet autoritatem baptismi.
non es Christus, neque Elias, neque s
Eliæus. a ¶ Etiam inuidia ex bonitate veritatē dicit.
propheta? Rēspondit eis Iohannes t

quæstio. Sicut em̄ aduentꝰ Christi fuerat ꝓmissus Iudæis, ita & aduentꝰ Eliæ, vt habet Malach. vl. b. Ecce ego mittā vobis Eliā C
ꝓphetā &c. & ideo audiētes qđ nō esset Christus, iterrogauerūt cōsequēter si ipse esset Elias. Et subdit Iohānis respōsio cū dicitur:
1 ¶ Et dixit: Nō sum. Sed videt esse cōtra illud qđ dicit Sal-
uator de Iohāne Matth. xj. b. Ipse est E-
lias. Dicendū qđ ipsi quærebāt de ꝑsō-
na Eliæ, & ideo ad eorū quæstionē res-
pondit qđ nō erat Elias in ꝑsona: licet
esset Elias in spū; ꝓpter similitudinē vi
tæ in austeritate, & doctrinæ veritate,
& ī officio: qa erat præcursor primi ad
Mat. 25.b. manebit in secreto bītudinis, vnde dicitur: Intra in gaudiū dñi tui, ideo nō eꝺciā foras mihi hęrentē humilē: qa veni facere voluntatem non meā, sed patris, Superb⁹ suā volūtatē facit, nō dei: humilis dei, nō suā. Qd̄ est, qa hūilis sum docens humilitatē: iō qui mihi hęret humilis sit, & faciet nō suā voluntatē, sed dei, & ideo nō est ei⁹ foras eꝺci, sicut supbi.
g ¶Hæc est em̄. Dicitur: Non est vo
ꝺautem luntas dei vt pereat vn⁹ de pusilis, de tumētibus perit, de pusillis nihil. h ¶Nō per. ex eo: sed re. &c. hæc. id est quia videt me & credit in me, qui sum vita sicut & pater, & ideo mō habet vitā quæ non est ei sola, sed & resuscitabo eum
i ¶Vt omnis q. Supra dicebat: Qui audit verbum meū & credit ei⁹q me misit, hic dicit: Qui uidet filiū & credit i eū Nō dicit: Qui credit i patrem, quia hoc est credere in filium qd̄ & in patrem. qa sicut pater habet vitam in semetipso, sic & fili⁹ habet vitā in semetipō. k ¶Murmurabant ergo Iudæi de illo. Nescientes hunc panem, nec patrem ei⁹ cælestē: qa inflati de sua iusticia in q̄ de viribus suis pręsumūt, iusticiā dei quę de cæ
lo ve-

ralē prę existētē tm̄mō ꝓlōgat, iō sequit: g ¶Qui ue. ad me, q̄ fidē formatā charitate. h ¶Nō esu. &c. & nō si. qa licet habēs deū quē habet ꝓ gratiā, desideret habere plenis⁹ ꝓ gloriā, tamē nō desiderat rē nō habitā. Cib⁹ aūt & pot⁹ corpalis est cōtrariæ conꝺitiōis: qa habitus in plenitudine in fastidiū vertit. Sed qa possit
iudæi dicere, nos perim⁹ à te panē istū & tu nō rādes, dabo vel non dabo idem ad hoc rādet dñs i ¶Sed dixi vo. sq̄ ego sum panis vitæ. k ¶Quia & vos di. me: & sic habebitis hunc panē in pręsentia vestra quem paratus sum dare.
l ¶Et nō credi. in hūc panem & nō quæsistis: sed magis panē corporalem.
m ¶Omne qd̄. Hic cōsequenter ostꝺit qui sunt illi qui fruuntur hoc pane, quia illi q habēt gratiā in præsenti, fruūtur imperfectē, in gloria aūt fruētur pfectē. & hoc est qd̄ dicit: Omne qd̄ dat. i. facit mihi pater adhærere, non solum sec m præsentē iusticiā, sed etiā sec m æternā prædestinationem. n ¶Ad me ue. per fidē formatā. o ¶Et eū q. hoc mō. p ¶Non eꝺ. fo. quia ois prædo. t nō
ꝺstinatus finaliter saluatur. Cujus causa subdit: q ¶Quia de. dece. &c. sed e. q mi. Non est per hoc intelligēdum, q voluntas Christi in aliquo ꝺscordet à voluntate patris: qa sec m naturā ꝺuinā eadē omnino est voluntas patris & filij. Similiter sec m naturā humanā voluntas eius nō poterat à volūtate ꝺuina ꝺscordare, cū aīa Christi esset coniūcta verbo, nō solū per fruitionē, sed per realē vnionē. & sic volūtas Christi nullo mō poterat à volūtate patris ꝺscrepare. Et ideo facere voluntatē patris & suā, est idē sec m rē & econuerso. Q̄re ego dicit: Descēdi de cælo nō &c. est cōis modus loquēdi apud hoīes, illi⁹ q omnino sequitur voluntatē alterius. Et est sensus: Descēdi de cælo &c. ac si dicerē: Non veni ad declinādū in aliq̄ à volūtate patris: & p cōsequēs veni ad perficiendū salutē electorū. qa Hæc est volūtas patris, ipsos prædestinātis. ideo sequitur: r ¶Hæc est em̄ uo. &c. do. Hdit mihi: non solū sec m præsentē iusticiā, sed etiā sec m æternā prædestinationē. s ¶Non perdā ex eo. quia si talis aliquādo cadit in perm̄, finaliter tamen resurgit. t ¶Sed resu. illud, vt corpe & aīa ꝑfruar in gloria. v ¶In nouiss. Hoīes em̄ resurgent ad vitā incorruptibilē. & ideo post illā resurrectionem nō erit in natura humana generatio & corruptio, nec p cōsequēs in aliis creaturis corruptibilibus quæ sunt. ꝓpter hoīem & p cōsequēs tūc cessabit motus cæli, q ordinat⁹ ad cōplendū numerū electorū per generationē: & sic cessabit tēpus qd̄ sequitur motū cæli, vt habetur. iiij. physicorū, ꝓpter hoc dicitur Apoca. x. b. Iurauit per viuentē in secula seculorū: qa tps amplꝰ nō erit. Et patet ex dictis, cp nouissimus dies erit dies resurrectionis generalis. Et qa illa resurrectio ordinatur ad hoc cp electi sint pfectē beati. ideo sequitur: x ¶Hæc est autē uo. &c. ut ois. Sed nō accipitur hic visio per essentiā, cū non ster cū actu credēdi: sed accipitur pro cognitiōe fidei formatæ. ideo subꝺitur: y ¶Et credꝺit in eum. tendendo in ipsum p dilectionē. z ¶Habeat vitā æternā. si pseueret: qd̄ est infallibiliter verū in prędestinatis, de quibus loquitur, vt patet ex prędictis, ideo sequitur. a ¶Et ego resu. eū. exponatur vt prius. b ¶Murmurabant. Posita Christi doctrina de spirituali cibo, hic ponitur in contrariū Iudæorū murmuratio. Et diuiꝺitur in duas, quia primò ponitur hæc murmuratio. secūdò, eius sedatio subꝺitur, ibi: Respondit ergo ihesus. Circa primū sciēdū: q⁹ Iudæi credebāt Christū esse hominē purū & de semine Ioseph ex Maria cōceptum, ignorantes ipsum formatum virtute spiritussancti. et ideo murmurabant de hoc quod dixerat: Ego sum panis uiuus qui de cælo descendi.

Ihesus

## Nico. de Ly.

a ¶Sed pater meus. Diuiꝺit em̄ verū contra figurale, & ideo manna nō fuit proprię panis verus: quia fuit figura panis spiritualis dati in sacramento, & ideo ihesus est verus panis qui fuit figuratus per illum. Dicitur etiam de cælo verè & ꝓpriè dicto: quia Christus ratione deitatis de cælo oritur id est de deo patre. Similiter ratione humanitatis, quia anima imediate à deo creatur. virtus etiam formatiua corporis fuit virtus spiritussancti, vt supra dictum est. ideo sequitur: b ¶Panis em̄ ue. est q de cæ. ꝺes. modo dicto, c ¶Et dat uitam mū. Effect⁹ em̄ veri panis est vitā cōseruare. ideo ille est ver⁹ panis spūalis, q dat & cōseruat vitā spūalē, hoc aūt cōpetit ꝙ ho incarnato; ꝓpter qd̄ ꝺcit. j. Ego veni vt vitā habeāt &c. ¶Dixerunt ergo. Hîc ostēꝺit qd sit iste panis spūalis. Iudæi em̄ audiētes bonitatem huius cibi, dixerūt: e ¶Domine semper da nobis. volebant de cętero esse refecti sine esurie & labore, sicut de muliere Samaritana dictum fuit. iiij. b. quę petit à Christo: Dñe da mihi hanc aquam, vt nō sitiā &c. verūtamē sicut illa nō intelligebat conditionē aquæ spūalis, sic nec isti de pane spirituali. & ideo Iesus ostēꝺit eis qd sit iste panis, ꝺcens: f ¶Ego sum panis. qui nō solum vitā cōseruat, sed etiā ꝺat ipam de nouo. panis autē corpalis vitam corporalem prędicten-
j.19.b.

a Et si de aere, non tamen illum de quo viuunt angeli.
dit uobis panem de cælo: sed pater a
a ſ. i. verbum, quod vertitur in lac, dum defecit in carnem.
meus dat uobis panem de cælo ue-
¶Cor iustificans.
a rum. Panis enim † uerus est qui de b
¶Dum homo fit. ¶Quod non manna.
cælo descendit, & dat uitam mūdo. c
b Dixerunt ergo ad eum: Domine, d e
semper da nobis panem hūc. Dixit
autem eis Iesus: Ego sum panis ui- f
a ¶Hoc est, qui credit in me & comedit me. ¶Idem est non sitire, vtroq; enim significatur æterna satietas.
tæ, qui uenit ad me, non esuriet: & g h
qui credit in me, non sitiet † in æter-
a ¶Ego sum panis reficiens quem vos præsentem habetis, & non manducatis credendo.
c num. Sed dixi uobis: quia & uidistis i k
a ¶Sed si vos non creditis, non ideo inutiliter veni, non ideo alios perdo, sed venientes recipio.
d me, & non creditis. Omne quod dat l m
a ¶Per fidem mihi vnitur.
c f mihi pater, ad me ueniet, & eum qui n o
a ¶Passibus fidei & bonæ operationis.
b ¶Factus sum homo, vt humilem deum sequatur ille quem pulcet sequi humilem hominem.
uenit ad me non eiiciam foras: quia p q
¶Hominis, ¶Dei patris.
descendi de cælo, non ut faciam uo-
luntatem meam, sed uoluntatē eius
g qui misit me. Hæc est † enim uolun- r
a ¶Datus est ei tantū humilis in quo sit prima resurrectio.
tas eius qui misit me patris, ut omne
h quod dedit mihi, non perdam ex eo: s
¶Ecce secunda resurrectio.
sed resuscitem illud in nouissimo t v
a ¶Per me mediatorem vult pater dare credentibus vitam q̄ vitam.
die. Hæc est autem uoluntas pa- x
i tris mei qui misit me, ut omnis qui
uidet filium & credit in eum, ha- y z
a ¶Credendo in eum & transeundo in vitam.
beat uitam æternam: & ego resusci- a
k tabo eum in nouissimo die. Mur- b
murabant ergo Iudæi de illo, quia
dixisset: Ego sum panis uiuus, qui
de cælo descendi. Et dicebāt: † Nón-
a ¶Ignominiose indignantes, & eius opprobria quærentes in humilitate generis eius offendunt. b ¶Christi.
nē hic est * filius Ioseph, cuius nos

A Io venit,non esuriūt. a ¶Nolite murmurare. Quasi non sim ☞ panis qui de cælo descendi,qa vere sum:sed nemo pōt ve. ad me nisi à patre tract⁹,& iō vos non creditis me esse panē, qa nō estis tracti à patre. b ¶Nemo pōt uenī. ad me. Alibi dicit: Nemo cognoscit patrē nisi p filium:quod cōtrariū videt huic dicto: Ne po. ue. ad me. Sed non est,qa pē re uelat trahit &c. p filiū. c ¶Nisi pater. Illum pater trahit ad filiū,qui ideo credit in filium,quia cogitat patrē eius esse deū.i.qui credit æqlē patri genitū. Tractio hæc nō est violētiæ,nec necessitatis nec est inuiti:sed voluntatis & desiderij. vnde dicit: Trahit vn ūquēq; sua voluptas. Si ergo in his ingb⁹ nō est vera discretio, trahit homo amore & desiderio, quātō magis trahit aliqs vehemēti dilectiōe,cui pater reuelat panē qui est vita & beatitudo & oē bonum? In q̄ cōmendatur magna gratia. d ¶Et ego resuscitabo. Ego æqlis patri facit cū videre qd̄ credit, manducare qd̄ esurit, habere qd̄ amauit & desiderauit:qd̄ nō potest esse in presenti,vbi tm̄ trahit. e ¶Est scriptum. Verē nemo venit ad me nisi pater docuerit,quia ita testant prophetiæ. Oēs homines regni illius.i. Christianę fidei erunt docti dei:qa & si homines foris loquūt,tamē deus solus intⁱ⁹ sensum aperit,intus instruit veritatis cognitione & amore. ita qcunq; audit & discit à patre,venit ad me. Et ne quis excuset se di. Nūq; vidi patrē,quomodo disco ab eo? Subdit rō quia pater visibilis sit alicui,& tamē nemo credit nisi,ipse docuerit,quomodo ergo docet? Dū audis verbū ei⁹.i. mei,dū ego homo ỳbū ei⁹ cōæternū. factus homo vobis loquor. & hoc est;Is qui est à deo.i. filius vidit patrem.i. novit & vos docet, & ideo me audite. f ¶In prophetis. Prophetis, dicit pluraliter: quia omnes prophetæ vno & eodem spiritu repleti,licet diuersa prophetarant,tamen ad idem tendebant:qua propter cū quis eorum oēs alios cōcordabāt, sicut in Ioel, qui dicit: Et erunt omnes docibiles dei. g ¶Non quia patrem &c.i. ego noui patrem, quia ab illo sum: & ideo credite quia qui credit in me, habet vitam æternam. Potuit dicere: habet me. sed reuelat qd̄ ipse sit vita æterna,quia ỳbū est vita hominū qd̄ & carni suæ quam susceperat,cui interuenit mors vt mortem tolleret, dat vitam in resurrectione: sic & alijs credentibus in se. h ¶Ego sum panis uitæ. Patres ue. Manna deq̄ superbitis,patribus murmuratoribus quorū estis filij murmurādo,non fuit panis vitæ:qa non intellexerunt in eo spiritualem cibum,sic & vos qui me auditis,non spiritualiter intelligitis. Vixit aūt Moyses & alij electi de māna,qa spūaliter māducauerūt: Sic & q mō ỳba mea spūaliter accipiūt. Ego sum pa. ui. Ecce sacra mēcum verbis tegit,vt Iudæi & etiā alij discipli nō credētes verbis illi⁹ magis scādalizētur,& humiles apli humiliter credētes p̄ bent. vñ Petrus: Verba vitæ æternę habes. i ¶Et panisquē. Quō sit panis determinat nō solū scd̄m ỳbū q̄ viuūt oia,sed etiā scd̄m carnē assūptā,p mūdi vita. Hīana em̄ caro quę erat pctō obnoxia,& iō mortua,carni ei⁹ mūdę vnita,i corpata,vnū cū illo est facta,viuit de spiritu eius,sicut viuit corp⁹ de suo spiritu. q verō nō est de corpe Christi,nō viuit de spū Christi. Qui autem Iudæi nō erāt huj⁹ vnitatis,litigabāt nec talib⁹ exponit quō dominus carnē suā det ad māducādū,sed audiūt, vnde magis moueantur

*Nicolaus de Lyra*

☞ Nisi man

& patet litera. a ¶Respō. Hic ponit murmuris sedatio. Et diuidit in tres: qa prīō admonitio ponit. scd̄ō causa murmuris subdit,ibi: Nemo potest,tertiō rō dicti ꝓpter qd̄ murmurabant reddit,ibi: Amē amē dico vobis. In prīa ergo parte admonet eos dicens: b ¶Nolite mur. Quia patres eorum in deserto fuerūt grauiter puniti propter murmurationem: & ideo hæc admonitio Christi est salubris,ne cadant in consimilem pœnam. c ¶Nemo potest uenire ad me &c. Hic ostenditur causa prædictæ murmurationis,nō em̄ causabat ex verborū Christi falsitate,cū essent verissima essent verissima,sed ex iudæorū incredulitate. & hęc est qd̄ dicit: C Nemo pōt ue. &c. Per fidē formatam. d ¶Nisi pater. Nihil em̄ pōt ascēdere ad id qd̄ est supra naturā suā,nisi ab alio trahat. Sicut lapis nō pōt sursum ascēdere,nisi p motū alterij. fides enim formata charitate trahit q̄dāmō hoiem ad naturā diuinā, scd̄m illud. ñ. I Pet. j. a. Magna & preciosa promissa donauit vobis, vt p hoc efficiami ni consortes diuinę naturæ: & ideo tale donū nō pōt hō cōseq nisi a deo trahat. Iudęi aūt nō sic erāt tracti. ideo murmurabāt de ỳbis Christi. Illi aūt q à pē trahuntur ad filiū p fidē formatā cōsequūtur æternā vitā. iō sequit: e ¶Et ego. Quia aīa nō est ad plenū btā donec fuerit corpori reunita. & qa prædictus tractus est p diuinā inspiratiōnē. ideo hoc ostēdit p scripturā. d. Est scri. in pphe. f ¶Et erūt oēs &c. i. docti à deo. Sētentia em̄ hui⁹ dr̄ Esa. liij. d. Ponā oēs filios tuos doctos à dño. & Hiere. iij. e. Dabo vobis pastores iuxa cor meum, & pascēt vos scia & doctrina. Et est eadē sn̄a cū illa quę hic à saluatore exprimit. Christus em̄ & apli nō semp allegauerūt scripturā de verbo ad verbū, sed sufficit eis accipe sn̄iam. Cui⁹ aūt efficaciæ sit diuina inspiratio, ostēdit, dicēs: g ¶Ois q. Prædictas inspirationes percipiendo. h ¶Et didicit. eas sequēdo. i ¶Vēit ad me. per fidē formatā in presenti, & p gloriā in futuro. Et qa deus pater docet hoiem nō apparēdo visibiliter, sicut homo, vel sicut angel⁹ in corpe ab eo moto: vel sicut dei fili⁹ in corpe sibi vnito. ideo sequit: k ¶Nō qa patrē &c. s. filius q naturaliter procedit à patre. Notādū, q̄ p hāc dictionē quisq̄, pōt intelligi natura humana. & sic verū est, q̄ nulli⁹ hō ante Christū vidit prem, nisi fortē i quo dā raptu, sicut moyses. sed talis visio nō erat fidei visioni Christi, q ab instāti suæ cōceptiōis vidit diuinā essentiā p modū habit⁹ ꝑmanētis, & vtēs sensib⁹ corpis. Si aūt p ly quisq̄, excludat oīs creatura, sic intelligit, q̄ sequit de filio scd̄m diuinā naturā, & de visiōe cōprehensionis, quæ cōpetit soli deo. p hoc autē q̄ dictio exclusiua ibi adūgitur filio, nō excluditur pater vel spūssanctus, quorū est vna simplex visio. Dictio em̄ exclusiua addita vni personæ respectu termini essentialis, nō excludit aliā personā, vt diffusius declaratur. j. Sententiarū. l ¶Amen amen. Repressa iudæorū murmuratione, saluator reddit causam eius qd̄ dixerat: Ego sum pa. &c. quasi satisfaciēs eorū quæstioni. Et quod illud dictū sit verū arguit: Ille est verus panis vitæ & de cælo descēdens, qui potest præseruare à morte. & dare vitā æternā & cælestē, talis panis est verbum incarnatū, nō aūt panis datus à moyse in deserto, quia oēs qui manducauerūt ex illo mortui sunt. ergo &c. & hoc est qd̄ dicit: Amē amen di. uo. &c. per fidē formatam. m ¶Habet ui. eter. quę virtualiter in gratia cōtinetur. Alia litera patet ex dictis. n ¶Et panis quē &c. Postq̄ egit de pane spirituali qui est verbum, hic cōsequēter agit de pane spūali qui est sacramentū. Et diuiditur in duas partes. quia circa hoc primo ponit doctrina Christi. scd̄ō, exponitur, quia videbatur obscura, ibi: Multi aūt audientes. Prima in duas: qa primò ostēdit ꝓpositū. scd̄ō, ꝓbatur qd̄ dā suppositū, ibi: Qui māducat. Prima in tres: qa primò saluator docet hui⁹ sacramēti qualitarem. scd̄ō ipsius necessitatē, ibi: Litigabant. tertiò eius veritatē, ibi: Caro mea &c. Circa primum sciendū, q̄ in sacramēto eucharistiæ cōtinetur ipm̄ verbū incarnatū: & ideo ostēdēs qualitatē hui⁹ sacramēti quatuor tāgit. Primū est illud q̄ est ibi sacrm̄ tm̄. s. spēs panis, cū dicit: Et panis. Scd̄m est auctor huius sacri, q est ipse Christi⁹ sacerdos summ⁹. Sacerdos aūt qui est minister hui⁹ sacri tm̄mō, ꝓfert verba nō in ꝓpria ꝑsona, sed in ꝑsona Christi. in alijs aūt sacris vtitur minister verbis suis, vel verbis ecclesiæ: quibus exprimit act⁹ quē facit, vt in baptismo patet, cū dicit: Ego baptizo te. sed in sacramēto eucharistiæ solum refert verba Christi, cū dicit: Qui pridie q̄ pateretur &c. & sequuntur postea verba Christi cōsecrationem efficientia. & hoc notat cum dicitur: Quem ego dabo. Tertium est res significata & conten-

Quatuor i sacramto eucharistię



¶Sed non ęqlestem.

nouimus patrem & matrem? Quomodo ergo dicit hic: quia de cęlo de

a ¶Quem nil latet, qui abscondita cordium intuetur.

scendi? Respondit ergo Iēsus, & dixit eis: Nolite murmurare †in inui

a ¶Credere in me, nisi gratis eum præuenerit, nisi pater eum reuelauerit, quę reuelatio est attractio.

cem. Nemo potest uēnire ad me nisi si pater qui misit me, traxerit eum:

¶Panis

& ego resuscitabo eum in nouissimo die. † Est scriptū in prophetis:

a ¶Qui facile doceantur a deo. ¶Quod non Iudæi.

Et erunt omnes †docibiles dei. Omnis qui audiuit à patre & didicit, uenit ad me. Non qa patrē uidit quisq̄, nisi is qui est à deo, hic uidit patrē. †Amen amen dico uobis, qui credit in me, habet uitā ęternam. Ego sum panis uitæ. Patres uestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de cælo descendens, ut † si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Ego sum panis uiuus, qui de cælo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. † Et panis quem

¶Quod est trahi a patre.

¶Qui pasco donec pascos iungam vitæ.

a ¶Non morte carnali communi cum Moyse & aliis sed morte spirituali. ¶.i. in hoc loco panis. vel demonstratiue dicit. ¶Quem manna significauit.

a ¶Intus in corde intelligēdo & amādo. b ¶Spiritu.

¶Et ideo viuus, quia de cæ. descen.

¶Non tantū in presenti per iusticiam.

quę cōpetit soli deo. p hoc autē q̄ dictio exclusiua ibi adūgitur filio, nō excluditur pater vel spūssanctus, quorū est vna simplex visio. Dictio em̄ exclusiua addita vni personæ respectu termini essentialis, nō excludit aliā personā, vt diffusius declaratur. j. Sententiarū. l ¶Amen amen. Repressa iudæorū murmuratione, saluator reddit causam eius qd̄ dixerat: Ego sum pa. &c. quasi satisfaciēs eorū quæstioni. Et quod illud dictū sit verū arguit: Ille est verus panis vitæ & de cælo descēdens, qui potest præseruare à morte. & dare vitā æternā & cælestē, talis panis est verbum incarnatū, nō aūt panis datus à moyse in deserto, quia oēs qui manducauerūt ex illo mortui sunt. ergo &c. & hoc est qd̄ dicit: Amē amen di. uo. &c. per fidē formatam. m ¶Habet ui. eter. quę virtualiter in gratia cōtinetur. Alia litera patet ex dictis. n ¶Et panis quē &c. Postq̄ egit de pane spirituali qui est verbum, hic cōsequēter agit de pane spūali qui est sacramentū. Et diuiditur in duas partes. quia circa hoc primo ponit doctrina Christi. scd̄ō, exponitur, quia videbatur obscura, ibi: Multi aūt audientes. Prima in duas: qa primò ostēdit ꝓpositū. scd̄ō, ꝓbatur qd̄ dā suppositū, ibi: Qui māducat. Prima in tres: qa primò saluator docet hui⁹ sacramēti qualitarem. scd̄ō ipsius necessitatē, ibi: Litigabant. tertiò eius veritatē, ibi: Caro mea &c. Circa primum sciendū, q̄ in sacramēto eucharistiæ cōtinetur ipm̄ verbū incarnatū: & ideo ostēdēs qualitatē hui⁹ sacramēti quatuor tāgit. Primū est illud q̄ est ibi sacrm̄ tm̄. s. spēs panis, cū dicit: Et panis. Scd̄m est auctor huius sacri, q est ipse Christi⁹ sacerdos summ⁹. Sacerdos aūt qui est minister hui⁹ sacri tm̄mō, ꝓfert verba nō in ꝓpria ꝑsona, sed in ꝑsona Christi. in alijs aūt sacris vtitur minister verbis suis, vel verbis ecclesiæ: quibus exprimit act⁹ quē facit, vt in baptismo patet, cū dicit: Ego baptizo te. sed in sacramēto eucharistiæ solum refert verba Christi, cū dicit: Qui pridie q̄ pateretur &c. & sequuntur postea verba Christi cōsecrationem efficientia. & hoc notat cum dicitur: Quem ego dabo. Tertium est res significata & conten-

Diuisio

Quatuor i sacramto eucharistię

# Gloſ. ordi. Iohannis Cap. VI. De Lyra

E a ¶Niſi manducaueritis. Augu. Hunc cibū & potū ſocietatē vult intelligere corporis & membrorum ſuorum, quod eſt eccleſia in prædeſtinatis, quod iam factū eſt & in vocatis & iuſtificatis, qđ factū eſt & fit & fiet in glorificatis: qđ nunc eſt in ſpe, fiet in re. Huius rei ſacramētū. i. vnitatis corporis Chriſti, alibi q̄tidie, alibi certis dieb⁹ fit: & ſumit alīq̄ ī vitā, alijs in mortē. Res ꝟò huiꝰ ſacramēti oībus eſt in vitā ſumētib⁹, nulli ad mortē. i. vnitas ſctōrū. Vñ corpꝰ & ſanguis in his reb⁹ cōmēdat, quę ex multis ī vnū rediguntur, vt ex multis granis vnus panis fit, & ex multis acinis vinum confluit.

† Decertabant

b ¶Qui mandu. car. Exponūt qdam ſctī de comeſtione altaris. & bene dicūt: ſed quęrūt quō fiat in vitam æternā, cū quidā ad mortē, vt dicit Apls. Si qs co-

1. Cor. xi. ſ. medit in altari cū hac comeſtiōe de qua agit hic. ſ. cū fide operante & dilectione, hic comedit in vitā æternā. Si quis verò aliter, in mortem.

† De cō. di. 2. c. inuitat dominus

c ¶Caro ēm. Verè viuet anima & corpus ex hoc cibo q̄ caro mea uerè eſt cibus: q̄ ſolus ſacit immortales, vt neq; eſurient neq; ſitient, alius cibus hoc nō preſtat, etiam ſi in eo hoc apperatur.

d ¶Qui mandu. Iā exponit quō fiat qđ dixit, & quid ſit māducare carnē, & bibere ſanguinē. hoc eſt manere in Chriſto, & Chriſtum habere in ſe manētem. Qui verò nō manet ī Chriſto, & ī quo nō manet Chriſtꝰ: nō māducat ſpiritualiter, & ſic ſacramentum ſibi ſumit in iudicium corporaliter.

F e ¶Sicut mi. me. Me æqualē ſibi mi, ſit. i. hominem fecit, & inde eſt vt ad eū referam vitam meā quaſi ad maiorem.

f ¶Et ipſe ui. Vt viuā ex patre, mea exinanitio facit: vt homo viuat ex me, ꝑticipatio facit q̄ me māducat.

g ¶Hic eſt pa. Et ita cōſtat. q̄ hic eſt verè panis de cęlo, nō māna. qa illud māducantes patres vobis ſimiles mortui ſūt ī ęternū hunc panē homo qui vitā nō habebat manducās, viuet in ęternū. Supra dixerat: Ego ſum panis q̄ de cęlo deſcēdit: hic dicit: Hic. i. filiꝰ hoīs ad eſum cuius carnis inuito, eſt ille panis qui de cælo deſcen. ergo idem eſt filiꝰ hoīs & filius dei:

☞ Multi ergo

## *Nico. de Lyra.*

c ✠ ta. ſ. verū corpus Chriſti, cū dicitur: Caro mea eſt. & accipit hic caro, ꝓ̄t diſtinguitur contra animam & ſanguinē. quia licet ſub ſpecie panis ſit anima & ſanguis, hoc tamē non eſt ex virtute ſacramenti, ſed ex cōcomitātia reali, ſicut & ipſa diuinitas. Quartum eſt res non cōtēta ſed tā tū ſignificata. ſ. corpꝰ Chriſti myſticū, qđ cōiūgit capiti ꝑ charitatē. Hoc aūt ſacramētū dicit ſacramētū amoris, iō dicit: a ¶Pro mun. Sicut ēm vita naturalis eſt in mēbris, eo qđ vniunt capiti q̄ recipiūt ī fluētiā ſēſus & motꝰ: Sic ī fidelib⁹ q̄ ſunt mēbra Chriſti vita ſpūalis cōſeruatur, eo qđ vniūt capiti Chriſto ꝑ ſacramētū amoris. Cōſiderādū etiā, q̄ būdicit, mūdi: qa alia ſacra ſolū ꝓficiūt ipi recipiēti, ſolus ēm baptizat⁹ recipit gratiā baptiſmalē & nō alīq̄. Sacramētū aūt euchariſtiæ nō ſolū ꝓficit ſacerdoti ſumenti, ſed etiā toti eccliæ, & illis q̄ ſunt ī purgatorio. Cuius ratio eſt, quia euchariſtia nō tm̄ eſt ſacramētū, ſed ę̄ ecclię ſacrificiū inc̄tū cōtinet Chriſtū paſſum, & iō ꝓficit oīb⁹ chriſti fidelibus. Si aūt ſumat alio mō ſicut a laico, tūc ꝓficit ſolū ſumēti. quia officiū eius nō eſt offerre ſacrificiū, ſed tm̄ ſumere ſacr̄m. b ¶Litiga. Hic cō ſequēter oñdit huiꝰ ſacramēti neceſſitas. Iudęi ēm rudes prædicta ꝟba Chriſti audītes, reputabant ea inutilia & ipoſſibilia. iō oñdit neceſſitatē huiꝰ ſacramēti dicēs. c ¶Niſi mād. Sicut ēm ī vita corpali cibꝰ eſt neceſſarius ad vitā cōſeruādā, ita in vita ſpirituali hoc ſacramētū eſt neceſſarium: quia eſt vitę ſpiritualis cōſeruatiuū: quia ſicut baptiſmꝰ eſt quędā ſpūalis generatio, ita euCōtra Bohemos chariſtia eſt quędā ſpūalis nutritio. d ¶Et biberitis eius ſan. Non eſt intelligēdum, qđ hoc ſacramētum ſub vtraq; ſpecie ſit ſidelibus exhibēdum, ſed tm̄ hoc mō a ſacerdote ſumendum licet in primitiua eccliā ppls ſub vtraq; ſpecie cōicaret: tū poſtea ꝓpter periculū effuſionis: & quia ſub ſpecie panis accipit quodāmō ſanguis inclusus ibi cōtinetur, vt prædictū eſt: qa ſub vtraq; ſpecie eſt tot⁹ Chriſtꝰ aliter tamen & aliter. Quia ſub ſpecie panis eſt vera caro Chriſti ex virtute ſacramēti, cætera verò ſunt ibi ex cōcomitātia. Et eodē mō ſub ſpē vini eſt ſanguis Chriſti ex vi ſacramēti: cætera ex cōcomitātia. Notādū quę hoc qđ dicit hic: Niſi mādu. & c. dicunt Greci, q̄ hoc ſacramētū eſt tātę neceſſitatis. q̄ pueris debet dari ſicut baptiſmꝰ, quod eſt falſum: qa in ſumēte hoc ſacramētū Chriſtꝰ regitur actualis deuotio & reuerētia, q̄ non ſunt in pueris: & iō verbū qđ importat præceptū, tm̄mō intelligit de adultis qbus neceſſariū eſt ad ſalutē hoc ſacramentū euchariſtiæ accipe, ſaltē in voto, ſi nō poſſit haberi in re. e ¶Qui mā. Hic cōſequēter oſtēditur huiꝰ ſacri vtilitas, quæ eſt augmentatio in vita ſpūali. Sicut cibꝰ corpalis nō ſolūmō nutrit & cōſeruat vitā, ſed deducit ad ꝑfectā quantitatē: ſic hoc ſacr̄m ꝓducit hoīem ad cōſummationē gr̄æ quæ eſt gl̄ia æterna, & hoc eſt qđ dicit: Qui mād. carn. meā, nō tm̄ ſacramētaliter, ſed etiā ſpūaliter ꝓcipiēs effectū ſacramēti. f ¶Habet uita. quia habet deū ihabitātē, qui eſt vita æterna. g ¶Et ego re. vt ꝓcipiatio huius vitæ ad corpꝰ ꝓ animam deriuetur.

† Habet

h ¶Caro ēm mea. Hic oſtēdit huiꝰ ſacramēti veritas. Chriſtꝰ ēm frequēter parabolicē diſcipulis ſuis loq̄bat: & ideo ne crederēt, q̄ caro ei⁹ cōtineret in ſacro euchariſtiæ tm̄modo ſicut in ſigno, ideo hoc remouet di. Caro mea verē. quia hic ſumitur realiter, & nō figuratiue. & H eodē mō eſt de ſanguine ſub ſpecie vini ideo ſubdit: Et ſanguis meus. Dicit etiā Caro Chriſti verē cibꝰ, & ſanguis eius verē potꝰ, quia reficiūt tā iam q̄ eſt immortalis. Cibus aūt corporalis tm̄ reficit corpꝰ qđ eſt corruptibile. i ¶Qui mādu. Hic probat qđ dā ſuppoſitū. dixerat ēm q̄ manducatio carnis eius dat vitā. illud ꝓbat hic: qa illud ꝓ qđ aliqs vnit principio viuificatiuo, illud dat vitā: hoc patet in vita corporali. q̄ hoc aūt facit homo vnit Chriſto qui eſt principiū vitæ ſpūalis, ergo &c. & hoc eſt qđ dicitur: Qui mā. car. meā, & bi. &c. i. vnitur mihi. k ¶Et ego in il. quia per charitatem amans eſt in amato & econuerſo,

1 ¶Sī. mi. me ui. pa. qa eſt vita ꝑ eſſentiā. m ¶Et ego uiuo &c. Filiꝰ ēm inc̄tū deꝰ & inc̄tū hō viuit ꝓpter patrē, ſed aliter: quia ſcđm q̄ deꝰ viuit ꝓpter patrē inquātū ꝓcedit ab eo, accipit tamē eandē vitā quā habet pater. Scđm verò q̄ homo, viuit ꝓpter patrē inquātū vnit ſuppoſito ꝓcedēti a patre, quā vnionem cōcomitatur plenitudo gratiæ: quæ eſt ſpūalis vita. & eodē modo nos, inquātū per ſacramētū euchariſtiæ vnimur deo viuimus ſpūaliter, tm̄ eius vnio eſt realis in vnitate ſuppoſiti, noſtra aūt vnio apud ipſum eſt per fidē & dilectionē. & hoc eſt qđ dicitur.

n ¶Et qui mandu. &c. quia per hoc coniūgitur principio ſpiritualis vitæ. vt viſum eſt. Ideo cōſequenter cōcludit eſſe verum illud de quo murmurabāt iudęi tanq̄ de falſo. o ¶Hic eſt panis qui de cælo deſcen. quia caro Chriſti in hoc pane contenta virtute ſpiritus ſanc̄ti fuit formata. p ¶Non ſicut manducauerunt patres ueſtri manna, & mortui ſunt. & ideo non fuit verè cibus cæleſtis, ſed tantum figura eius: quia vitam ſpiritualem non conferebat, ſed eam dari in ſacramento præfigurabat. quia erga deuotos habebat omne delectamētum, vt habetur Sap. xvi. c. Panem paratum præſtitiſti eis habentem omne delectamētum. Malis autem hominibus erat inſipidus. vnde dicebant Numeri xxj. b. Nauſeat anima noſtra ſup cibo iſto leuiſſimo. Sic euchariſtia dignē ſumentibus & vitæ ſpiritualis ſolatium, & indigne ſumentibus iudicium. ideo ſequitur: q ¶Qui manducat hūc panē. &c. dignē, ui. in æter. ſequit: r ¶Hæc dixit in ſyna. quę

✠ eſt locus

ego dabo caro mea eſt,* pro mundi a uita. † Litigabant ergo Iudei ad inuicem dicentes: Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? Dixit ergo eis Ieſus: Amē amen dicō uobis, niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non † habebitis uitam in uobis. † Qui manducat meā carnem, & bibit meum ſanguinem, habet uitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſsimo die. Cāro enim mea uerè eſt cibus, & ſanguis meus uerè eſt potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meū ſanguinem, in me mānet, & ego in illo. Sicut miſit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrem: & qui manducat me, & ipſe uiuet propter me. Hic eſt panis qui de cælo deſcendit, non ſicut manducauerunt patres ueſtri manna & mortui ſunt. Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum. Hæc dixit in ſynagoga,

a ¶Quia vſq; modo non fecit mentionem de ſumptione ſacramenti altaris.

a ¶Et ſi ignoretis quis modus ſit dandi vel manducandi tamen niſi.

a ¶Sine hac vita poteſt haberi ꝛ̄poralis, ſed non æterna.

a ¶Ne autem de hac vita intelligerent, & inde liriga rent, ſubdit: Qui mandu. car.

a ¶. i. ſocietas ſanctorum, vbi pax & vnitas erit perfecta.

a ¶Secundum ſpiritum, nec caro eius fraudabitur ea ſuo tempore. b ¶Hoc dicit, ne quis putet manducantem non mori corpore.

a ¶Hoc eſt ſignum manducationis illi edunt accedendo ad meam carnem, qui non relinquunt vnitatem.

a ¶¶Sic viuet: quia ſicut ego homo viuo propter patrem viuum cui vnior, ſic qui me māducat & mihi vnitur, viuit ex me.

a ¶Non ſic morientur in anima qui me cæleſtem panem digne manducant: ſicut patres veſtri in deſerto manna, & mortui ſunt.

a ¶Sed potius.

a ¶In me qui ſum vita.

A s ¶Multi er. Multi carnaliter sapientes, quasi ptículatim carnē ☞ qua indut⁹ erat se eis distributurū, pmitteret, cōtra naturā esse pu
tat: vt abū hominū, hūanā carnē daret. b ¶Dur. est. Sic opor
tebat dici vt ab hominib⁹ nō intelligeret, sed secretū dei verbis te
geret. secretū dei intētos debet facere, nō aduersos. c ¶Si ergo.
Sup̄dict⁹ orō. Q. Tūc intelligetis qd' nō
codē mō q̄ putatis erogo corpus, & qd'
hæc gr̄a morsib⁹ nō cōsumit: sed spūali
gr̄a me illis dādo, ip̄os in corp⁹ meū cō
uerto. hinc planē soluit qd' ip̄os moue
rat, putabant em̄ q̄ corp⁹ distribueret, il
le dicit i eccl̄iā se ascēsurum vtiq; integrū.
Quid ergo tenendum sit, apertē subdit:
d ¶Spūs est. Caro sicut intelligitis, si
cut quę i macello emit, sicut ali⁹ cib⁹ nō
pdest, ipa tū vas spūs, q̄ i ea salutē opat
1.Cor.8.a. multū, pdest, sicut sola scia inflat, ipa tū
non est mala, sed per charitatem ędificat
e ¶Verba. Quib⁹ dixi mādūcādū me
esse, manere i me & mei ip̄o. Vt aūt ali
q̄s maneat in Christo vt mēbrū, & Chri
stus in ip̄o vt in tēplo, vnitas facit. Vni
tas aūt ex charitate est, charitas autē ex
†Ma.26.d. spū: ergo spūs q̄ viuificat compaginata
Mar.14.d. mēbra nō separata. f ¶Sed sunt. Pro
Ia.7.b.se cūlā.Lxx. pheta. Nisi crediderit is, nō intelligetis. p
fidē copulamur, p̄ intellectum viuifica
mur. g ¶Et q̄s traditurus. Quia Iu
das inter scādalizatos recedit, sed manet
ad insidiādū, quē nec silet, nec aperte ostē
dit, vt omnes timeāt dum vnus perit.
h ¶Quia ne. Causā q̄re q̄dā nō credāt
subdit: Quia nō est à deo datū, fides em̄
nō est hoib⁹ à se q̄si ꝓpria, sed à deo gr̄a
q̄si. i ¶Ex hoc. Nota esse cautē loquē
B dū, sed si tā ex ỹbis tuis aliq̄s scādaliza
bit, habeto cōsolationē i eo, ex cuius dic
to mīti scādalizati sūt: q̄ hoc fecit vt ti
bi esset exēplū. k ¶Nonne ego uos
duode. &c. Duodecim numerus sacra
tus est qui pmanet, & si Iudas inde perit
Elegit, xj. ad pmanendū, elegit Iudā vt
per eū diuinę dispēsatio misericordię in
salutem mūdi impleretur, vtēs malo ad

*Nicolaus de Lyra.*

☞ bonū
ꝯ esi loc⁹ cōis, vbi Iudęi conueniunt.
a ¶Docēs. Quę erat metropolis Ga
lileę. hoc addit Euangelista post verba
Christi prędicta, ad ondēdū q̄ Christus i
pali docebat, sicut habēs doctrinā sanā
& nō suspectā. b ¶Multi. Posita do
† De cōse. ctria Christi, hic consequēter exponit. &
dnat. forte prio pōit ei⁹ expositio. sed'ò ex hoc ostē
Mar.14.d. dit aliq̄rū reprobatio & aliorū cōfirma
Duplio euentus tio, ibi: Ex hoc mīti. Pria i duas: q̄a prio
pōit expositiōis occasio. sec'ò ipsa ex
positio, ibi: Sciēs aūt Iesus. Occasio aūt
expositiōis fuit q̄a multi Iudęorū ỹba
Christi eape nō potērtes, ꝓpter suā incre
Durū dicit dulitatē. c ¶Dixerūt. In corporalib⁹
duplicitr dicit aliquid durū duplici de cā: vel q̄a
nō de facili penetrabile, vl' q̄a resistit ta
ctui. Sic in spūalib⁹ dicit aliq̄d durū: vel
† dñator q̄a ab intellectu nō penetrat, vl' q̄a displi
calūniator cet volūtati. Vtroq; mō sermo Christi
erat eis dur⁹. q̄a ei⁹ ỹba nō intelligebāt.
& displicebat eis, qd' tāta de se dicebat,
eo q̄ ip̄m hoiē purū esse putabāt. iō seq̄t: d ¶Et q̄s, q.d. blas
phemia est. e ¶Sciens. Hic ponitur doctrinæ Christi exposi
tio, circa quā ad duo: de quibus audientes erant scandalizati, sec'm
ponit ibi: Spiritus est qui viuificat. Primum igitur de quo scanda
lizati erant, erat qd' dixerat Descendi de cælo. & ostendit qd' nō
debebant scandalizari, prædicens qd' viderent eum in posterum
in cælum propria virtute reuerti. Et ideo non debebant admira
ri, si dixerat se de cælo originari, quia quælibet res ad suum locū
reuertitur. & hoc est qd' dicitur: Sciens autem Iesus &c. id est
ab⁹q̄ alio sibi nunciante. f ¶Quia mur. q̄a dixerat se de cęlo des
cendisse. g ¶Dixit eis. Reprimēs eorū murmurationē iniustā C
h ¶Hoc uos. sine rōne. i ¶Si er. accipit si, ꝓ qa. q.d. qa hoc vi
debitis, nō debetis scādalizari de hoc qd' dixi, illi em̄ qui Christo
credētes cū eo permānserūt, in ascēsione ei⁹ hoc viderūt, vt patet
Act. 1. a. k ¶Spiritus. Hic exponit sec'm de q̄ murmurabāt. s.
quia dixerat carnē suam esse cibū necessa
riū ad salutē: & ipsi intelligebāt hoc ac
si daret in propria specie, sicut laniatur
vel vēditur in macello, qd' est horribile
ideo tollit hūc intellectū, dicēs: Spirit⁹.
q.d. verba quæ dixi spiritualem sēsum
habent, & sic viuificāt. l ¶Caro non.
Quia caro Christi, mānducata eo mō quo
itelligebāt, nō eēt vtilis, sed magis horri
bilis: ō sequit: m ¶Verba quæ. De car
ne mea manducanda. n ¶Spūs & ui.
Quia spiritualem habēt intellectū, nec
mirū, quia sunt à spūsancto. Ista tamen †Mar.26.f.
spiritualitas nō est sic accipienda, quia ea Mar.14.g.
ro Christi sit in sacramento eucharistiæ Lucæ.22.g
tm̄ mō sicut in signo, vt dixerunt aliqui
hæretici, quia est ibi realiter, vt dictū est
sed quia manducat caro Christi in hoc
sacramēto quodā spūali modo, in q̄tū
species visibiles attertūr & comedūtur
& spiritus ex virtute dei carni vnita refi
citur. o ¶Sed sunt &c. q.q.d. ꝓpter
hoc intelligere non pūt. p ¶Sciebat.
Quia tanq̄ deus sciebat occulta cordiū.
q ¶Et quis traditu. Quia sciebat e
uentum futurorū cōtingentiū. r ¶Et
dicebat. Ad maiorem affirmationem
prædictorum. s ¶Propte. di. uo. qa.
Eandem enim sētentiā dixerat sup. licet
verba sint aliquantulum alia, idem em̄
est trahi à patre qd' sup. dixit: & dari fi
dem à patre, qd' hic ponit. Ipse autem D
sciebat istos quibus loquebatur, nō esse
prędestinatos ab æterno, nec tractos à
patre. t ¶Ex hoc multi. Hic ex ꝓæ †ad ea quę
dictis concludit aliquorū obstinatio in retrō
malo per apostasiam, cū dicit: Ex hoc.
hoc non est intelligēdum de .xp̄i. aposto
lis vel de .lxx̄ij. discipulis, quia isti Chri
sto adhæserunt, sed multi alij sequeban
tur ipsum ad audiendum eius doctrinā,
& de istis multi retrocesserunt. Et con
sequēter ꝓ oppositū ostēditur aliorū cō
firmatio cū dicit: v ¶Dixit ergo Ie
sus ad .xij. apostolos. x ¶Nūqd &.
Non petit quasi ignorans, sed vt ostēn
dat se eis non indigere: q̄a ponit in corū
optione cū alijs recedere. y ¶Respō
dit er. nō solum ꝓ se, sed ꝓ omnib⁹: q̄a
inter eos erat principalior: & in eius re
sponsione exprimitur maxima dilectio
ad Christum, cum dicitur: z ¶Domi
ne ad quem ibimus. q.d. similem tui
inuenire non possumus: tu solus sufficis
nobis, propter quem omnia reliquim⁹.
a ¶Verba uitæ æter. id est verba vi
tę ęternę, ꝓ milliua & inductiua ad eam.
Exprimit etiā in eius responsione vera
cōfessio fidei, cū dicit: b ¶Et nos. quia
credere prędcedit itelligere. c ¶Quia
tu. q̄tū ad hūanitatē, i q̄ vnct⁹ es vt rex
& sacerdos. d ¶Filij⁹. naturalis q̄tum
ad deitatē: & p cōsequēs equalis lei in natura & potentia. Verūta
mē q̄a Petr⁹ nimis largē rūderat dicēs, ꝓ oīb⁹: nos credim⁹: q̄a ni
hil mali de alijs cogitabat, iō Christ⁹ cognitor occultorū ei⁹ rīsi
onē corrigit dicēs: e ¶Nōne. Nō logt hic de electiōe a vitā ęter
nā, sed ad apl'atū. f ¶Et ex uo. i. ꝑuulus ad diaboli cōsortiū. Ve
rūtn̄ nō dixit de terminatē qs esset ille, nec apl's tūc cognouerūt:
sed postea qñ p effectū viderūt, & iō illud qd' seq̄t, nō est de ỹbis
Christi, sed Euāgelistę q̄ scripsit ista post passionē Christi dicens:
Christi, sed Euāgelistę q

E bonum, vt mali vtunt bonis dei ad malū. Cap. VII.

POst hæc aūt. Domin⁹ in carne manēs frequēt in Galilæam ambulabat, vt eū imitari volentes, de vitijs ad virtutes trāsmigrare discāt, quod illa figurabat. Vel vt illius tēporis ſcti de Iudæa ad gentes verbi dei translatum expectarent. b ¶Dies se. Non qd vnus: sunt em̄ septem, sed more eorū quotq; sunt, q̄si vn⁹ dicunt propter vnā festiuitatē. Scenophegia festiuitas tabernaculorū, qua mense septimo Iudei habitabant in tabernaculis, in memoriam illorum in quibus patres eorū habitauerūt in deserto. c ¶Vt & disci. Opera quę veri discipuli sciebant, isti nesciebant, laudibus diuinis & non popularibus fauore efferenda. d ¶Nemo. Glorię eius consulunt. Q. Mira facis. ſ. in abscōdito, sed inotescere, vt ab oīb⁹ laudaris. e ¶Tēp⁹. Ideo nō ē nūc tēpus meū sed vīm qa nō sū amator mūdi vt vos, sedaccusator. & iō nō audit vos mūdus suos falsos testes, qui dicitis bona mala, & mala bo

Scenophegia

## Nicolaus de Lyra.

Quęstio de Iuda

c ✠ a ¶Erat tradit⁹. quādo Iesus protulit verba præmissa. b ¶Cum esset unus. principalib⁹ discipulis Christi. Quæritur hīc sine argumentis, vtrū Iudas à principio suę vocationis à Christo fuerit malus. Dicēdū qd in hac quæstione quæ est de his quæ trascendunt humanā inuestigationē cum sit de occultis cordis humani) & in consimilib⁹ quęstionibus, tenēdū est illud qd est magis cōsonum sacrę scripturæ & rationi. Sciendum igitur qd dicit Aug. qd Iudas à principio suæ electionis fuit mal⁹ electus tamen est à domino ad apostolatum, vt per eius malicium & proditionem perficeret Christi mysterium. Qd

F sicut iniqui malè vtunt bonis opibus dei, sic & deus bene vtitur malis opibus hoīm. & ideo q̄uis Iudas fuerit pessim⁹ tamē eius malo bene vsus est Christus. Beda aūt in hoc conuenit cum Augu. sed addit qd Iudas non fuit electus ad apostolatum, sed alij. xj. Vocatus est tamen cum eis, vt per proditionis eius officium Christus operaretur salutem humani generis. Sed vtrumq; istorum videtur cōtra rationem esse & sacram scripturam. Distributio em̄ bonorum respicit iusticiam cōmutatiuam, vt habet. v. Ethico. vt alicui tantō plus detur de honore, quantō maior est in virtute. & ideo non est verisimile, qd Iudas vocat⁹ fuerit ad honorē apl̄at⁹, nisi tūc fuerit iust⁹: vl qa Christ⁹ tunc eū iustificauerat, vt esset tali honore dign⁹. sicut iustificauit Mathęū qñ eū vocauit ad apl̄atū, vt hē Mat. ix, a. Itē. j. xvij. b. dicit Christ⁹ de discipl̄is suis loq̄ns ad patrē. Quos dedisti mihi custodiui, & nemo perijt ex eis, nisi filj⁹ pditiōis, & certū est q loqt̄ hīc de pditione, quę est p pēm mortale qa Iudas adhuc viuebat vita corpali. & sic videt q perierit p pēm mortale positq; fuit dat⁹ Christo p fidē, à deo pre. Qd aūt addit Beda, Iudā nō fuisse vocatū ad apl̄atū, videt esse cōtra scripturā. Mat. x. a. & Mar. iij. c. v bi nūerāt illi q vocati sūt ad apl̄atū, & iter illos enumerat Iudas, Itē Act. j. d, q Matthias electus est ad apl̄atū de q̄ prēuaricat⁹ fuerat Iudas. nullus aūt prēuaricat à statu in q̄ nō fuerit. Ex q̄ patet qd verē fuit vocat⁹ ad apl̄atū, Propter qd dicēdū sed'm Chryso. qd fuit vocat⁹ ad dignitatē apl̄at⁹: & p tūc fuit bon⁹, qa vocatio ad talē dignitatē respicit prędestē iusticiā. Qd aūt postea peccauit, pdēdo & tradēdo Christū, nō cōtradicit isti vocationi: qa apl̄i ex sua vocatiōe nō fuerūt ī bono cōfirmati. Qd patet ex casu Petri, q post suā vocationē Christū negauit. Et iō sifrdicēdū, q licet Iudas tpe suę vocatiōis fuerit bon⁹, tñ postea Christū, pdēdo peccauit. Sciēdū tñ, qd extūc malus erat quādo Christus apl̄is dixit verba in hoc ca. cōtēta: Vn⁹ ex vobis diabol⁹ est, tamē sua malicia nō erat apl̄is nota, sed soli Christo q cognoscit corda. Christus tamen suam maliciam dixit in generali ipso audiēte, ne credens suā maliciam latere, sine timore mala operaretur: nō tamē dixit in speciali, ne extunc inuerecundus factus peior efficeretur, secundum qd dicit Chrysostomus.

¶In ca. vj. vbi dicit in pos. Et ī isto paschate nō fuit Iesus in Ier. G

*ADDI.* Chrisostom⁹ in hoc loco sic dicit: Qualiter ipse ascendit ad diē festū? paulatim em̄ soluebat legem, occasionē accipiēs à Iudaica nequicia. Et Theodorus ibidē: Quia enim Iudęi eū persequebāt, occasionē recessus accipiēs legē exolu sit, innuēs obseruātib⁹, q̄ veritate aduenīente cessat oīs figura, & q̄ legib⁹ nō solū ījcitur, vt legalia festa perficeret, & vnde hoc: quia non erat festum Christi, sed idolorum. Hæc Theodorus.

## NICO. DELY.

POst hæc aūt. Positq; euangelista egit de nutrimēto spirituali libra collato filjs Christi, hīc consequenter agit de doctrina eis collata: qa sicut prædictū est pater debet filjs nutrimentū & documentum. Et diuiditur in duas. quia primò origo doctrinæ Christi ostēditur, sed'ò, ipa doctrina ponitur ca. seq. ibi: Iesus aūt perrexit. Prima in tres: qa primò ostēdit Euāgelista aptā dinē loci ad manifestādū doctrinæ Christi originē, sed'ò manifestādi occasionē, ibi: Iudæi aūt quę. tertiò, manifestationē actualem, ibi: Rndit Iesꝰ. mea doctrina. Circa primū sciēdū, q̄ loc⁹ apt⁹ ad prędictā manifestationē erat ciuitas Ierosolymitana: vbi ad diē festū cōuēiebat ppl̄us. & ideo ad manifestādū se in hoc loco in uitat Christ⁹. Et licet primò recusset, tñ nat⁹ cōsentit, & rōnabil̄r, vt vī. & hoc

† libere

qd dr: c ¶Post hæc &c. docēdo in synagogis eorū. d ¶Non em̄ &c. Licet em̄ posset esse inter eos sine nocumēto, voluit tñ se aliq̄n absentare aūtjs debitū passiōis suæ, oñdēdo in se veritatē humanæ naturæ: & q̄ licitū erat fidelibus suis aliq̄n pl̄sequutionē fugere. e ¶Erat aūt &c. scenophe. i. festū tabernaculorū. Dr aūt à scenos qd est vmbraculū, & phagin qd ē comedere, qa. vīj. dieb⁹ comedebāt Iudęi ī vmbraculis. f ¶Dixit rūt aūt. nō q̄ essent filj Mariæ mīus sui, neq; Ioseph, vt aīs dictū est iprobādo errorē Heluidij sup Mat. j. c. Nec cognati sui, q erāt ad apl̄atū vocati, qa de filjs dr ſ. q̄ fratres ei⁹ nō dū credebāt in eū, sed dicūtur hic fratres, qa erāt de cognatiōe sua q ex factis eius volebāt reportare gloriā mūdanā, sed'm Augustī. vñ sequtur: g ¶Trāsī hinc. hoc est in Ierusalē metropolim Iudeę. h ¶Vt & disci. &c. Dubitabāt em̄ de Christi miraculis, vtrum essent vera, propter hoc sequitur: i ¶Neq; enim fra. &c. Et quia suggerebant ei malū. ſ. gloriā mundanam quærere, ideo recusauit, di. k ¶Tps meū &c. i. tps gloriæ meæ manifestandę, quia post resurrectionē erat manifestāda. l ¶Tps aūt ē ue. semper est pa. q. d. tps gloriæ mūdanæ quam quęritis nūc est in principio huj⁹ solēnitatis: qa iudæi magis vacabit cōuiuijs & lęticiæ in principio festi, q̄ in fine, q̄ñ Christ⁹ iuit ad festū, vt. j. patebit. Vel aliter: Tps aūt vīm &c. q. d. vos potestis ire securē, nō aūt ego inq̄tū hō. q inimicos capitales habeo, pter hoc sequit: m ¶Nō pōt. q. d. vos qui gloriā mūdanā quæritis, homines mūdanos aduersarios nō habetis. n ¶Me autem odit qui quęro gloriā dei, & per cōsequēs arguo pēā mūdanorū, quę sunt ei cōtraria. & hoc est qd dicitur: o ¶Quia ego testi. phi de illo. i. de mundo. Et accipit hic mūdus nō quantū ad creatu

✠ rarū subſtantiā

Moraliter. c ¶Post hæc autem &c. Per hoc ostendit Christ⁹ Moraliter

Mat. 26. g.

fus, quòd aliquando dandus est iræ locus, maximè quando personalis est persecutio. sicut videtur fuisse in proposito. g ¶Trāsī hinc & ua. &c. Isti loquebantur tanquam humana gloria cōsequi per se quærenda, quod est falsum. propter quod Christus eis non acquieuit, vt daret nobis exemplum talem gloriam non quærendi. Verum tamē, quia propter hominū verba doctrina salutis nō est omittēda, quarta die festiuitatis, quæ erat media, eo q̄ septem dieb⁹ durabat festū, ascēdit Iesus in templū, & docebat populū. dieb⁹ præteritis intētus fuerat sacrificijs & oblationibus cōsuetis. Et per hoc docuit prædicatores Euāgelij, vt secundum dictum sapientis tempus tacēdi cōsiderent, & tempus loquendi. In sequentibus autem mihi nō occurrit aliqd̄ mysticum notabile vlq; ibi

* In nouissimo:

A & mala bona a. ¶Ego enim nō as. Aug. Quidam dicūt hoc ad
☞ passionē ptinere: quia nō in festiuitate scenophegię, sed in pascha
li qua agn⁹ occidi solet, crucē ascendit. b ¶Nō manifeste. Ty-
Typici picē. Christus occult⁹ ascendit in festiuitatē, quia in oibus ill' figu
ralibus latuit qui mō est manifest⁹ nobis. Et ꝙ latuit, exemplū est
vitandi malos: Q.d palā loqtur & nō te
netur ab his qui quærebant, ptātis est.
c ¶Rndit eis: Mea doctrina, hois.
nō est mea: sed dei. Vel quia nō est ver
bū nulli⁹ sed alicui⁹ doctria ei⁹, i. ipse ver
bum. doctrina eius non est sua: sed eius
à quo est. q.d est: Ego nō sum à meipso.
Et quia hoc profundū vidit non oēs in-
tellecturos, dedit consilium: Si vis intel-
ligere, crede. Hoc est: Si quis credit mes
lium dei, cognoscet de doctrina. id est in
telliget, quod doctrina mea nō est mea.
☞ Qui à

## *Nicolaus de Lyra.*

rarum substātiā, sed quātū ad hoīm
malicia, sicut. S. dictū est.). a. sup illud: Et
mūdus eū nō cognouit. a ¶Vos ascē
dite &c. i. ad pricipiū solēnitatis taber-
naculorū, quia in principio magis vaca
bāt hoies Epulis & lęticię, vt prędictum
est, nō ꝙ inuitet eos ad talia, sed ostēdē-
do qd ipsi quęrebāt, quia quę mūdana
†&c. sunt adhuc sapiebāt tātū, vt visum est.
b ¶Egoem &c. s. primū. vñ ꝙ postea
venit in medio solēnitatis, in alia die, nō
est mēitus. Et subdit causa: c ¶Quia
tēpus. Tps em aptū doctrinę veritatis,
ꝓpter quā venerat saluator, nō sic erat
in principio solēnitatis ꝓpter prædicta,
B sicut circa finē. d ¶Hæc cū dix. &c.
ratiōe prędicta. e ¶Vt aūt as. &c. &
ip. as. s. ad diē festū. tabernaculorū, nō
em cū fratribus suis, nec eadē die: qa ipsi
fuerūt ad primū diē illius festiuitatis, ipse
aūt venit illuc quarto die, vt patebit. ſ.
Si cut em noluit esse in principio festiui
tatis, ne fratribus suis malū perfuadēti
bus videretur fauere, sic nō habuit se oī
no subtrahere, ne à populo doctrinā sa-
lutis subtraheret, quam venerat docere.
modus aūt veniendi tāgitur, cū dicitur.
¶Nō manifestē. i. cū magna comitiu
uā, ne daret Iudæis occasionem maioris
inuidiæ. g ¶Sed quasi &c. In hoc cō
descendens fidelib⁹ qui timore mortis
occultādi erāt. h ¶Iudęi ergo. Postꝙ
euāgelista descripsit aptitudinē tpis ad
Diuisio manifestandū originē suę doctrinæ, hic
cōsequēter describit occasionē manife-
stationis dictę. Et diuidit in duas, scd'm
duas occasiones hmōi manifestationis.
Scd'a ponit ibi: Iā aūt die festo. Pria oc-
casio fuit inuestigatio Iudęorū Christū
quęrentiū: quorū aliqui eū quęrebāt vt
interficerēt, alij aūt vt doctrinā ei⁹ deuo
tē audirēt, & ideo debuit apparere & docere, vt ostenderet ꝙ ma-
li nocere non poterāt, nisi quantū permittebat. Sicut enim se oc-
cultando ostendit infirmitatē humanitatis: Ita cōfidēter inter ini-
micos apparēdo & existēdo ostendit potētiā deitatis. Debuit etiā
apparere ꝓpter bonos, vt eius doctrinā originatā à deo ostende-
ret, vt attentius eū desiderarent. Et hoc est qd dicitur: Iudæi er-
go quærebant eū in die festo. duplici de causa, vt dictum est.
i ¶Et dicebāt ubi est ille: quia illi qui quærebāt eū ex odio,
dedignabātur eū noīare, ꝓprio noīe. Illi aūt qui quærebant eum
ex deuotione, ita reputabāt eū famosum & autenticū, ꝙ nō opor
tebat exprimere nomē propriū. & ideo quantū ad eos sensus est:
Vbi est ille: quasi dicāt: vbi est ille qui tāt⁹ & talis est, & facit tot
miracula? k ¶Et murmur multū. ꝓpter cōtrarietatē opinio-
num de eo. Ideo sequitur: l ¶Quidam enim dice. quia bo.
Approbādo eius doctrinā & miracula. m ¶Alij aūt dicebāt,
nō, sed seducitur. Ex hoc ꝙ isti malignantes dicebant turbas esse
seductas ab eo, patet ꝙ maior pars scd'm numerum dicebat con-
trariū: qa erāt principes populi illi q dicebāt eū seducēre. vñ se-
quitur

nium perhibeo de illo, quia opera
a ¶Et ideo,
eius mala sunt. Vōs ascendite ad a
a ¶. i. primum vel secundum, vbi quæritis humanam
gloriam, carnalia gaudia, non æterna. b ¶Vero.
diē festum hunc. Ego enim † non b
a ¶Sicut vos quęrens gloriam, quia tempus gloriæ meę
nondum est, in quo erit mea festiuitas. b ¶Scilicet
primum vel secundum.
ascēndam ad diē festū istum, quia c
a ¶Humilitatis.
meum tempus nondum impletum
est. Hæc cùm dixisset † ipse mansit in d
Galilæa. Vt autem ascenderunt fra e
a ¶Id est posi. non vbi illi, quia non gloriari, sed salu
briter docere.
tres eius, tūnc & ipse ascendit ad di-
a ¶Non quærens fauorem
em festum: non manifestè sed quasi f
a ¶Quia non ascenderat cum fratribus. vnde dixit:
Non ad hunc quem vultis. i. primum vel secundum
ascendit autem post in medio die festiuitatis.
in occulto. † Iudæi ergo qūærebant h
eum in die festo, & dicebant: Vbi i
¶De hac contentione. s. quia: Quidam &c.
est ille? Et murmur multum erat de k
eo in turba. Quidam enim dicebant l
quia bonus est: alij aūt dicebāt, nō, m
a ¶Eorum qui dicebant bonus est. Alij palā Christum
confitentes.
sed seducit turbas. Nemō tamē † pa n
lam loquebatur de illo, propter me o
a ¶Quia tales execrabant, & extra synagogam
faciebant.
tum Iudæorum. Iam autem die † fe- p
a ¶Medietis illis diebus. i. quarta die festi.
b ¶Maxime feruente zelo Iudæorum. c ¶Sicut
non manifeste ascendit, non palam docet, sed quasi
latenter.
sto mediante, ascēndit Iesus in tēm- q
a ¶Vtens autoritate scripturarum. b ¶Omnes mi
rabantur, sed non omnes conuertebantur.
plum, & docebat. Et mirabantur Iu r
dæi, dicentes: Quomodo hic lite-
a ¶In eius educatione sciebant eum nunquā didicisse.
ras scit, cùm nōn didicerit? Respon- s
¶Admiratio, insinuandæ veritatis est occasio.
a ¶Ecce quomodo scit literas.
dit eis Iesus, & dixit: Mea doctrina t
non est mea, sed eius qui misit me. v
a ¶Id est, credere in eum.
quod alibi dicit opus dei. i. quod deo placet.
Si quis voluerit voluntatem eius fa- x
cere, cognoscet de doctrina, utrum y
ex deo sit, an ego à meipso loquar. a

C ¶Propter metū iu. C
ſ. illorū de tribu Iuda. licet em̄ oēs de populo aliqn̄ noīarentur Iu
dęi, tn̄ speciali mō sic noīantur illi de tribu Iuda. & isti graui⁹ mo
uebātur cōtra Christū, eo ꝙ in scripturis Christ⁹ erat ꝓmissus de
tribu eorū, ipsi aūt reputabāt istū Galilęū & ab eis extraneū. pro-
pter qd' etiā sacerdotes repudiabant eū,
vt dicitur in fine huius ca. p ¶Iā autē.
Hic ponitur scd'a causa, quę est admira-
tio turbæ in doctrina Christi. & ideo de
buit ostendere vñ originarē excellentia
suæ doctrinę. Et hoc est qd' dicitur: Iam
dici,& eadē est sexta p̄paratiōis. a ¶Re. ue. Adhuc terror quē A de Cesare ingerūt supare conatur,dicens: Regē ue.cru.de ignominia eorū volens eos frangere,quos de ignominia Christi nō poterat mitigare. b ¶Tūc.quia profitenē Cesarem apte cōtra eū esse,si aliū regē velit eis igerere, dimittēdo ipunitū quē ppter hos ausus tradiderāt occidēdū. Victus ergo timore. c ¶Tradi.eis Ie.ut crucifigeretur.†Sūsceperunt autem Iesum,& eduxerunt eum. Et bāiulans † sibi crucem exiuit in eum qui dicitur Cāluariæ locum, Hebraicè autem Golgotha: ubi crucifixerunt eum,& cum eo aliōs duos, hinc, & hinc,medium autem Iesum. Scripsit autem titulum Pilatus, & posuit super crucem, Erat autem scriptum'Iesus Nazarenus rex Iudęorum. Hunc ergo titulum multi legerunt Iudæorum,quia prope ciuitatem erat locus ubi crucifixus est Iesus.†Et erat scriptū Hebraicè,Grę cè,& Latinè. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum: Noli scribere, rex Iudæorum, sed quia ipse dixit, rex sum Iudæorum. Respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi. †Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt uestimēta eius, & fecerunt quātuor partes, unicuique militi partem, & tunicām. Erat autem tunica inconsutilis,

a ¶Pilatus: Regem uestrum crucifigam? Respondērunt pontifices: b c Non habemus regē nisi Cæsarem.
¶i. voluntari eorum.
c Tunc ergo tradidit eis illum,ut crucifigeretur. d
a ¶Milites facto Iudæorum voto qui totum fecerunt quod fieri extorserunt.
d sum, & eduxerunt eum. Et bāiulans e f
a ¶Decollatorum.
¶Locus decollationis.
g
a ¶Latrones vt alij dicunt,vt sic cum impijs deputatus.
h
i
¶Operatur diuina vis in corde nescientis.
k l
m
¶Corde, non carne.
n o
p
¶Tribus linguis scribitur, quasi tribus testibus: quia in ore duorum vel trium testium stat omne verbum.
q
a ¶Qui prædixerant: Non ha.re.ni.Cæ.
b ¶Non potest,mutari quod veritas dixit,nec quod Pilatus scripsit.
r
s
a ¶Vt impleatur scriptura: Ne corrūpas tituli inscriptionem. b ¶Q. Non corrumpo veritatem, etsi vos diligitis falsitatem.
t
a ¶De alijs vestimentis sine sorte.
u
a ¶Hinc apparet quatuor milites fuisse qui crucifixerunt.
v
a ¶Acceperunt similiter,sed non similiter diuiserēt.
x
a ¶Hæc est causa quare non diuiserunt.
y



a ¶Re.ue.cru.q.d.ex q̄ eū regnare formidatis & ī hoc fuit fama magna erit vobis ȳ ecūdia si morte moriat sic abiecta. Vñ & postea Pilat⁹ scripsit titulū crucis ad eorū ȳ ecūdiā: Iesus Nazarenus rex Iudæorū. b ¶Re. pō. Non ha.re.ni.Cæ. Ex q̄ patet,q̄ ex tūc ppe tuæ subiectiōi Romanorū se obligauerūt, renūciātes oī alteri regię dignitati. Patet etiā eorū obstinatio ad ꝓcurandū Christi mortē,cū ꝓ ei⁹ ꝓcuratiōe cōfessi sunt ī ppetuū seipos subiectos seruituti. c ¶Tūc ergo tra. Hic incipit agere euāgelista de crucifixione Christi.& diuidit in tres: qa prīo agit de crucifixiōe, secūdo de morte, ibi: Postea sciens Ie.tertiò de sepultura, ibi: Post hæc aūt ro. Prima ī duas: qa primo describit ipam crucifixionē. secūdo agit de cōsequētib⁹ ad ipam,ibi: Scripsit aūt ti. Circa primū sciēdū q̄ Pilat⁹ vidēs q̄ ppē mortē Christi obligabāt se Iudæi ꝓpetuę seruituti Roma. timuit si hoc refutaret,ne accusaret apud Cæsarē,& iō mot⁹ timore ipatoris & fauore Iudaici ppli,cui pērat,& ā qb⁹ pecunias leuare spabat,cōtra iusticiā' dedit sniam de morte innocētis.& hoc ē qd' dr̄: Tūc er.t.e. il.ꝓ sniam diffinitiuā. d ¶Vt cru.tñ pri⁹ lauit man⁹ suas, ipōnens pcīm de morte Christi Iudæis ipis hoc recipiētib⁹, vt hr̄ Mat.xxvij. q̄uis nō esset ꝓ hoc excusat⁹ scd'm ȳ itatē. e ¶Et ba.si cru. Primo em̄ portauit eā, vt hic dr̄,tñ postea iueniētes Simonē Cyrenēsem fecerūt sibi portare crucē, vt citi⁹ venirēt ad locū passiōis: qa Iesus ꝓ totā nocte ꝓcedentem afflictus fuerat: & ideo lento gradu incedebat. f ¶Exiuit in eū. Iste locus erat ppe ciuitatem Ierusalē. & dicūt aliqui q̄ dr̄ loc⁹ Caluariæ ā Caluaria Adę ibi sepulti. Sed hoc est falsum,quia sepult⁹ fuit in Hebrō, vt dicit Iosue.xiiij. Sed sic nominatur locus Caluariæ, qa in illo loco malefactores decapitabantur. & sic patet mortis Christi turpitudo ex conditione loci, & ex modo mortis, cū dicit, g ¶Vbi cru. Crucifixio em̄ erat turpissimum turpissimū genꝰ mortis. h ¶Et cū eo alī. Ex quo apparet turpitudo mortis Christi rōne societatis, qa iter duos malefactores fuit crucifix⁹. Hoc aūt factū est ex Iudæorū intētiōe & diuina ordinatiōe, tñ diuersimode: qa Iudæi ꝓ hoc intēdebāt inducere suspitionē ppō q̄ Iesus esset ꝓticeps & pricipalis ī eorū malefactis. Ex intētiōe aūt diuina factū ē hoc, vt ī pleret scriptura Esa.liij.d. Et cū iniqs deputatus est. i ¶Scri.au. Hic ponunt q̄dā cōsequētia ad Christi crucifixionē. & sunt tria: qa primū ptinet ad Pilatū, secūdū ad milites crucifigētes Iesum, tertiū ad parētes Christi existētes ppe eū. se cūdū ponit ibi: Milites aūt. tertium ibi: Stabāt aūt. Circa primū sciēdū q̄ mod⁹ Romānorū erat scribere cām mortis crucifixorū sup̄ lignū crucis. Iudęi aūt cōtra volūtatē Pilati perierūt Christū crucifigi, vt patet ex p̄dictis. & iō ꝓ talē modū scripsit titulū, vt redūdaret in ȳ ecūdiā eorū. & hoc est qd' dr̄: Scri.au.ti.pi. in q̄dā charta tabulæ affixa. k ¶Et po. su.cru.illā tabulā. l ¶Erat au.scri. Iesus. in quo exprimit nomē ꝓpriū. m ¶Nazar. quo ad patriā: qa ibi fuit nutrit⁹, vt dictū est. n ¶Rex iu. in q̄ exprimit cā mortis. o ¶Hūc er. tit. mul. le. Iu. & cā subdit: Quia pro. ci. erat Io. ubi cru. ē Ie. & ideo multi de ciuitate poterant de facili illuc venire. p ¶Et erat sc. He. Græ. & La. vt oēs qui de diuersis ptib⁹ orbis ad festum pascale venerāt, possent illū legere. Venerāt em̄ ibi aliq Gētiles, vt. ē. dictū est ca. xij. Et iō titul⁹ fuit script⁹ in tribus linguis principalib⁹. q ¶Dice. ergo Pilatus. D pō. Iu. no. scri. qa videbāt q̄ talis⁹ modus scribēdi redūdabat in verecūdiam eorū, & maxie ꝓpter Gētiles, q hoc verbū erant reportaturi ad diuersas ptes orbis. & iō voluerunt titulū sic corrigere. r ¶Sed qa ipse di. rex sum Iu. hoc em̄ mō nō sonaret in eorū verecūdiam s ¶Re. pi. Quod scri. scri. qd' scripserat cōfirmādo. Nec fortuitu factū ē hoc sed diuīa ꝓordinatiōe, qa hoc erat añ. ꝓphetatū. ꝓpter qd' Pē. lviij. q loquit̄ de passiōe Christi: & duo psalmi p̄cedētes sic intitulant̄, Ne corrūpas tituli inscriptionē. & iō titul⁹ cruci Christi triplicit̄ descript⁹ nō fuit mutat⁹, sed magis cōfirmat⁹. i ¶Mili. er. Hic ponit secundū cōsequēs ad Christi crucifixionē, & pertinet ad milites: q crucifixo Christo diuiserūt sibi vestes suas: & hoc est qd' dr̄. Mili. er. tū cru. eū, ac. ue. eius. Ex q̄ apparēt duo. primū est passiōis Christi ignominia in hoc q̄ nudū eū crucifixerūt, q̄ nō fit nisi abiectis & vilibus ꝓnis. secundum est crucifigentiū auaricia: quia Christi vestes q̄uis essent parū valentes, tamen sibi rapuerunt: v ¶Et fe. quatu. & cæ. quia erant quatuor milites ipsum crucifigentes. x ¶Et tuni. ſ. citra partes prædictas, quam nō diuiserunt, eo quòd erat inepta diuisioni. quod patet ex eo quod subditur: y ¶Erat autem tunica

Diuisio

Moraliter

✠ b ¶Respon. pon. nō habe. regē. ni Cæsa. hoc facto clamant nostri pōtifices & curati, q̄ suas ecclesias dimittētes, ingerūt se negocijs tpalib⁹ principatus vel regni. c ¶Et baiulās sibi cru. &c. per hoc nos inducēs ad sui sequelā, sicut dixerat Matth. xvj. d. Si quis vult post me ve. abne. semetipsum, & tol. cru. suū, & se. me. h ¶Et cū eo alios &c. Exponatur sicut Mat. xxvij. & Mar. xv. & Luc. xxiij. t ¶Quod sc. scri. Per hoc aūt ꝓ Iudęis petentibus Pilatus delere titulum, qui sonabat confusionem Iudæorum, noluit, sed magis ipsum confirmauit, significatū fuit ꝓ Christi mors ad cōfusionē eorum erat futura per exercitū Romanorū, & ad regni Christi exaltationem ppter sequentem resurrectionem. ppter quod tūc dixit Matt. vlti. d. Data est mihi omnis ☩tionem. ppter quod tūc dixit Matt. vlti. d. Data est mihi omnis ptās in cælo & in terra. t ¶Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt uestimenta eius: & cæ. exponatur sicut Mat. xxvij. & Marc. xv.

in oībus. a ¶Desu. Quia charitas supeminet oībus per totum: E qā nemo est eius exps q ptinere videat ad torū, a' q toto sicut Grāca indicat lingua, catholica vocat ecclia, q in sorte dei gīa commendat. b ¶Cū ui. Qui diuīa factur, q si reppulit ignotā matrem, iā oīdit venisse horā, quā tūc pdixit: i q agnoscit de q fuerat moralitē nat. Et docet vt à pīs filijs īpēdat cura parētibus. vñ & Apls: Si qs suorū curā nō habet, fidē negat &c. c ¶Mu. ec. Mri quā reliqt, alterū p se filiū q̄dā mō tribuit. Nā cur hæc fecerit, hęc seqn tia indicāt. d ¶Et ex il. ho. ac. eā dī. in suā. Qui etsi iā nō hret ppria, in illa societate cētupliciter acceperat, vbi erāt oīa cōia, nihil habēs & omnia possidēs. e ¶Oia cō. Oia q optebat fieri añq̄ ac ciperet acetū, & traderet spiritū. f ¶Vt ēt, se. hic, cō. In siti mea po. me. ace. dic. Sitio. Q. Hoc min? feciſtis: date quod estis. Degenerauerāt enim à vino patrū de iniqtate mūdi: quasi de pleno vase ī pleti, habentes cor vt spongiā, cauerno sis & tortuosis latibulis fraudulentum. Hisopus hūilis herba pectus purgat, significat hūilitatē Christi, p quē fusus sāguis nos emūdat. Hāc circūdederūt Iudæi, & se circunuenisse putarūt. Arūdo significat scripturā, q hoc facto īplebat.

☞Sed vnus

## Nicolaus de Lyra.

✠au. tu. ín. i. sine futura. a ¶Desu. cō. p to. Ex hoc dicūt aliq, q Christ? p. cipuis vestib? vtebat. Sed Chry. dicit cōtrariū, dicēs q ī Palęstina paupes īduebā tur talib? īdumētis reticulato ope factis ad modū ciliciorū, & hoc vī veri?: quia Christ? cōmēdauit vilitatē vestimēto rū ī Ioā. bapt. Matt. xj. a. Quid existis in deser. vi, homi. mol. vestitū? q. d, non. Et p cipositatē ibidē reprobauit, dī. Ecce qui mollib? vestiunt, ī domib? re. sūt &c. Ie sus aūt cœpit facere & docere vt hī Act. j. a & iō nō est verisīle, q vsus fuerat p ci osis vestib?. b ¶Dī. &c. Nō scin. il. qa ptes nihil valuissent. c ¶Sed sor. de il. cu. sit. Vnde patet q sup solā tunicā miserūt sortē. Sed cōtrariū vī Mar. xv. b. vbi dī. Diuiserūt sibi vestimēta ei? & mittētes sortē sup eis, qd' qs tolleret. Dicendū q dictū Marci debet diuisiue intelligi sic. Diuiserūt sibi vestimēta ei?. s. alia à tunica. & postea sequit, mittētes sortē sup eis: qd' p synecdochen debet intelligi, super eis. i. sup aliq̄d' eorū. s. super tunicā, quid qs tolleret. i. quis tolleret illā tunicā. Sequit: d ¶Vt scri. im. q̄ dicit Psal. xxj. e ¶Par. sūt ue. m. si. s. alia à tunica incōsutili. f ¶Et ī ue. m. mi. sor. i. sup aliā tunicā inconsutilē, ex quo etiā patet q Christ?, ppriē habebat plura vestimēta. g ¶Et mi. qui. hæc fe. s. sicut erat scriptū Psal. p dicto. hoc addidit euāgelista, vt ostendat, pphetiā impletā per factū eorū. patet etiā per p dicta falsitas Iudæorū exponētiū psal. p dictū de psecutione quam habuerūt Iudæi per Aman, dicētes q Mardochæus fecit p dictū psal. qa titul? psal. ostēdit cōtrariū: qa ille psal. intitulat à Dauid & nō à Mardochęo. Itē in principio psal. dī: Lōge à salute mea verba rugit? mei. secūdū ✠itatē Hebraicā & trāllationē Hier. qd' verificatū est de passiōe Christi, q nō fuit liberat? à passiōe, q̄uis de hoc clamaret ad patrē, sicut. ē. dictū est ca. xij. Pr̄ saluifica me ex hac hora. Tpe aūt Mardochæi Iudęi fuerūt liberati celeriter post orationē eorū: qa prius fuerūt liberati q̄ veniret tps statutū interfectionis eorū. Itē ibidē subdit: Foderūt manus meas & pedes meos. qd' nō est īpletū in Mardochæo, nec in aliquo Iudæo illi? tpis, sed magis ecōuerso ipsi Iudęi Amā & filios eius crucifixerūt. b ¶Stabat. Hic ponit tertiū cōsequēs ad Christi crucifixionē, & ptinet ad ei? parētes, qa Christ? in cruce positus añq̄ morereť voluit mri suę de custodia & ministro, puidere: dans exēplū alijs, vt ipsi sint solliciti impēdere debitū obsequiū parētibus suis. & hoc est qd' dicit: Sta. au. iu. &c. Contrariū aūt videt Luc. xxiij. f. vbi dicit: Stabāt autē oēs noti eius à longe. Dicendū q primò fuerunt ppe, vt hic dicit: & tunc Christus hęc verba dixit, sed procedente passione propter turbam comprimentem se retraxerunt, secūdum qd' dicit Luc. Vel fortè istę psonæ hic noīatę tāq̄ magis ler G uētes ī amore Christi, ppinquiq̄ stabāt. sicut dicit Ioh. aliæ autē multæ psonę erāt Christo notæ, q̄ p timore à lōge stabāt: & de illis loquit Lucas. dicit tn q oēs noti ei? stabāt à lōge: quia multō plures erāt stantes à lōge q̄ à ppe. i ¶Cū uidisset ergo Iesus matrem & discipulum. quem dilige bat. s. Ioā. q scripsit hoc euāgeliū. & p pter hoc de se loquit tāq̄ de q̄dā altero, vt. ē. dictū est. k ¶Di. ma. suæ: Mu. ec. fi. tu. q. d. vsq; nūc fui tibi ad obsequium, de cætero iste erit loco mei. Et nota, q loquens mri suæ de cruce, non dixit ei, mī, sed mulier: vocās eā cōi noīe, ne ex teneritudine nominis materni si exprimeretur, aggrauaretur anim? ỹ ginis videntis passionē filij. l ¶Dein. dī. &c. q. d. deputo te ad eius obsequiū. m ¶Et ex Duplic il. ho. &c. in suā. s. curā & diligentiam. n ¶Po. sci. Hic agit euāgelista de Christi morte. & diuidit in duas: qa primò ponit Christi cōsummatio per mortē, secūdo eius lanceatio post ipsam, ibi: Iudæi ergo. Circa primū sciēdū, q̄ cōsummatio nīæ salutis cōsummāda erat p venerabilē mortē Christi, vt declarat Apostolus Heb. ñ. & † alias hoc est qd' dicit hic: Postea: supple q̄ dicta sunt. o ¶Sciēs Ie. &c. s. q scripta erāt de Christo passuro: qa pauca restabāt ante mortē ei? implenda. s. ei? potatio, q in ꝓmptu erat. Vñ sequit. p ¶Vt cō. scrī. Psal. lxviij. e. In siti mea po. me aceto ideo ad illud resīduū implendū. q ¶Dī. sitio. Tantū laborauerat & de sanguine emiserat, q̄ corpus eius erat desiccatū & adustū: & ꝓpter hoc sitiebat supra modū, & talis siris ē maximū tormētū. r ¶Vas † igitur au. p. e. &c. Illud em portauerāt milites vt darent crucifixis ad bibendū, vt p hoc citius morerent: & sic de custodia eorum † tunc in cruce expedirent. Talis em potatio acēti mortem accelerat crucifixi, vt dicūt alii qui. Aliā autem causam huius acēti tetigi Mat. xxij. q̄ videt probabilior ista. & hæc est ibidē satis diffuse posita, ꝓpter qd' hic omitto. s ¶Illi er. spon. &c. i. ligno Hyssopi. t ¶Circū. ob. ori ei?. Erat em eleuatus à terra, ita q̄ sola manu non poterant attingere ad os eius. v ¶Cū er. contrariū videt Mat. xxvij. vbi dicit: Noluit bibere. Dicendū, q̄ illud qd' est modicū quasi nihil reputatur, vt dicit. ij. Physi. & ideo qa parū de illo acēto accepit, vt dicit hic Ioh. Matt. dicit Noluit bibere per talē etiam modū loquēdi dicimus cōiter de parum bibente, q̄ nō vult bibere. x ¶Dī. con. est. s. q̄ quid erat scriptū de me. Vel aliter, Consum. est: opus redēptionis humanæ. y ¶Et incli. ca, tra. spi. ostendens ex modo moriendi, q̄ moriebatur ex obedientia patris, & nō inuoluntariè, sicut suprà dixerat cap. x. Nemo tollit à me animā, sed ego pono eā. z ¶Iudæi er. Hic describit vulneratio Christi mortui. & diuiditur in Diuisio tres, quia primò ponit vulnerationis occasio. secūdò ipsa vulneratio, ibi, Venerūt ergo milites. tertio dicti certificatio, ibi: Et qui vidit. Circa primū sciendū, q̄ occasio vulnerationis Christi mortui fuit, quia Iudæi volebant cadauera de cruce deponere, ꝓpter solēnitatē crastinā imminentē: q̄ incipiebat à vespera illius diei, in quo Christ? fuit crucifixus. licet em fuerit crucifix? prima diei Paschæ, q̄ erat solēnis apud Iudæos, tñ secūda dies prorunc fuit solennior rōne sabbathi apud Iudæos. Dies enim sabbathi occurrens infra oct. a uā Paschæ erat dies solēnior, qa tunc festū duplicabat: & hoc est qd' dr̄: Iu. er. quo. pa. erat. i. dies veneris, in cuius vespera incipit solēnitas sabbathi sequentis. a ¶Vt non remaneant, &c. Erat enim hoc indecens in tanta solēnitate. vnde sequitur,

✠Erat enim

✠ i ¶Cum ui. ergo &cæ. per hoc autem, q̄ positus in tanto Moralia tormento matri suæ prouidit de ministro, docuit nos in quocunq; statu simus honorare parentes, q̄tum fieri potest bono modo. y ¶Et incli. ca. tra. spi. Theo. Tradidit autem dominus spiritum deo patri, ostendens quòd nequaquam sanctorum animę conuersantur in tumulis, sed deueniūt ad manus patris omnium, peccatoribus ad locum pœnarum delatis, videlicet in infernum.

✠Sed vnus

† à summis 1. Tim. 5. a.

† Ps. 22. d. a. Co. 6. b.

Psal. 68. e.

† 27. q. 2. q. aūt. §. itē si cōiuges. & c. priusq̄. &c. si em.

† i. suū ius

† Psa. 68. e.

† impletā

† De celebra. miss. c. i quadā. §. sed aduers?

a ¶Quia charitas supereminet præ omnibus.

† desuper cōtexta per totum. Dixerunt ergo adinuicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit, ut scriptura impleretur dicens: † Partiti sunt uestimenta mea sibi, & in uestem meam miserūt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabat autem iuxta crucem Iesu mater eius, & sorōr matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalenæ. Cum uidisset ergo Iesus matrem & discipulum † stantem quem diligebat: dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. † Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accēpit eam discipulus in suam. † Postea sciens Iesus quia omnia consummata sunt, ut consummaretur scriptura dicit: † Sitio. Vas † autem positum erat aceto plenū. Illi † ergo spongiam † plenā aceto, hysopo circunponentes obtulērunt ori eius. Cum ergo accepisset Iesus acetū, dixit: † Consummātū est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Iudęi ergo, quoniā parasceue erat, ut non rema-

¶Non sortiti. ¶Alia quam unicam.

¶Tunicam.

a ¶Hæc erat mater Iacobi.

a ¶Filia Cleophe.

¶Præ cæteris familiarius.

a ¶Quia ad eius curam quicquid ei est necessarium pertinet. b ¶Matrem.

a ¶Qui omnia disposuit per nescientes agit.

a ¶Arundini: vt alius dicit.

a ¶Quod prophetia prædixerat: Et quia nihil iam restat quod ante mortem fieri oporteat: & tradidit spiritum, vt qui potestatem habebat ponendi animam suā, & iterum sumendi eam.

17 a ¶ Sed unus. Vigilāti⁹ bo vsus est: Nō dicit, percussit vel vulnerauit: sed aperuit, vt illi q̄dāmō vitæ ostiū pāderet, vñ sacra ecclesiæ emanauerunt: sine quibus ad vitā non intrat. Ille sanguis fusus est in remissionē peccatorū. Aq̄, & lauacrū prestat & potū. Ecce ostiū in latere arce q̄ intrāt aīalia diluuio nō peritura. Ecce mulier facta de latere dormientis. b ¶ Sicut mos. Nō frustra ait, sicut mos est Iudeis, sed admonet in huiusmodi officijs morem cuiusq̄ gentis esse seruandum.

*Nicolaus de Lyra.*

a ¶ Erat enim m. qa sicut dictū est, solēnitas eius duplicabat̄ ꝓpter octauam Paschæ concurrentē. b ¶ Roga. Pi. ut frā. eo. cru. ne aliq̄ mō euadere possent, & tollerentur de patibulis. c ¶ Vene. ergo mi. Sed videtur, q⁹ venissent ad Iesū anteqū fregerūt crura sc̄ōi, quia Ies⁹ erat ī medio amborū. Dicēdū, q⁹ duo milites frangebāt, & vnus fregit crura vni⁹ latronis ex vna pte, & alter crura alterius ex alia pte: & sic ambo venerūt hinc inde ad Iesum q̄ erat ī medio. & hoc est qđ dicit: d ¶ Ad Iesum aūt. cū ue. ut ui. eū iā mor. nō fre. ei⁹ cru. qa hoc nō fiebat ni si ad hoc q⁹ euadere nō possent, depositi de patibulis. e ¶ Sed u. mi. lā. la. e. ap. vt certificaretur de morte ei⁹. f ¶ Et cōti. exi. san. & aq. Sanguis ad nīam redē ptionē, aq̄ ad pc̄ōz ablutionē. Sciēdum tn̄, q⁹ ista aq̄ miraculosē exiuit, qa nō fuit humor phlegmaticus, vt dicūt aliqui, sed aq̄ pura ad oñdēdū q⁹ corpus Christi erat ex veris elemētis cōpositū. cōtra errorē eorū q̄ dixerūt eū hñe corpus cēleste, sicut dixit Valēti⁹ & seq̄ces sui. & eorū q̄ dixert eū hñe corpus phātasticū, sicut Manichęi. g ¶ Et q̄ ui. Hīc ponit certificatio, quia ipse Iohannes q̄ scripsit hoc euāgeliū, pr̄ sentialr exist̄es, vidit hoc fc̄m. & iō ei⁹ testimoniū est efficax ad credēdū, & hoc est qđ dicitur: Et q̄ uid. i. ego ipse. Iogt̄ em̄ de se p modū alterius sicut supra dictum est, h ¶ Testi. phi. patet ītā p p̄dicta. Seqūtur ¶ Facta sunt e. h. ut scri. impleEx. xij. g. Os nō cō. ex eo. Agnus em̄ Paschalis fuit figura expressiua passionis Christi. iō ordinatiōe diuina cōstitutum est vt ossa agni paschalis nō frangerētur, vt sic figura & veritas corrīderēt, qa veri agni ossa nō sunt fracta in cruce, vt prędictū est. k ¶ Et iterū alia scrip. di. de ei⁹ trāsfixiōe Zacha. xij. c. l ¶ Videbūt in quē trās. Līa Hieron. habet: Aspiciēt ad me quē confixerūt. Propheta em̄ loquit in p̄sona Christi, loquens in prima persona, sed euangelista refert illud ad Christū loquens in tertia p̄sona: & eadē est sententia. Illa aūt trāsfixio ꝓpriè fuit in lanceæ vulneratiōe. Sed hæc videbit à Iudæis in iudicio futuro: qa cicatrices vulnerum reseruatæ sunt à corpore Christi resurgente nō solū ad certificationē suæ resurrectionis ostendēdo illas cicatrices apīs, sed etiā ad conuincendū Iudęos in futuro iudicio de pc̄ō suæ mortis. m ¶ Post hæc au. Hic agitur consequenter de Christi sepultura, quæ fuit glorioſa: secundum qđ erat prędictum Isaiæ. xj. c. Et erit sepulchrum eius gloriosum. cuius prędecens mors fuit ignominiosa. & hoc est qđ dicitur: Post hæc autē rogauit Pil. Io. Erat em̄ ei familiaris, cū eēt nobilis decurio, vt dicitur Marc. xv. d. & iō securius eū rogauit. n ¶ Ab Arimathia. oriūdus. Eadem est ciuitas quæ. j. Reg. j. a. dicitur Ramatha, de q̄ fuit Samuel. o ¶ Eo quòd discipu. esset Ie. i. fideliter credens eius doctrinę. p ¶ Occultus autē prop. me. Iu. Ante enim passionem ex imperfectione timebat de synagoga expelli, qđ erat ignominiosum, si cōfiteretur Christū; tamen post passionem feruentior fact⁹ exemplo Christi animatus manifestauit se volens Christum honorificē sepelire: & ideo sequit: q ¶ Vt tolleret corpus Iesu. ad sepeliendū. r ¶ Et permisit

nerent in cruce corpora sabbatho: (erat enim magnus dies ille sabbathi) rogauerūt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cùm uenissent, ut uiderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura. † Sed unus militum lancea latus eius † aperuit: & continuò exiuit sanguis & aqua. Et qui uidit, testimonium perhibuit, & uerum est eius testimoniū: & ille scit, quia uera dicit, ut & uos credatis. Facta sunt enim hæc, ut scriptura implere tur: † Os non comminuetis ex eō. Et iterum alia scriptura dicit: † Videbunt in quem † transfixerunt. † Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathia, eò † quòd esset discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudæorum, ut tolleret corpus Iesu. & permisit Pilatus. Venit ergo: & tulit corpus Iesu. † Venit autem & Nicodemus, qui uenerat ad Iesum nocte primū, ferens mixturam myrrhæ & aloes quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt eum lintheis cum aromatibus, sicut mos est sepelire Iudæis. Erat autem in loco ubi crucifixus est Iesus, hortus: & in horto monumentum nouum, in quo nōdum quisq̄ positus fuerat. Ibi ergo propter parasceuen Iudęorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum.

a ¶ Vt morerentur.

a ¶ Mortui de ligno, ne pendentes magnum diem sui diuturni cruciatus horrore fœdarent.

a ¶ Non ait, sciana: Scit ipse qui vidit, credat ei qui non vidit.

a ¶ Ob quod dixit: non frꝛgerunt eius crura.

a ¶ Agno.

a ¶ Ad hoc quod dixit, lancea latus eius aperuit.

a ¶ Quia in ea carne venturus est in qua est crucifixus.

a ¶ Quia non nocte solum, sed nocte primum.

a ¶ Sicut in vtero Mariæ nemo ante eum, nemo post eum, ita in hoc monumento.

a ¶ Accelerata sepultura ne vespe rasceret, quando nihil tale licebat facere.

¶ In eo. cap. vbi dicitur in postil. Et nota quòd loquens de cruce matri suæ, non dixit, mater, sed mulier.

Non solùm tempore passionis, sed etiam tempore gaudij seu conuiuij nuptialis Christus vocat matrem suam eodem nomine sicut hīc. s. mulier, non autē mater. vnde supra. ij. a. Quid mihi & tibi mulier. idcirco ratione hui⁹ voter. vnde supra. ij. a. Quid mihi & tibi mulier. idcirco ratione hui⁹ vocationis attribuenda est summæ humiliati vtriusq̄ filij. s. & matris. Sicut enim Christus cùm in forma dei esset, seipsum exinaniuit formam serui accipiens, vt Phil. ij. a. eadem ratione cum filius dei viuus verus esset, communiter se vocat filium hominis: quod est nomen cōe cuicūq; homini. pari rōne matrem cui⁹ humiliratem maxiè cōe cuicūq; homini. pari rōne matrem cui⁹ humiliratem maxiè cognoscebat, mulierē vocat: qđ est nomen cōe cuilibet mulieri: non

*ADDI. I.* q cōiter honestos seu liberales se demonstrant, etiam si essent interius secundum veritatem cupidi, tantā auariciam in ipsis esse publicè ostenderēt: ideo quidam dicūt quòd milites seducti à Pharisæis qui Christum asserebant facere miracula in Beelzebub, vt Lu. xj. b. scientes q⁹ ad tactum fimbriæ vestimenti⁹ eius sanabantur infirmi, vt Lucæ. viij. f. vestes Christi accipiebāt, vt cum eis alia medicinalia seu aliq̄ alia fascinatorię facere experirentur. quod etiam redundabat ī ignominiam Christi, vt hoc videntes crederēt ipsum fuisse maleficum.

*ADDI. II.*

M ij autem matrē

C

† pupugit

† Zac. 12. c. Moraliter

† pugue- runt.

D

† cum

aūt matrē, quod maximā dignitatē includit, cū sit mater Christi.

¶ In eo.cap.vbi dicit in postil. Licet em fuerit crucifixio prima die Paschæ, quæ erat solennis apud Iudæos.

*ADDI.III.* Christus fuit crucifixus in paraſceue Paſchæ quæ non erat ſolennis apud Iudęos, vt habetur infra eo.ca. Ibi ergo propter paraſceuen poſuerūt eum vt magis declaratur in additione ſuper Matth.xxvj.ca.

¶ In eo.cap.vbi dicitur in poſtil. Quòd feria ſexta, in qua licitū eſt operari, & corpora ſepeliri, iam declinabat.

*ADDI.IIII.* Hæc feria ſexta in qua Chriſtus fuit crucifixus, non erat ſolennis apud Iudæos: Vnde & licitum erat in ea operari & ſepeliri. prout lati⁹ dictum eſt in additione ſuper Matthęū.xxvj.ca.

*REPLI.* In ca.xx.poſtil.dicit de auaricia crucifigentium, in eo ꝙ veſtes Chriſti etiam parū valentes rapuerunt: Burgen.opponit dicens, ꝙ non eſt veriſimile, ꝙ milites q vt cōiter ſe honeſtos & liberales oſtendunt, auariciā ſi quā in mente habuerūt publicē demonſtraſſent. Ego autem puto illos non fuiſſe milites ſecundū cōem ſeculi dignitatem. nā hi nō conſueuerūt ad tā vilia officia lictorū & ſuſpenſorū deputari: ſed fortaſſis illis tēporib⁹ vocabant milites ſeruiētes reipublicę in excutiōe iuſticiæ. Nam de ſolis militib⁹ ſecū dignitatē nō dicit: nemo teneť ſuis ſūptib⁹ militare. 1.Cor.9.a.

i.reipu.ſeruire, ſed etiā de cęteris. Miles aūt cōi noīe dicit a militēt G do: ſicęꝫ cūcti ſeruiētes reipu. pñt dici milites à militādo, ſeruien Mden do: q etiā nō tenent, ppriis ſtipendiis militare. Si tñ proprie dicti ſunt milites, non mirum, quòd oſtēderunt ſe publicē auaros, qui ſe oſtenderunt diſcolos & publicos ribaldos in multis contra leſum: immo præter communem conſuetudinem circa interficiendos, vt patet in potione ſellis, illatis conuitiis quę fieri non conſueuerunt ab honeſtis contra morti adiudicatos. ¶ In eod.ca. vbi poſtil. dicit, crucifixionem factam prima die Paſchæ, quæ erat apud Iudęos ſolennis: Burgen. propter ſuam ſingularem minus tamen aute ticam computationem, dicit quòd paraſceue non erat ſolennis apud Iudæos: quod quia factum eſt, eò quòd fundat Burgen. factum ſuum ſuper obſeruantia traditionis Phariſaicæ, quam Chriſtus contra dei præceptum non admiſit: præceptum autem deifuit quòd .xv. luna prima menſis eſſet celebris. Conſtat autem paraſceue fuiſſe decimaquinta luna, quia luna decimaquarta, etiam ſecundum Burgen. Chriſtus cœnauit. allegans igitur traditiones contra dei præceptum, cùm Burgen. audire debet: Quare tranſgredimini Mat præceptum propter traditiones veſtras? amiſſo tamen compuro Burgen. etſi paraſceue tota dies non fuiſſet celebris vſq; ad veſperā, tamen tempore ſepulturæ celeberrima fuiſſet: quia ſecundum eum Paſcha & ſabbatum concurriſſet ad veſperam, quando apud Iudęos incipit feſtiuitas ſequentis diei.

## GLOS. ORDI.

### CAP. XX.

†Mat.28.a Marc.16.a. Luc.24.a.

VNa &c. Sequitur: a ¶ Curreau. Iohānes ſignificat ſynagogam, q̄ prior venit ad monumē tū, ſed no ītrauit: qa ꝓphetias de incarnatione & paſſione audiuit, ſed & mortuum credere noluit. Petrus eccleſia, quæ cognouit carne mortuum, viuentem credidit deum. poſt quem & in Iudæa in fine intrabit

## NICO. DE LYRA.

### CAP. XX.

Diuiſio F

VNa au. ſabb. Poſtq̄ euāgeliſta deſcripſit Chriſti crucifixionē & mortē hīc cōſeqūt deſcribit reſurrectionē. Et diuidit ī duas: qa primò deſcribit manifeſtatio hui⁹ reſurrectiōis facta mulieribꝰ deuotis. Scd'ò, eiuſdē manifeſtatio facta apłis, ibi: Cū ergo ſerò eēt Circa primū ſciēdū, ꝙ mīeres gradatim puenerūt ad cognoſcēdū hāc reſurrectionē & iō priò euāgeliſta oñdit q̄liť eā cognouerť p ſepulchri euacuationē. Scd'ò p angelicā viſionē, ibi: Abierūt diſcipu. Tertiò p dn̄icā apparitionē, ibi: Hęc cū dixiſſet. Pria ī tres: qa priò deſcribit ſepulchri viſio. Scd'ò, rei denūciatio, ibi: Currit ergo. Tertiò renūciatæ inquiſitio, ibi: Exiť ergo. In pria ergo pte dr̄ ſic: a ¶ Vna aūt ſab. i. pria die poſt ſabbatū. Sic em apud Iudęos noīanť dies hebdomadæ, qa ſabbatū ſic noīať abſolutē, ꝓpť reuerētiā illius dici: & ab illa denominanť alį dies: ita ꝙ ſeq̄ns īmediatē dr̄ pria ſabbati, & alia ſcd'a ſabbati, & ſic cōſeqūnť. & ꝓpter hoc Matthæus & Marc⁹ vocāt dn̄icā reſurrectiōis primā die ſabbati. Iohānes aūt vnā ſabbati: qa hoc nomē vnū, freq̄nť accipiť ꝓ priò. & ſic patet Geñ.j.a. Factū ē veſpa & mane dies vn⁹. i. prim⁹. Vñ & cōſeq̄nť dr̄: Factū eſt veſpe & mane dies ſecundus: & poſtea terti⁹. & ſic cōſeq̄nť. b ¶ Maria &c. cū adh.te.i.añq̄ eēt clara dies: dimiſit tū die ſabbati trāſire, qa non erat licitū aliqd opari illa die. Sciēdū etiā, ꝙ cū ea fuerť alię duę mīeres, ſcd'm qd' dicūt alį euāgeliſtę: ſed Iohānes iſtā ſolā exprimit, qa erat alįs ſeruentior & pricipalior. c ¶ Et uí. la. Angel⁹ em dn̄i eū amouerat, nō ad hoc ꝙ Chriſt⁹ de ſepulchro ſurgeret: qa clauſo ſepulchro ſurrexit & exiť: ſicut clauſo vtero v̄ginis nat⁹ eſt. hoc tū fuit aliť: qa ī reſurrectiōe habuit corp⁹ gl̄oſū: cui nō reſiſtit aliqd: ſed exiť de vtero v̄ginis fuit miraculoſ⁹. Remouit igiť lapidē angel⁹ ſolū ad manifeſtandū Chriſti reſurrectionē iā cōpletā. d ¶ Cucurrit. Hīc deſcribit rei viſę denūciatio, cū dr̄: Cucur.er.ad Sī.Pet. & ad aliū d.ſ. Iohānē. Iſti em p̄ cęteris Chriſtū amabāt, & iuicē ſe tenebāt ſicut familia-

## Cap. XX.

¶ Quam Matthæus primam ſabbathi dicit.

†Na autem † ſabbathi Maria Magdale a ¶ Cum iam tēpus operandi reciſſet næ uenit mane, cùm a ¶ In requirendis intellis gentiam. adhuc tenebrę eſſent ad monumentum: & uidit lapidem c a ¶ Alias, reuolutum. b ¶ Ex nimio ardore. ¶ Cucurrit nunciare diſcipulis, vt aut ſecum quęrerent, aut ſecum dolerent. ſublatum à monumento. Cucurrit ergo, & uenit ad Simonem Petrum, & ad alium diſcipulū, quem diligebat Ieſus: & dicit illis: Tulerūt a ¶ In Græcis codicibus additur, meum, propenſiore charitatis & famulatus affectu. dominum de monumento, & neſcimus ubi poſuerunt eum. Exiť ergo a ¶ Quō aūt venerunt, regreſſus narrat: Curre. aute duo. Petrus & ille alius diſcipulus: & uenerunt ad monumentum. Currebant aūt duo ſimul: & ille alius diſcipulus præcucurrit citius Petro, & uenit † primus ad monumentum. Et cùm ſe inclinaſſet, uidit poſita lintheamina, non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus ſequēs eum, & introiuit in monumentū: & uidit a ¶ Per decurſum huius mundi: Iudæi per legis literā, Gentiles per legem naturæ. ¶ Sacræ ſcripturæ ſacramenta. lintheamina poſita, & ſudarium qd' fuerat ſuper caput eius, non cùm lin familiares: aliį aūt ſicut diſperſi fugerāt. pter qd' ī plurib⁹ locis legūť iſti duo apłi ſimul cōbinati, vt & dictū eſt ſuperi⁹ xviij. ca. in ſequēdo Chriſtū captū. & Act. in.a. ſimul aſcēdendo in tēplū, &. viij.c. ſimul miſſi ſunt ad Samaritanos, vt darent eis ſpm̄ſctm̄. c ¶ Et dicit illis: Tuler. dominum de monumento. Timebāt em ne Iudęi corpus Chriſti aſportaſſent, vt ei ignominiam facerent. f ¶ Exiť ergo Pe. Hīc ponitur rei nunciatæ inquiſitio, cùm dicitur: Exiť ergo Pe. & ille aliꝰ di. vt viderent factum. Modus autem veniendi oſtenditur, cùm dicitur: g ¶ Currebāt duo ſimul. ex deſiderio videndi. h ¶ Et ille aliꝰ diſ. præ. ci. Pe. qa erat H iunior & agilior. i ¶ Et cum ſe inclinaſſet. ad videndum ſupple per oſtium ad liųs ędificij, intra quod corpus Chriſti erat ſepultum: quia ſepulchrum erat factū ad modum cuiuſdam domunculæ lapideæ, intra quam erat ſepulchrum Chriſti poſitum: & ideo erat ibi quoddam oſtiolum, per quod erat ingreſſus ad illum locum. Sic enim fiebant ſepulchra Iudæorum antiquitus, & maximè magnarum perſonarum, vt eorum filį poſſēt ibi ſepeliri. propter hoc dicitur frequenter. iij. &. iiij. Regū. de regibus Iuda: Sepultus eſt in ſepulchro Dauid, &c. k ¶ Vidit poſita lin. i. bene diſpoſita & plicata, ad oſtendendū ꝙ corpus nō fuerat ſublatum: quia ſimul ſuiſſent lintheamina aſportata, & maximè quia erant fortiter adhærentia corpori pter vnctionem. & ideo per hoc apparebat, quòd ſic verè ſurrexerat. l ¶ Non tamen introiuit, propter Petri reuerentiam, quem expectauit, qa erat ſenior ipo, & inter apoſtolos principalior. m ¶ Venit ergo Simon Petrus ſequens eū. Patet litera vſq; ibi: n ¶ Et ſudarium, quod fuerat ſuper caput eius &c. po. ſ. confuſe & indiſtinctē.

*Nicolaus de Lyra.*

familiares: aliį aūt ſicut diſperſi fugerāt. pter qd' ī plurib⁹ locis legūť iſti duo apłi ſimul cōbinati, vt & dictū eſt ſuperi⁹ xviij. ca. in ſequēdo Chriſtū captū. & Act. in.a. ſimul aſcēdendo in tēplū, &. viij.c. ſimul miſſi ſunt ad Samaritanos, vt darent eis ſpm̄ſctm̄. c ¶ Et dicit illis: Tuler. dominum de monumento. Timebāt em ne Iudęi corpus Chriſti aſportaſſent, vt ei ignominiam facerent. f ¶ Exiť ergo Pe. Hīc ponitur rei nunciatæ inquiſitio, cùm dicitur: Exiť ergo Pe. & ille aliꝰ di. vt viderent factum. Modus autem veniendi oſtenditur, cùm dicitur: g ¶ Currebāt duo ſimul. ex deſiderio videndi. h ¶ Et ille aliꝰ diſ. præ. ci. Pe. qa erat H iunior & agilior. i ¶ Et cum ſe inclinaſſet. ad videndum ſupple per oſtium ad liųs ędificij, intra quod corpus Chriſti erat ſepultum: quia ſepulchrum erat factū ad modum cuiuſdam domunculæ lapideæ, intra quam erat ſepulchrum Chriſti poſitum: & ideo erat ibi quoddam oſtiolum, per quod erat ingreſſus ad illum locum. Sic enim fiebant ſepulchra Iudæorum antiquitus, & maximè magnarum perſonarum, vt eorum filį poſſēt ibi ſepeliri. propter hoc dicitur frequenter. iij. &. iiij. Regū. de regibus Iuda: Sepultus eſt in ſepulchro Dauid, &c. k ¶ Vidit poſita lin. i. bene diſpoſita & plicata, ad oſtendendū ꝙ corpus nō fuerat ſublatum: quia ſimul ſuiſſent lintheamina aſportata, & maximè quia erant fortiter adhærentia corpori pter vnctionem. & ideo per hoc apparebat, quòd ſic verè ſurrexerat. l ¶ Non tamen introiuit, propter Petri reuerentiam, quem expectauit, qa erat ſenior ipo, & inter apoſtolos principalior. m ¶ Venit ergo Simon Petrus ſequens eū. Patet litera vſq; ibi: n ¶ Et ſudarium, quod fuerat ſuper caput eius &c. po. ſ. confuſe & indiſtinctē.

Moraliter. a ¶ Vna autem ſabbathi Maria Magdalenæ uenit mane, cum adhuc tenebræ eſſent, ad monumentū & uí. Per iſtā quę præ oībus fuit ſollicita videre Chriſti ſepulchrū qd' patet ex hoc ꝙ venit mane cū adhuc eſſent tenebrę, & qa recedē tib⁹ apłis nō recedebat, ꝓpter qd' ei dn̄s priò apparuit: ſignificat ꝙ libet perſona de cognitiōe veritatis diuinæ valde ſollicita, & ꝓ hoc meretur hanc aſſequi cognitionem Matthæi. vij.a. Petite & dabit vobis: quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis. Et talis debet veritatem agnitam alįs nunciare, ſicut Maria diſcipulis nunciauit, ne de abſcondito talento debeat meritò reprehendi. Mat.7.a.

* Sed ſepa Moraliter

* Cum ſero

ne intrabit. a ¶ Separatim. Quia sacra diuitatis incōprehēsibila
A à nra infirmitatis cognitione remota sunt. In inuoluto, nec finis,
nec initiū aspicitur. Sic celsitudo diuitatis nec cœpit esse, nec desi
nit. b ¶ In unū lo. qa in scissura mēbriū deus nō est, sed ī unitate.
Vel, sudariū capitis passio Christi, cui⁹ sacra ifidelib⁹ sunt occul-
ta, seorsū, qa lōgè à nostra: quia ille spōte
& sine culpa passus, nos inuiti cū culpa.
c ¶ Nondū e. scie. s. usq; adeo, ut cū ab
ipso dño apertè diceretur: ppē cōsuetudi
nē ab eo audiendi pabolas, non intellige
rēt, d ¶ Plorās. Iā plus de sublato q̄ de
occiso plorat, qa tanti magistri cuius vi
ta subtracta fuerat, nec memoria remane
bat, & iste dolor ibi eā tenebat. e ¶ Dū
ergo &c. p. in m. Cū eū sciret ibi nō eē,
sed qa nimis dolet, nec suis oculis, nec ocu
lis illorū duorū credentiū putauit. Vl po
tius diuio instinctu hoc factū est. f ¶ Vi
dit duos a. Angeli, i. nūcij significāt euā
gelū Christi, à capite usque ad pedes. i. ab
initio usq; ad finem eē nunciandū. Et ille
ex passione sua erat nunciandus: quia de⁹
est añ secula, & hō in fine seculi. Sedet er
go angelus ad caput, cū dicit: In pricipio
Supra. 1. 2. erat v̄bum. Ad pedes, cū dicit: Verbū ca-
Ibidem. b. ro factum est. Vl duo angeli duo testamē
ta, unum prius, aliud sequens. Cōiuncta,
dū pari sensu incarnatū, mortuum, resu-
scitatum nūciāt. g ¶ Quid plo. Q. No
li peccare. Prohibēt lachrymas q̄dāmodo
nūciātes gaudiū. At illa putās eos interro
gare nescientes, pdit cām lachrymarū: qa
tule. do. meum. i. corpus' domini mei.
h ¶ Et nō scie. qa tergū ad eū habebat,
quē non resurrexisse credebat. quia ama
bat, & dubitabat: videbat, & non cogno
scebat. i ¶ Quē quæ. nō q̄ dubitet quē
requireret: sed qa illa quē quærit ignoret:
B nō em̄ q̄rit Christū, sed quē putat raptū.
k ¶ Domine. Quē putat hortulanū di
cit dñm, ut honorificaret hoīem à q̄ roga
bat beneficium. Nec sic dicit eū dominū,
sicut illū quē querit sublatum. Iesū verò
agnoscēs vocat magistrum: qa recolit. eū
à quo discernere humana & diuina disce-
bat. l ¶ Si tu sustuli. nō dicit quē, quia
hoc in aīo agit vis amoris, ut quē semper
cogitat nullum alium ignorare credat.
m ¶ Maria. Postq̄ cōi noīe vocauit, &
non est agnitus: vocat ex noīe, ac si dicat
recognosce eum à quo recognosceris.
n ¶ Noli me tan. Hīc innuit, q̄ pedes
eius amplecti voluit. Meritò nō tangit, q̄
non videt: nam qui videt, tangit. Dicit
ei Ie. No. Fidem' docēs, & in corde ei⁹, ut
hortulanus seminat dicit: Noli me tan. non q̄ nollet tangi nisi cū
ascendisset, cū & mulieres & alij in terra eū tetigisse legantur, & nō
sedentē in cælo. Vult ergo sic se spāliter tangi. i. sic se credi, ut sit æ-
qualis patri. Et quia ista adhuc carnaliter in eum credebat, quem si
cut hominem flebat, audit: Noli me tangere. id est sic credere,
quia in corde tuo nondum credis me æqualem: ascendi ad patrem.
id est nondum credis me æqualem patri, tunc tanges cū nō imparē
credes. In

## *Nicola. de Lyra.*

a ¶ Sed sepa. inuo. i. bñ plicatū. b ¶ In unū loc. Hoc factū
est ad ostendendū resurrectionē factā. sequit: c ¶ Et uid. & cre.
Hoc exponitur dupliciter. Vno modo sic: Vidit. s. ea q̄ dicta sunt
à Maria. Et credidit. esse verū. s. q̄ corpus Christi esset sublatū de
monumento, & nō cogitauerūt de Christi resurrectione. & iō sub-
dit: Nondū enim sci. scri. qa opor. eū à mor. re. Alio mō expo
nitur, sic: Vidit. s. lintheamina & sudariū, sic dispōsita & plicata, ut
dictū est. Et credidit. resurrectionē Christi iam factam. & subdit
cā q̄re ante non credebat, cū dicitur: d ¶ Nōdū enim sciebāt
scrip. & ideo non ex scriptura, sed ex signis visis credebant resurre-
ctionē Christi iam factam. e ¶ Abierūt ergo. Hīc ostendit q̄liter
Maria puenit ad angelicam visionē, cū dī: Abierūt er. ite. disc. s.
Petrus & Iohānes nō audentes diu manere iuxta sepulchrū, ꝓpter
metū iudæor. s. ¶ Ad semeti. i. ad locū vbi prius latitabāt, & vñ
ad sepulchrū

a theaminibus positū, sed separatim a
b inuolutum in unum locum. Tunc b
ergo introiuit & ille discipulus, qui
a ¶ Vacuum sepulchrum.
uenerat primus ad monūmentum,
a ¶ Non quidem resurrexisse, sed sublatum esse.
c & uidit, & crēdidit. Nondum enim c d
¶ Cur nondum?
sciebant scripturam, quia oportuit
a ¶ Cum crederent ablatum.
eum à mortuis resurgere. Abierunt e
a ¶ Vbi habitabant.
ergo iterū discipuli ad semētipsos. f
a ¶ Quam fortior hæc erat affectus.
Maria aūt stabat ad monumentum g h
¶ Cum aliis duabus.
d foris plorans. Dum ergo fleret, incli i k
e nauit se & prospexit in monumen
f tum. Et uidit duos angelos in albis l
sedentes, unum ad caput, & unum m n
ad pedes, ubi positum erat corpus
g Iesu. Dicūt ei illi: Mulier quid plo- o
ras? Dicit eis: Quia tulerunt domi- p
a ¶ Hæc est maior causa doloris.
num meum, & nescio ubi posuerūt
eum. Hęc cùm dixisset, conuersa est q
h retrorsum, & uidit Iesum stātem, & r
¶ Redarguens eam.
nō sciebat quia Iesus est. Dicit ei Ie- s
a ¶ Quæ non credit adhuc est mulier, adhuc corporei
sexus appellatione signatur. b ¶ Quasi non lachrymas
nudas, sed fidē exigo. bonæ lachrymę si Iesum agnoscas.
c ¶ Interrogatur causa doloris ut augeatur desiderium.
i sus: Mulier, quid plōras? Quē quæ- t
a ¶ Non penitus falso, quia in eius mente seminabat.
ris? Illa æxistimans quia hortulanus
k l esset, dicit ei: Domine, si tu tꝫ sustuli- v x
sti eū dicito mihi, ubi posuisti eū: & y
m ego eum tollam. Dicit ei Iesus: Ma- z
a ¶ Prius corpore conuersa putauit quod non erat, nūc
conuersa corde quod erat agnouit.
ria. Conuersa illa dicit ei: Rabboni, a
quod dicit magister. Dicit ei Iesus: b
n Noli me tāgere. Nōdū enim ascēdi c

Mulier q̄d plo. non petit quasi ignorans, sed vt ex eius resp̄sio-
ne conuenientius eam instruat. t ¶ Illa existi. qa hor. esset. Scie
bat enim, q̄ milites de sepulchro fugerant; & ideo neminem crede-
bat aduenisse nisi illum cui incumbebat illa cura horti seruandi, in
quo erat monumentum. v ¶ Dicit ei: Domine si tu su. eum.
Non dicit, si tu sustulisti Iesum crucifixum, loquēdo determinatè,
sed eum in generali: quia modus est feruenter amantium æstimare
q̄ omnes cogitent de eo quod habēt cordi. x ¶ Dic. mi. ubi po.
eum, & ego eum tollā. Ex virtute enim amoris credebat se posse
portare tantum corpus etiam mortuum: quia feruenter amanti ni
hil videtur difficile. y ¶ Dicit ei Ie. Maria. Vocat eam proprio
nomine, ut eam magis intentam faciat: & talem se ei exhibet, vt co-
gnoscatur. z ¶ Conuer. il. s. oculis mentis, sicut & oculis corpo-
ris. a ¶ Dicit ei: Rab. Sic enim consueuerat eum appellare ante
passionem: quia doctores apud Iudæos vocant magistri. b ¶ Di
cit ei Ie. Noli me tan. Illa enim ex deuotione voluit statim oscu
lari pedes eius, sed prohibita est, secundum Aug. quia erat indigna
propter fidei defectum. ideo subditur: c ¶ Nondum enim ascē-
ad patrem me. i. in corde tuo non credis me peruenisse ad æquali
tatem patris. Aliter exponitur secundum Chrys. & melius, vt vide-
tur. Ad cuius intellectum sciendum, q̄ apparuit Mariæ ī cōsimi cor-
pore secundum apparentiam, quale habebat ante passionem, & nō
in illa claritate, quæ est proprietas corporis glorioſi: & ideo Maria
credebat

C
Angelica apparitio ad q̄d fiat
D
†a portasti

credes. In hac figuratur ecclia de gentibus, q̄ in Christū non credit, nisi eū ad patrē ascendit. ¶ Mystice, noli me tāgere: Noli manum maioribus adhibere, sed vade ad pfectiores, qui facilē resurrectionem credant. Mulieribus enim in ecclia docere non permittitur.

Mystice

a ¶ Venit Ma. Ibi culpa abscinditur, vnde, pcessit. Mulier mortē viro propinauit: modo mulier vitam nunciat viris: & quę tunc verba serpentis, modo narrat ỹ ba viuificatoris. acsi ipsis rebus dicat deus, de qua manu illatus est potus mortis, de ipsa suscipite potum vitę. b ¶ Cū ergo esset. Hoc ipso i die resurrectionis factum est, in quo quinquies Iesus apparuit. Primò Mariæ Magdalenæ. secundò eidem cū alijs currenti nuncia rediscipulis volētibus. tertiò Petro, quartò Cleophæ & socio eius, quintò discipulis ianuis clausis prædictis duobus iam reuersis. c ¶ Ostēdit eis. Post resurrectionem in corpore suo dñs duo cōtraria ostēdit, & palpabile eiusdē naturæ vt formet ad fidem, & incorruptibile alterius glorię vt inuitet ad prēmium. d ¶ Di. ergo e. ste. Pax. Pacem offert, q̄ ppē pacē venit: iterat, vt monstret per suum sanguinē eē pacificata quæ in cęlis sunt & quę in terra. e ¶ Acci. spi. Aug. In terra datur spirit⁹ vt diligatur proximus: è cælo datur spūs, vt diligatur de⁹. f ¶ Quorū re. pe. Ecce charitas, q̄ p spm̄ sctm̄ infundit cordib⁹ eorū. Qui participes sui sunt, peccata dimittit: eorū qui nō sunt, tenet. Et iō postq̄ dixit: Accipite spm̄ sctm̄, continuò subiecit: Quorū re. pec. g ¶ Tho. au. ex. Nō casu, sed diuina dispositione defuit Thomas & audita nō credidit. vñ palpādū se ei dominus prębuit, qa eius dubitatiōe & facta sibi, phatiōe nulli relinqtur iam dubitare. h ¶ Qui di. Di. Didym⁹. i. geminus qa dubius

Christ⁹ qn quies i die Paschæ apparuit.

*Nicolaus de Lyra.*

credebat ipsum resurrexisse ad vitam

F

† r. q. r. remissionē.

ad patrem meum. Vade autē ad fra[a] tres meos, & dic eis: Ascendo ad pa[b,c] trem mēum & patrem uestrum: [d] deum meum & deum uestrum. Ve[e,f] nit Maria Magdalenæ annuncians discipulis, quia uidit dominum, & [g] dixit mihi hęc. Cùm ergo esset sero, [h] die illo, una sabbathorū, & fores es[i,k] sent clausæ, ubi erāt discipuli cōgregati propter metum Iudæorum: uē[l] nit Iesus, & stetit in medio, & dixit[m] eis: Pax uobis. Et cùm hoc dixisset, [n] ostendit eis mānus & latus. Gauisi[o,p] sunt ergo discipuli uiso domino. [q] Dixit ergo eis itērum: Pax uo[r] bis. Sicut misit me pater, & ego [s,t] mitto uos. Hæc cùm dixisset, īsuf[v] flauit, & dicit eis: Accipite spiritum [x] sanctum. † Quorum rēmiseritis pec[y] cata, remittuntur eis: & quorum re[z] tinueritis, retenta erunt. Thomas[a,b,c] autem unus ex discipulis duode[d] cim, qui dicitur † Didymus, non[e] erat cum eis quando uenit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli:

a ¶ Nauæ.

a ¶ Non ait communiter nostrum, sed meum & uestrum, quia differunt. b ¶ Gratiæ.

a ¶ Qui ego homo. b ¶ Quia vos ab errore liberauit. ¶ Sub quo & homo sum.

a ¶ Moli corporis vbi erat diuinitas. ostiu clausa non obstiterunt, sicut & natus fuerat de virgine.

a ¶ Die dominica eiusdem resurrectionis.

a ¶ Vbi ad dubitandum corda sananda vulnerum sunt sed uata vestigia.

a ¶ Iteratio, confirmatio est. dat eis pacem super pacem, sicut promisit per prophetam.

a ¶ Aequalis est pater filio. sed hæc verba mediatoris sūt. Ille misit me, ego vos. ¶ Id est ad passiones, etsi amet, qui ea charitate vos mitto ad mala, qua pater me misit.

a ¶ Insufflatio significauit spiritum sanctum, non patris esse solum spiritum, sed suum.

a ¶ Id est quos dignos remissione iudicaueritis, duabus .s. claubus, videlicet potestate & discretione.

post sabbatum, vt prædictum est. k ¶ Et fores. propter metum Iudæorum. Hoc etiam ex diuina ordinatione factum est, vt Iesus intrans ad discipulos ianuis clausis, ostenderet se habere corp⁹ glorioſum. m ¶ Et dixit eis: Pax uobis. Et hoc est contra duplicē eorum perturbationem. Erant ēm conturbati de morte ipsi⁹ Christi, & de pſequutione Iudæorum existente. Poterant enim eos per suam pſecutiam custodire, & de resurrectione certificare. vñ subditur: n ¶ Et cum hoc dixisset, ostendit eis ma. & la. vt per cicatrices remanentes ostenderet identitatē numeralem corporis prius passi. Ista ēm in corpore Christi remanserunt, nō ad defectum sed magis ad gloriam: propter victoriam ex illis vulneribus cōsequutam. q ¶ Gauisi sunt. Hic consequenter ponitur huius apparitionis effectus, qui ē duplex. Primus est discipulorū exultatio cōtra duplicem tristiciam ipsorum amotā: scilicet de morte Christi, & Iudæorū metu inquantū ad hoc dicit: Gauisi sunt ergo discipuli. Secundus est eorum istructio, & quantū ad hoc subditur: r ¶ Dixit ergo eis iterum: Pax uo. quia volebat eos instruere de pace futura, q̄ erat q petua. s ¶ Sicut misit me pater. ad veritatem fidei docendā in Iudæa. t ¶ Et ego mitto uos. i. mittam ad hanc veritatem publicandam per totum mundū. Et quia exequutio huius officij nō potest cōuenienter fieri sine gratia spiritus sancti, iō sequitur: v ¶ Hæc cum dixis. insuf. Per illam īsufflationem ostendere voluit spiritum sanctum à se procedere, sicut p cedit à patre. y ¶ Quorum remiseri. peccata, re. eis. Licet enim solus de⁹ principaliter peccata dimittat, tamen ministri ecclesiæ per virtutem clauium ad hoc misterialiter operantur. z ¶ Et quo. re. i. retinenda iudicaueritis. a ¶ Reten. e. hoc tamen intelligendum est, quando iudicium ecclesiæ diuino iudicio conformatur. b ¶ Thomas. Hic ponitur apparitionis Christi denunciatio absente discipulo, cū dicitur: Thomas autem unus ex duodecim, qui dic. Dy. hoc erat cognomen eius, & sonat idem quod gemin⁹. quia fortē erat de tribu Beniamin, de cognatione gemini. Vel secundū alios sonat idem quod dubius: quia propter dubium de resurrectione quod Thomas habuit, iō sic cognominatus fuit. c ¶ Vnus de duode. Non quòd tunc essent duodecim cū Iudas esset mortuus: sed qa erat vn⁹ de duodecim electis in principio à Christo. Vel quia connumerat hic Matthias postea electus in loco Iudæ, quia Iohannes hoc euangelium scripsit post eius electionem, vt patet ex prædictis in principio huius operis. d ¶ Non erat cum eis. Ipse enim inter alios apostolos videtur fuisse magis timidus, vt supra dictum est, xj. ca. & ideò tardius cæteris venit ad locum vbi congregabantur discipuli: & ideo propter tarditatem suam priuatus est illa visiōe Christi. Hoc autem factum est diuina ordinatione vel permissione secundum quod dicit Grego. vt ex sua absentia sequeretur dubitatio, & vlterius in dubitatione obstinatio, & per consequens diligens inquisitio ad nostram confirmationem. e ¶ Dixerunt ergo ei alij discipuli. quia boni rumores citò denunciantur.

† Gemi

Actuū

Vidimus

Moraliter

a ¶ Cum sero esset die illo. sequitur: l ¶ Venit Iesus & stetit in medio. Per Iesum qui salus interpretatur, prælatus bonus zelum salutis animarum habens, significatur, qui saluans clausurā virtutū ad subditos ingredit, & stat i medio virtutis ad dādū eis exemplū. & in medio debitæ afflictionis sine acceptiōe psonarū. & sic dicit eis bis: Pax vobis: optando eis & procurando quantum potest pacem duplicem scilicet fraternam & supernam. o ¶ Ostendis eis manus. id est opera virtuosa. p ¶ Et latus. id est vera charitatis signa. x ¶ Et di. e. s. illos ad ordines sacros promouendo, qui sunt idonei ad laborem salutis animarum. ideo subditur: y ¶ Quorum re. pecca. &c. Thomas autem un⁹. Sequitur: à Ille autem

dubius Thomas.i. abyssus: quia dubitando profundius nouit.

A a ¶ Respōdit. Videbat & tangebat hoīm: & sup hoc deū credebat iam remota dubitatiōe, & confitebatur quem nō videbat.

b ¶ Quia ui. Nō ait terigisti, sed vidisti: qa vis⁹ q̄dāmō generaf sensus est q de alijs q̄tuor dici solet. Forsitan nō fuit ausus tāgere: sed aspicēdo tm, seu etiam tāgēdo credit.

COMMVNI mortalium generi hoc ferè à natura inditum est, lector Christiane, ut nouarum rerum semper plus æquo simus appetentes, licet ex consuetis longè plus emolumenti & commoditatis capias. Vnde iampridem pernicio sissima illa opinionum uarietas & dissensio in religionem Christianam irrepsit, ut sacrarum literarū tyrones adhuc & elementarij temeraria quadam nouitatis auiditate sanctissimis ueterum doctorum scriptis & monumentis repudiatis, ineptorum quorum libet neotericorum nouis inhient tantum paradoxis. Quæ res hoc malū literariæ Reipublicæ ingessit, ut hac (proh dolor) tempestate nihil nisi recens, & varijs nouitatis salibus conditum studiosorum palato sapiat, nihilque pene admittatur, nisi Ciceronianam redoleat eloquētiam, quod affectus moueat, quod splendida seu potius fucata orationis suauitate aures demulceat. Vnde non pauci ampliss imæ alioqui indolis iuuenes à uero diuinæ scientiæ tramite in abstrusissima deuia aberrarunt, qui se totos prophanis uocum nouitatibus (quas summus ille diuini uerbi præco Paulus multis in locis detestatur, & à Christianorum auribus uult esse alienissimas) mancipantes, complurium doctissimorum ueterum scripta cum ob uetustatem, tum ob incomptam præcipuè dicendi phrasim non sine ingenti fastidio è manibus reiecerunt. Inter quos cum plures sint, quàm ut omnes enumerare possimus, præcipui tamen sunt, qui superioribus temporibus ante nostram ætatem in sacros libros sunt commentati, atque illi nimirum qui Glossam (ut uocant) ordinariam in Vetus atque Nouum testamentum confecerunt, uiri citra assentationem undecunque doctissimi, licet aliquantulum in scriptis illorum adhuc comperias barbariei, quæ non illis, sed ætati imputanda est, in qua cultiores literæ ueluti mucoso quodam situ obrutæ & sepultæ iacebant. Nos igitur qui in tam felici ætate nati sumus, in qua omnes bonæ literę & linguæ renatæ atq; in pristinum uigorem restitutæ sunt, non solum incultam illorum barbariem æqui bonique consulere debemus, uerumetiam dignas illis referre gratias, qui in tantis literariæ rei tenebris, quæ omnia ea ætate offuscabant, ea nobis maximis suis sudoribus & uigilijs pepererunt, posterisque suis reliquerunt, sine quibus uix ad genuinam sacrarum scripturarum cognitionem peruenire possimus. Quamobrem nos nostri muneris non immemores, cum uideremus cæteros ferè typographos nouis excudendis libris occupatissimos, singulari quadam erga studiosos pietate ducti, ne ueteres illi orthodoxi doctores optimè de religione nostra meriti perpetua premerentur oblitione, Glossam ordinariam in Biblia sacra à uiris doctissi. contextam, iam animis hominum penè elapsam, ac multis annis à typographis omissam in lucem reuocare studuimus, sed noua quadam illi prius forma & facie inducta, mendis omnibus repurgata, ac tali iam restituta nitori, ut qui rebus studet nouis, hoc non secus ac nouo ac recens in lucem edito opere frui possit. Cum enim antehac deformi & obscuro admodum charactere opus fuerit excusum, nos quàm potuimus commodissimo, eleganti ac nouo in publicū emitti curauimus. Quæ ex Hebræis aut Græcis codicibus aliquando corruptè citabantur, propr̄ijs characteribus sunt à nobis nunc restituta. Vbi item à translatione nostra dissidet Hebraica ueritas in Veteri testamēto, aut Græca in Nouo, id nos in margine hoc signo † crucis diligenter annotauimus. Et ne quippiam in hac editione desideraretur, uarias Latinorū codicū lectiones eadē notula adiecimus: eaque omnia potissimū ex Biblijs Roberti Stephani deprōpsimus, hominis multum de studiosis omnibus meriti, atq; literis iuuandis, codicibusq; deprauatis in integrum restituendis uigilantissimi. Præterea ▷ obelisco confodimus, quod in Hebraicis uoluminibus non legitur. * Asteriscō autem usi sumus, quoties Hebræa plus habent quàm nostra translatio. Habes hîc Christiane lector breuibus hac in editione obseruanda, habes in edendo hoc opere sumptus nostros, labores haud exiguos, curam atque industriam maximam: tu si pij atque grati hominis partes fouere niteris, placida fronte suscipito, quicquid longa tibi nostra tandem protulit diligentia. Vale.

Lugduni, XI. Calend. August.

# Index in Gloſ. ordi. & Poſtil. Nic. de Lyra.




AA DOMINE deus &c. Ab aliquibus expoſitoribus ratio ponitur quare ter ponitur: ſed eſt ex ignorantia Hebraici ſermonis . parte 4.fol.3.C. & fol.118.D. Eſt enim apud Hebræos vna dictio ex tribus literis cõpoſita: quæ ſic ſonat aha: aduerbiũ admirãdi.fol.132.C.&fo.157. A.dicitur:& hæc dictio eſt quædam interiectio, exprimens dolorem. & fol.218.H.dicitur.& eſt interiectio admirantis ſeu conquerentis. & fol. 240.G. & fol .353.B.

Aaron natus fuit tribus annis ante Moyſen, & ante præceptum de ſubmerſione maſculorum Hebræorum. parte.1.fol.132.G. H.& fol.125.B.

Aaron & Moyſes, ſancti ſunt,& perfecti. Et magis euangelĩ, quã legis diſcipuli oſtenduntur. parte.1.fol.291.G.& fol.298.H.

Aaron aliquando prꝫponitur Moyſi,aliquãdo etiam Moyſes, prꝫponitur cũ ſimul combinãtur:& quare. parte.1.fol.136.G.

Aaron quomodo dicitur propheta Moyſi,parte.1 fol.137.B.

Aaron licet non dicatur propriè propheta,habuit tamen reuelationem à deo immediatè. parte.1 fol.133.F.& fol.137.D.

Aarõ quomodo fuit cõſecratus in pontificem per Moyſen,cum ipſe non eſſet ſacerdos .parte.1.fol.228.H.& fol.229.C.

Aaron erat ordinatus in his quæ pertinebant ad populũ. Moyſes autẽ in his quæ pertinebant ad deum. parte.1.fol.142.D.

Aaron & Moyſes ſufficiunt, vt tota gens Iſraelitarum ſaluetur Quid amplius eſt in his duobus, quæ tanta virtus, quod meritũ, quòd ſexcentamillia, & eo amplius liberentur, & in Sodomis ad minus decem requirebantur, per quos vix ſaluarentur qui habitabant pentapolĩ parte.1.fol.291.F.

Aaron inter ſacrificia,ſemper in humeris ſicut & in pectore portabat nomina patriarcharũ tribꝰ de cauſis. parte.1.fol.189.E.

Aaron cum in Exodo octo veſtibus induendus aſſeueretur, in Leuitico nonum addi videtur, baltheus ſcilicet, quo linea tunica ante indutã hyacintinã prꝫcincta erat parte.1.fol.192 .F.

Aaron & filĩj eius minoresq; ſacerdotes diuerſo modo vngebãtur, parte.1.fol. 196.H.

Aaron quatuor filĩj cum eo in ſacerdotium electi ſunt,ſed duobus in ſtatu ſuo manentibus, alĩj igne diuino exuſti ſunt &c. parte.1.fol.269.B.

Aaron ſoli & filĩjs ſuis licuit diuina miſteria nudè videre. parte 1.fol.272.A.B.C.

In Aarõ ſupplicãdi deo&obſecrãdi forma daꝫ. parte.1.fo.291.F

Aaron vt dicit Rab. Sal. depinxit cum ſtilo in tabula formam vituli,& tradidit artificibus,vt facerent ad ſimilitudinẽ illius &c. parte.1.fol.158.C.&.fol.159.G.

Aaron qua intẽtione iuſſit colligi inaures & ornamenta vxorum & filiarum , quãdo Hebræi petebant, vt faceret eis deos: parte.1.fol.158.B.C.& fol.159.E.

Aaron,vt aliqui dicunt proiecit aurum in ignem vt ibi periret, nonvt idolum fieret, ſed opere diaboli formatus eſt inde vitulus &c. parte.1.fol.159.G.

Aarõ quid intendebat in fabricatione vituli, cum ipſe ſciret, quòd vitulus ille non poſſet deducere populum, nec etiam intendebat vt adoraretur vt deus parte.1.fol.200.H.

Aarõ an & quomodo peccauerit in facto vituli. Et an peccato idololatriæ.parte.1.fol. 200. G.

Aaron peccatum, an aggrauetur multum ex magnitudine documenti quod in populo fuit ſubſequutũ .parte.1.fol.201.B.

Aaron tribuitur illud totum malum quòd populus fecit, quia conſenſit ad faciendũ quod malꝫ petiuerat.parte.1.fol.199.E.

Aaron peccatum in fabricatione vituli, an fuit tantꝫ grauitatis, vt ipſe cũ poſteritate ſua deberet diſperdi. parte.1.fol.232.H. & fol.233.A.C.

Aarõ,an per mendacium ſe excuſauit apud Moyſen.parte.1.fol. 158.G.& fol.200.H.& fol.201.A.B.G.

Aaron,quare,quando,& ubi peccauit &c.parte.1.fol.297.D.& fol.299.B.

Aarõ ante defunctus eſt quã Iſrael in aliquã partẽ terræ promiſſionis intraret: Moyſe autẽ adhuc viuẽte capta eſt terra Amorreorum &c, & quid per hoc deſignatur. parte.1.fol.314.B.

Aaron quare mortuus eſt ante ingreſſum terræ promiſſionis, parte.1.fol.318.E.

Aaron vbi&quomodo mortuꝰ eſt, & an Eleazar filiꝰ eiꝰ & ſucceſſor in ſacerdocio, ſepeliuit eum.Et an in mõte Hor, vel in Moſera ſepultus ſit.parte.1.fol.298.E.F.Et.fo.324.D.Et fol.331.A.

Abacuk vaticiniũ habuit contra Nabuchodonoſor & Chaldeos,ſiue Babylonẽ,A quibus terra Iuda vaſtata eſt,& Ieruſalẽ. Ab templumq; ſubuerſum, parte.4. fol.389.G. Et fol.390.F.

Abacuk hiſtoria de miſſione eius ad Danielem apud Hebræos non legitur. parte.4.fol.389.H. Et in textu.

Abacuk liber ſcriptus fuit per magnum tempus poſt mortem Ioſue,ſilicet poſt octingentos annos & plus.parte.1.fol.16.C.

Abagarus rex qui regnauit iuxta Euphraten ſcripſit Chriſto ſaluatori epiſtolam,vt habetur in Eccleſiaſtica hiſtoria.parte 5.fol.17.G.

Abba pater, vtriuſque verbi eadem ſignificatio,tamen vnum eſt Græcum , & aliud Latinum. parte.5.fol.116.D. Item parte.6. fol.18.F.Et fol.84.F.Et ibidem.H.ſic dicitur,hæ duæ dictiones ſunt idem ſignificantes. Prima Hebraica,vel potius Syriaca: tamen ea cõmuniter vtuntur Hebræi, quia lingua Syra & Hebræa ſunt propinquæ. Secunda Græca &c.

Abba pater, quid myſterĩj continet, quòd ſimul ponuntur hæc duo verba,cum idem ſignificent.parte.6 .fo.18.F.&fol.84.F.

Abdias ſub quo regum prophetauit.parte.4.fol.370.E.

Abdias ſecundum doctores Hebraicos et Latinos fuit diſpenſator domus Achab regis Iſrael qui pauit prophetas quinquagenos & quinquagenos &c.parte.4.fo.370.H.

Abdias donum prophetiæ conſequutus eſt, quia adſcondit centum prophetas, ſaluans eos à morte contra perſequutionem Iezabelis.parte.2.fol.155. D. Item parte.4.fol.370.H.

Abdias ſecundum doctores fuit tertius quinquagenarius, qui timens deum humiliauit ſe corã deo & Elia ejus ſeruo, & non fuit combuſtus per ignẽ,ſicut cæteri.parte.2. fol.162.B.

Abdias prophetauit contra Idumeos,qui debebãt Iudæos diligere,eo quòd à duobus fratribusdeſendiſſent, & ipſi econtrario habuerunt eos odio perſecutoribus auxilium prꝫbendo parte.4.fol.370.H.

Abel & Cain quomodo tipum gerunt duarum generationum, hominũ electorum ſcilicet,& reproborum.parte.1.fol.45.A.

Abel cum ſcribitur in Hebraico cum litera, a ,ſignificat luctum propriè: ſed quãdo ſcribitur cum litera,h,ſilicet quòd dicatur Habel,non ſignificat luctum, ſed vanitatem, tantum.Et ratio huius nominationis &c.parte.1.fol. 47.B.

Abel quare ſibi elegit officium paſtorum, & non potius agricul turam ſicut Cain .parte.1.fol.45.C.D.&.fol.47.B.

Abel de ſua ſanctitate & dignitate commẽdatur, quia primus, martyr,primus ſacerdos,& primus virgo.parte.1.fol.47.D.

Abel quomodo fuit occiſus vtrum cum armis , aut ſine armis, parte.1.fol.47.H.

Abel occiſus eſt in campo Damaſceno,parte.4.fol.359.A.

Abel mortuus fuit ſine generatione.parte.2.fol.189.G.

Abel & Zacharias,perIudæos & ſuos prꝫdeceſſores occiſi, quare magis nominẽtur per Chriſtum,quàm alĩj ante vel poſt natiuitatem Chriſti occiſi:Et quid per eos ſignificetur.parte.5.fo. 72.H.& fol.156.E.

Abel nomen eſt ciuitatis fortis &muratæ.parte.2.fol.118.F.

Abeſſalon videtur eſſe alius ab Abſalon filio Dauid.parte.2.fol. 152.E.& fol.3,A.

Abies & de eius proprietatibus.parte.4.fol.92.E.

Abiꝫcienda vel abiecta quæ putantur apud homines ,apud deum aliquam habent vtilitatem,& aliquid operis neceſſarĩj.parte.1.fol.229.E.F.

Abimelech pepigit fœdus cum Abraham quꝫrens amiciciam eius triplici ratione.parte.1.fol.76.G.

Abiſſus pro quo accipitur cum dicitur. Et erant tenebræ ſuper faciem abiſſi.parte.1.fol.30.E.

Abyſſus duplici modo accipitur cum dicitur:Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.parte.1.fol.24.B.C.

Abyſſus qua ratione dicitur congeries elementorum. parte.1. fol.24.C.D.

Abyſſus anima humana dicitur, & quare. parte.1.fol.23.H.

Abyſſus cum in geneſi memoratur,quare nõ addũtur iſtꝫ clauſulæ: Fiat terra ſeu abyſſus. Similiter: Et factum eſt ita: Et vidit deus quòd eſſet bonũ &c. ſicut in cæteris creatis additum eſt.parte.1.fol.30.C.D.

Abyſſus ſi accipitur pro aquarum multitudine impenetrabili, terram vndique circumdante,cur non propriè hoc declarauit, deus dicens: Multitudo aquarum erat ſuper terram, cũ aqua ab omnibus quantumcũque rudibus ſit perceptibilis&c.parte.1.fol.30.C.E.

# Index in Gloſ. ord.


Abyſſi faciem: Si hoc complexum accipitur pro primo mobili, cur ſtatim ipſum nominat aquas: cum dicit: Ferebatur ſuper aquas: ſecundum iſtam expoſitionē. parte. 1. fol. 30. C. E. F.

Abyſſos ſcilicet multitudinem aquarum in gyro vallauit deus: & facta fuit hęc congregatio à deo per certam legem ſeu diſpoſitionem. parte. 1. fol. 31. G.

Abyſſi ſunt profunditates aquarum latentium & maria omnia. parte. 3. fol. 305. A.

Abyſſus dicitur lex noua & vetus. parte. 3. fol. 146. B.

Abyſſi ſunt corda latentium tam bonorum quàm malorum. parte. 3. fol. 288. A.

Ablactatiões duplices ſunt, & qbus tēporibꝰ fiāt. pte. 2. fo. 63. G.

Ablactationis Iſaac in die, quare fecit Abraam conuiuium potius quàm natiuitatis & circunciſionis. parte. 1. fol. 75. F.

Ablatio alicuius rei in iudicio non eſt repetenda quomodo ītelligitur: & etiā in q̄ caſu. parte. 5. fo. 142. D.

Ablatio idolorū p Rachelem facta nō fuit: niſi p ſubtractionē idololatrię patris ſui. pte. 1. fol. 94. D.

Ablutio baptiſmalis q̄ tollit pœna & culpa, vbi & quomodo reperitur figurata. parte. 4. fol. 262. F.

Abominatio in ſacra ſcriptura cōmuniter accipitur pro idololatria, ſeu p aliquo ad idololatriā pertinēte. parte. 1. fo. 355. H.

Abominatio, ſiue offenſa in ſacris voluminibus dicuntur ſimulacra. parte. 2. fol. 238. G.

Abominationes vocant Hebrei illa quę coluntur ab idololatris. parte. 1. fol. 141. C.

Abominatio eſt peccatoribus bonorum religio: ſtultumq̄ videtur incredulis, cum fideles propter dei amorem aduerſa ſuſtinent mundi &c. parte. 3. fol. 322. B.

Abominatio deſolatiōis: poteſt Antichriſtus intelligi, vel imago Cęſaris & Pilatꝰ poſuit in tēplo &c. vel ſtatua Adriani eīſtris parte. 4. fo. 432. A. Item parte. 5. fol. 74. A. & folio. 113. E. F.

Aborſus duplex eſt, ſcilicet, a vita natiuitatis: qui ſcilicet ipſius nulla ſumpſit initia: & eſt aborſus a fide. parte. 1. fol. 285. E. F.

Aborſus dicitur bonus, non abſolutè, ſed alijs comparatus &c. & alius etiam videtur eſſe melior qui nondum natus eſt &c. parte. 1. fol. 285. E.

Abortiuus quid vel qs dicat. pte. 3. fol. 11. B. Itē pte. 6. fol. 57. F.

Abortiui pœna minor ē quā peccatoris adulti. parte. 4. fo. 27. D.

Abortiuus propriè dicitur ſecundum Hebręos fœtus cōceptus: ante animationem deſtructus. parte. 1. fol. 168. H.

Abram, an fuit primogenitus Thare, & Aram vltimus. parte. 1. fo. 59. D. Et. fol. 60. f.

Abraham prius dictus eſt Ram deinde nūcupatus eſt Abram, & tandem Abraham. parte. 4. fol. 100. E.

Abram licet primo vocatus ſit, & poſt Abraham, tamen frequentius nominatur Abraham: quia eſt nomen magis viſitatum: & ſcribenti vel dictanti citius occurrit, nec eſt vis de illo cum per hoc ſententia non mutetur. parte. 1. fol. 59. G.

Abrahę & Sarę nomina quo modo deus mutauit: & ex nomine ſuo tetragrāmaton he literam illis addidit, vt Hebręi dicunt. Et quare nos a literam proferimus, cū he litera addita dicatur. parte. 1. fol. 68. A.

Abram, dicitur quaſi pater excelſus. Abraham verò dicitur quaſi pater multarū: Nam gentium, in nomine non habetur, ſed ſubauditur. parte. 1. fol. 68. A. C.

Abraham commendatur in prophetia Bałaam, & per eum ſtatus populi Iſraelitici. parte. 1. fol. 310. B.

Abraham, an edoctus fuit in aſtronomia, ſimiliter & Iſaac. parte. 1. fol. 83. A. C.

Abram vbi, ſeu in qua terra natus fuit, an ſcilicet in Chaldęa, vel in Meſopotamia. parte. 1. fol. 60. C. Et fol. 61. D. G. Et fol. 8. F. Et fol. 81. H. Et. fol. 83. C.

Abrae pater, eiuſq̄ frater Nachor, vt dicit Rab. Sa. dedinauerūt ad idololatriam. parte. 1. fol. 60. C.

Abram quādo exiuit de Aram, an poſt mortē patris, vel ante & de eius ętate. pte. 1. fo. 69. A. B. C. E. F. Itē pte. 6. folio. 175 G. H.

Abram quod ſit miſſus in ignem fabulantur Hebręi, quia ignē nō luerit adorare quē Chaldei colūt. parte. 1. fol. 59. E. F. G. H.

Abram fecūdum Hebręos ex præcepto Nemroth proiectus fuit in ignem propter fidem vnius dei veri, ſed diuinitus ſaluatus fuit. parte, 1. fol. 59. G. Item parte. 3. fol. 263. F.

Abrahę cum dicitur: Egredere de terra tua, quomō hoc ſibi dicitur: cum iam diu ante egreſſus fuiſſet cum patre ſuo. Et an de Chaldęa vel Meſopotamia intelligendum ſit. parte, 1. fo. 60. C. & fol. 61. D. G.

Abram cur voluit mentiri, ſororē ſuam dicendo quę fuit vxor, & non potius deo commiſit, qui ſi vellet eius pudicitiā apud Pharaonem conſeruare poſſet. parte. 1. fo. 61. A. B.

Abram vir tantę perfectionis, quomodo per mendacium expoſuit vxorem ſuam periculo adulterij, quia vt videtur magis debuiſſet eligere mori. parte. 1. fol. 61. B. F. G.

Abrā vt nihil omitteret de his quę poterat facere ad conſeruandam caſtitatem vxoris ſuę, incluſerat eam infra vnam arcam, vt dicūt Hebręi, ne videretur ab Aegyptijs: ſed cū peruenſſent ad quoddam paſſagium &c. parte. 1. fol. 61. C.

Abram vt habet quorundam Hebręorum error, multipliciter peccauit, nō ſolum in mēdacio &c. ſed etiā inquārum terram promiſſionis exiuit ſine mādato domini &c. parte. 1. fol. 61. G.

Abrę propter peccata (vt aſſerunt quidā Hebręi) filij Iſrael fuerunt in captiuitate Aegyptiaca per multos annos: quę quidē aſſertio vana eſt. Ibidem. g.

Abrā de Aegypto aſcendens redijt eadem via qua abijt duplici de cauſa parte. 1. fol. 61. C.

Abram ducens guerram contra reges, poſt obtētam victoriam decreuit eis qui cū ipſo venerunt ad bellum ius habere in parte prędarū: quod exponitur dupliciter. parte. 1. fo. 64. G.

Abram muniuit expertos vernaculos: ſic tranſlatio noſtra habet ſed hebraica ſic habet: Numerauit expeditos vernaculos &c. & vnde iſta variatio, puenerit. Et eſt ſenſus, quod muniuit ſuos armis bellicis. Et quo patet prudētia Abrahę in re militari parte. 1. fol. 64. E.

Abram, an & quomodo timuit, ne forte, p miſſionē ſibi facta per tā ſolemnē victoriam, eſſet impleta. parte. 1. fo. 66. b. F. G.

Abram nō propter ſteriliratē terrę promiſſę peregrinabatur in Aegyptū, ſed ppter probationē fidei &c. parte. 1. fo. 344. E. G.

Abram quia viuēte vxore, ancillę adiūgitur, excuſatur de adulterio. parte. 1. fol. 66. F. Et fol. 67. A.

Abram nō vituperatur de bigamia ſicut Lamech duplici ratione. parte. 1. fol. 67. A.

Abram quando cum Abimelech pactū fecit, & dictus eſt puteus quem fodit, puteus iurationis: quomodo congruat veritati. parte. 1. fol. 76. E.

Abrae dedit Abimelech dona dicens: Hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecum ſunt &c. Hoc varijs ſenſibus exponitur, & quare. pte. 1. fo. 75. D. E. G.

Abram de ſacrificijs in lege fiendis ad colendum deū fuit inſtructus: que erant quaſi quędam proteſtatio interioris cultus: Et quare. parte. 1. fol. 65. D.

Abram multū diligebat hoſpitalitatē. Et vt dicūt Hebręi, tranſtulit ſe alibi habitādo vbi eſſent vię frequentatę, vt ſic poſſet hoſpites recipere. parte. 1. fol. 74. F. & fo. & 76. G.

Abram vt Hebręi dicūt, hortū plātauit in quo diuerſas arbores poſuit ad ferēdos fructus: & hoc ppter hoſpites tranſeūtes recipiendos, vt amœnitate loci recrearentur & fructibus refocillarentur. parte. 1. & fol. 76. G.

Abram cum eſſet nonaginta nouem annorum circuncidit carnē pręputij ſui, & deinde dictus eſt Abraham. parte. 1. fo. 69. B.

Abrahā ſimul habuit p̄ceptū circūciſionis (quę fuit ſignū & character ſuę fidei) in ſe & in ſuis ſequacibus. parte. 6. fol. 11. C.

Abrahę circunciſio cōmendata fuit, & quare. parte. 6. fol. 11. a.

Abrahę non contulit circunciſio, ſed fides, paternitatem: quòd dictus eſt pater multarū gentium. parte. 6. fo. 11. C.

Abrahā pactū circunciſionis non ſuſcepiſſet, ſi adam pactum dei cuſtodiſſet, ſed quia ipſe in hoc membro culpā inobedientię prius cognouit, decuit vt iſte in hoc mēbro ſignū obedientię ſecundo acciperet: & quare. parte. 1. fol. 68. E.

Abram cum affectū haberet ad opus hoſpitalitatis, & homines non veniręt, videſ hoc deus, fecit tres angelos apparere, vt dicunt Hebręi in ſpecie virorum, vt eis exhiberet hoſpitalitatis officium. parte. 1. fol. 69. H.

Abrahę apparuerūt tres angeli, vt Hebręi tradūt, in ſpecie virorum. Vnus ad nūciandū Sarę cōceptū. Alius ad ſubuertendū Sodomā &c. Et tertius ad ſanandū Abram, & ad liberandum Loth de ſubuerſione Sodomorū. parte. 1. fol. 69. H.

Abrahę, vt Hebręi dicūt, apparuerūt angeli tertia die poſtquàm fuerat circunciſus. parte. 1. fol. 70. B.

Abrahā an quādo & quali adoratione vnū inter angelos in ſpecie humana ſibi apparētes adorauit, ſcilicet an dulię adoratōe vel latrię. pte. 1. fo. 70. C. Et fo. 71. F. G. Et fo. 72. A. C

Abrahā angelos ſibi in ſpecie virorū apparētes, an homines tātum aut angelos vel deum eſſe credidit. parte. 1. fo. 71. F. H.

Abrahę ad quercū Mābre, tres viri viſi ſunt, ſed vtiq̄ nō erant Non enim ſunt angeli viri ſed videntur. parte. 4. fol. 33. E.

Abrahę dignitas oſtenditur ex hoc, preſertim in his que ad fidem pertinent, quòd in apparitiōe ſibi facta, numerus determinatus diuinarum

tus diuinarū personarū explicitè demōstratur, licet etiā antea in prioribus implicitè innuebatur &c. parte.1.fol.71.A.
Abraham, vt Hebrei dicunt, vitulum coquendū pro hospitibus angelis, tradidit Ismaeli, vt cibum pararet, vt eum assuefaceret hospitalitatis operibus. parte.1.fol.70.D.
Abrahę quare apparuerunt tres angeli in numero impari: Sodomam verò venientes fuerūt in numero pari. parte.1.fo.72.B.
Abrahę apparētes tres angeli, vt Hebrei dicūt, fuerunt Michael Gabriel. & Raphael: ita quòd Michael erat in medio: alij autē duo ad dexterā & sinistrā. Erat aūt modꝰ ambulādi tūc: quòd superior ambulabat in medio, & in hoc cognouit Abraham quis esset superior. parte.1.fol.70.C.
Abram vnde habuit occasionē petendi prolē à domino, dicens: Domine quid dabis mihi, Ego vado absq; liberis. pt.1.f.64. F.
Abram nō dubitauit quin haberet prolem sibi ꝓmissam à deo, & similiter hereditatem in persona propria vel filiorum. parte.1.fol.65.D.
Abrahā in promissione filij præ cordis exultatione risit, nō sicut Sara eius vxor diffidendo. parte.1.fol.68.G.
Abraham quomodo dicitur pater fidei. parte.1.fol.121.F.
Abraham est pater omnium fidelium, qui fuerunt post ipsum. parte.3.fol.433.C.
Abraham an & quare nō ausus fuit petendo ad minorē numerū descēdere, q̄ pro decē iustis. parte.1. fol.71.D.H.& fol.72.C.
Abraham nusq̄ legitur se cinerem & puluerem professum esse, nisi cum meruit dei locutionē habere. parte.1.fol.71.A.
Abraham qua adoratione adorauit, cū dicitur: Quos cū vidisset &c. & adorauit in terra. parte.1.fol.71.G.Et fol.72.A.C.
Abraham quomodo adorauit populum terrę, filios videlicet Heth ꝓ sepultura vxoris suę cū scriptū sit. Dominū deū tuum ado. & illi soli ser. parte.1.fol.79.E.
Abraham nō in die natiuitatis, nec in die circūcisiōis filij sui: sed in die ablactatiōis conuiuium fecit: Et quare parte.1.fol.75.F.
Abraham primo per fidei meritū, omniū peccatorū remissionē adeptus est. Deinde per iustitiam, vt multarū fieret pater gentium. Tertio: facta promissio effecit quòd fieret semen suum sicut stellę. parte.6.fol.11.F. Item parte.3.fol.433.A.
Abraham quare contristatus est de ciectione filij: Hismaelis scilicet: cum tamē hec prophetia fuerit, quā ipse magis quàm Sara nosse debuit. parte.1.fol.76.A.
Abrahę fides & cōstantia &c. enumerātur magnificè. parte.6.fol.15.E.F.G.H.&c. Et fol.213.A.
Abrahę dixit dominus. Vade in terram Morię id est in terram in qua erat mons ille, quem deus ipse erat sibi demōstraturus &c. parte.1.fol.78.F.
Abraham immolare volens filiū suū credidit quòd deus ipsum à mortuis suscitaret, vt cōpleret in eo ꝓmissum suū. Alio modo dicit Ioseph⁹. Et qūo Abrahā ꝑsuadebat filio suo, vt spōtanee subiret immolatiōis sacrificiū. pte.1.fol.77.E.G.H.
Abraham quomodo voluit filiū suū immolare, cū occisio innocentis sit horribilis, & illicita. parte.1.fol.78.B.
Abrahę sacrificiū distat ab illo quod Iepte fecit: quia ille iussus obtulit, iste fecit quod lege vetat. parte.2.fol.47.A.
Abraham quando immolauit filiū habebat centū & vigītiqnq; annos: & Isaac trigintaquinq;, vt habetur. parte.1.fol.77.G.
Abrahę, vt dicūt Hebrei, fuerūt factę plures reuelationes & ꝓcepta successiue, quando dixit dominus ad eum: Tolle filium tuum &c. Et ideo, vt inquiunt, vt ex pluribꝰ responsionibꝰ ad obediendū maiorem haberet mercedē. Doctores nostri dicunt quòd fuit vnicū ꝓceptum &c. parte.1.fol.77.B.
Abraham nō statim iussus est filium occidere sed triduo ad immolandum ducere: vt longitudine tēporis tentatio augeretur & quomodo. parte.1.fo.77.A
Abram iussus est immolare filium, vt probaretur eius affectus & fides. parte.1.fo.300.E
Abram seruum iussit ponere manum subter femur. Et quare secundum Hebreos & catholicos. parte.1.fo.80.B.D.E.
Abrahā, vt dicunt Hebrei, ita mundus fuit à peccato quando fuit centum annorum: & quando erat septuaginta, sicut quādo fuit solūmodo quinq; annorū. parte.1.fo.83.G
Abraham grandeuus duxit Cetburam, mortua Sara: non propter incontinentiam: nec ꝓpter filiorū procreationem, sed pro mysterio &c. parte.1.fo.83.B.
Abraham ex tribus mulieribus sobolem procreauit, quid mysticè significat. parte.1.fo.83.B.
Abraham mortuus est vitę suę anno centesimo septuagesimo quinto. parte.1.fo.83.G.
Abrahę nō conuenit deficere vel minui. parte.1.fo.83.E.
Abrahamium locus est, vbi condita sunt corpora patriarcharū. parte.1.fo.115.A
Abrahę sinus quid est. patre.3.fo.152.B. Itē parte.5.fo.167.E.F
Abrahę in sinu quare iusti dicunt fuisse, qui ante aduentū Christi seu eius passionē decesserunt. parte.1.fo.69.C.
Abrahę sinus an ideo dicat quia habuerit credēdorū clariores reuelationes q̄ posteri, vel alia ratione. parte.1.fo.121.F
Abraham triplicem figurā gerit. Primam saluatoris, alteram patris æterni, tertiā sanctorum qui aduentum Christi cum gaudio susceperunt. parte.1.fo.69.F.
Abraham desiderauit cognoscere tēpus aduentus Christi. quod est videre Christum in spū. parte.5.fo.213.F.
Abraham exultauit vt videret diem meum. Illa verba referenda sunt ad tempus immolationis Isaac, & non ad visionem qua dicitur. Sic erit semen tuum &c. parte.1.fo.66.D.
Abraham quomodo coram deo ambulare intelligatur. Vide in Ambulare coram deo.
Ab Abraham descenderunt Saraceni per Hismaelem: & Idumęi per Esau: & Iudęi per Isaac. parte.1.fo.68.C
Abraham describit secūdū triplicem statū. Primò em̄, vt incipiēs parte.1.fo.60.B. Secūdò, vt proficiēs. fo.68.b. Tertiò, quomodo se habuit vt perfectus. fo.77.B
Abrahę ꝓpter suā iustitiā, nō solū tpalia, sed & cęlestia siue æterna à deo promissa fuerunt. parte.1.fo.65.B.C. Et fol.66.D.E.
Abrahę tempore separatus est populus dei ab errore simulacrorum. parte.1.fo.25.G.
Abrahę tempore tertia ætas mundi incipit, & huius perpulchra adaptatio: ætatisq; tertiæ hominis. & diei tertię creationis, accommoda assimilatio. parte.1.fo.25.G.
Abrahę cōmisit deꝰ secreta sua duplici cōgruitate. pte.1.fo.70.F
Abraham primꝰ in scripturis presbyter vel senior appellat. parte.2.fo.19.E
Abrahę humilitas commendatur cum puluerē & cinerē se confitetur. parte.1.fo.71.A
Abraham pręest familie hospitalitatis. parte.1.fo.258.F.
Abraham in casulis habitabat, quia sancti, hospites & peregrinos se esse cognoscunt: expectantes ciuitatē habentem fundamentum: cuius artifex deus est, progenies autem impiorum in hac vita ciuitatem extruit &c. parte.1.fol.46.B.
Absalon replicat, ꝓpter sex cōditiones pœnę gehēnę, q̄ sunt, pœna damni, pœna sensus, stridor dentiū, & fletus, exteriores. tene
Abrę, & duratio sine fine. parte.2.fo.116.H.
Absalon ꝑsequēs Dauid & viros eiꝰ, signat tyrānū & oppressorē simpliciū, cuius caput adhęret quercui, mundi sublimia appetendo. Ibidem.H.
Absalon patris persecutor significat tyrannum apostatantem à fide, persequens Christum patrē suum in membris, qualis fuit Iulianus apostata. parte.3.fo.90.H.
Absconsa res, auidiꝰ quæritur, celata venerabilius conspicit, diu quęsita charius tenet, sine fastidio sit percepta cum mensura. parte.5.fol.28.B.
Absoluendi modus, quo Iesus absoluit adulteram, nō est trahendus in consequentiam. Et huius rō. parte.5.fo.210.G.
Abstinentia meritum auget, cui nulla est potentia naturę. parte 5.fo.33.A
Abstinentię & crucis duo sunt genera. Corporale. s. & spirituale &c. parte.5.fo.52.H.
Abstinētia à cibis nō est deo accepta, nisi cū hoc sit abstinētia à vicijs, & ieiuniū comitent opera pietatis. pte.4.fo.413.D
Abstinētia cibi & castigatio corporis corruptibili corpori necessaria sunt. parte.1.fo.292.C.
Abstinentia nisi sistat in medio, non valet. exemplum de cithara. parte.3.fo.58.B.
Abstinentia à cibis: in quibus & quando licita vel illicita sit. parte.6.fo.120.D
Abstinētia aliq̄ quę laudabilis ē in religioso, nō ē laudabilis i cōiugato: Et quare. parte.6.fo.26.H. Sic in iuuene & sene. Ibidē.
Abstinētes viri, Onagri vocabulo figurant. parte.3.fo.74.E
Abstractio à curis exterioribus requiritur ad inueniendum deū. parte.1.fol.141.A.B
Abstractio mētis à terrenis tantò facit ipsam deo pleniorem. quātò in æterna liberius extenditur. parte.1.fol.160.F.
Abstractio à curis secularibus necessaria est, vt homo dignā oblationem faciat deo. parte.1.fo.208.F.
Per abstractionē à sensibilibꝰ acquirit aliquando veritas in dubijs. parte.1.fo.279.C
Abusus an & qūo fiat in humana natura, q̄ ad gloriā dei est ordinata dum illa priuatur & dānatur. parte.4.fol.137.H.

# Index in Glos. ordi.


Abusus sacrorū vel primitiarū fuit illicitus quia de talib⁹ sacerdotes domino ministrantes sustentabant. parte. 1. fol. 222. D.

Accaron est in tribu Dam vel iu tribu Iudæ: & vsq; hodie grandis vicus est. parte. 2. fol. 69. A.

Accepta non sunt deo omnia exteriora q̄ fiunt ad cultū diuinū, vt est materialis ecclesia, vasa argētea, & vestes quantūcūq; sint pretiosa, nisi propter cultū interiorē &c. parte. 2. fol. 145. H.

Accepcio personarum, quando & quō sit culpabilis, & quādo quǣ cōsideratione nō sit culpabilis. pte. 6. fo. 212. C.

Accidēs quoddā mutat subiectū & non mutatur, quoddā mutat & mutat̄, quoddā nec mutat nec mutat̄, q̄ddā non mutatur quō ad naturā, sed quō ad modū. parte. 6. fol. 100. A.

Accipere vult aliqd à nobis deus, & ita nobis largiri ipse, vt dona sua nō immeritis largiatur. parte. 1. fo. 317. F.

Accipere aliquando, auferre dicimus. Vnde aues q̄ alias rapiūt accipitres vocamus. Vnde Si quis deuorat, si quis accipit ideſt rapit. parte. 1. fol. 359. A.

Accipere aliquid ex pacto ꝓ spiritualibus, nō est licitū: tamen ab eis quibus spiritualia ministrata sunt, dona tēporalia accipere est licitū. parte. 4. fol. 299. B.

Accipiter inter rapaces est aues, sed mansuescit, & rapinam cum hominibus operatur. parte. 1. fo. 234. B.

Accipiter per singulos ānos pēnā veterē noua nascente proīcit & tēpore austri veteres pēnas deponit. parte. 3. fol. 76. C. D.

Accipitres vocamus aues rapaces, q̄ alias rapiūt. p. 1. fo. 359. A

Accusatio suīpsius quantū vtilis sit. parte. 5. fo. 196. A.

Acerv⁹ in imo latior, in sūmo angustior crescit. pte. 3. fol. 365. E.

Acetabula os angustū habent, & angustiam literæ legis & obscuritatē ꝓpheratū significant. parte. 1. fol. 276. C.

Acetū multū refrigerat, & ideo in calidis regionibus cuiusmodi est terra Israel, vtūtur aceto, maximè tempore calido. parte. 2. fol. 58. B. C.

Acetū vtrum in tormētis existentib⁹ acceleret mortē. p. 5. fo. 85. B

Acetum bibunt qui post vitæ sanctitatē ad vetustatē p̄teritorum labuntur viciorum, & corruptione veteris nequitiæ delectantur. parte. 1. fol. 274. E.

Acetum dederunt crucifixores Iesu in potum cum vino mixtū, Et quare parte. 5. fol. 86. B.

Ach

Achab rex Israel quomodo dicitur malum fecisse in conspectu domini sup omnes ante eum. parte. 2. fol. 153. H. Et fo. 154. C.

Achab filius Chuliæ & Sedechias fuerūt illi duo senes q̄s Daniel cōuicit de falso crimine contra Susannam. parte. 4. fol. 150. D. Et fol. 328. E.

Achaia: nomē regiōis est, cuius metropolis est Corinthus. parte 6. fo. 72. C.

Achan scribendum est, & nō Achor in Iosue, vt dicit Hieroñ. & sic est in Hebræo. parte. 2. fol. 11. C. D.

Achan q̄uis dupliciter errauerit, scilicet in peccato sacrilegij, furando rem sacram, in violatiōe sabbati, & fuerit duplici pœna punitus, tamen saluatus est. parte, 2. fol. 12. F.

Achates ab Achate fluuio Siciliæ, vbi inuenitur, & fertur esse nigri coloris habens candidos in superficie, ramos. parte. 2. fol. 290. A. Interl.

Achaz signum oblatum recusauit, quod ad eius consolationem Esaias obtulit, sed de domino diffidens ad humanū auxiliū refugit & c. ideo populi sui iactura passus est. parte. 2. fol. 231. G.

Achaz quare timet signum petere, cum tamē propheta ad hoc eum monuerit: parte. 1. fol. 80. F.

Achel demach sunt duæ dictiones, & sunt ꝓpriè Hebraicæ, sed magis Syriacæ, signātes in latino agrum sanguis, sed qa līgua Hebraica & Syraica sunt valde ꝓpinquæ, hoīes notabiliter literati magis vtebantur līga Syra q̄ Hebræa & c. pte. 6. fol. 165. G.

Achimelech & Abimelech duo nomina sunt magnā habētia cōuenientiā, sed tamen differunt. parte. 3. fol. 132. B. Et fol. 159. B.

Achor non est nomē ꝓprium, sed appellatiuum. parte. 2. fol. 11. D. Et fol. 191. F. Item parte. 4. fol. 336. C

Acidiosi licet natura sapientes & acuti, si sunt desides ꝓdunt bonum naturæ, & qui minus habent ꝓ naturā, acquirunt per industriam. parte. 1. fol. 77. B.

Acidiosi in bonis operibus per quos figurāt̄. parte. 1. fol. 299. D.

Acidiosi est velle regnare cū domino, & nolle pati ꝓ eo. parte 3. fol. 321. E.

Acidiæ à torpore quicūq; euigilauerit, & per exercitium boni operis verè exurrexerit, in ecclesia supereminentē gratiam dei & introitū regni cælestis intelliget. parte. 1 fol. 90. A.

Acrisia est cæcitas qua percussi fuerunt, qui volebāt retinere angelos in sodomis. Et vnde dicitur. parte. 1. fol. 73. A. B. Itē. pte 2. fo. 167. G. Itē. pte. 3. fol. 436. F.

Actio quelibet huius mūdi mala est. Et quare. parte. 4. fol. 81. B.

Actio agentis po formā introductā &c. nō est necessaria in quibusdam ad illi⁹ formæ cōseruationē. In quibusdā tamē est necessarius continuus influxus agentis in subiecto, etiam post introductionē formæ &c. parte. 3. fol. 211. C.

Actionem nostrā, cuulsis iniquitatis sentib⁹, ad frugem retributionis excolere, est præparato opere agrū diligenter exterere. parte. 3. fo. 332. E.

Actio miranda, cū elatiōe nō eleuari, sed grauari. pt. 2. fo. 79. A.

Actionis piæ ꝓseuerētiā & famā, desigant ligna Cedri: Et quare. parte. 2. fol. 137. G.

Actio bona cum añ oculos dei vsq; ad terminos vitæ nos regit, quasi ꝓtensa tunica talū corporis operit. parte. 1. fol. 102. A.

Actiones duæ sunt, quarum vna que malè gessimus ꝓ pœnitentiæ lamētum abluim⁹, altera bonorum operū fructib⁹, gratiā dei & ꝑmium beatitudinis ꝓmeremur. parte. 1. fol. 178. A.

Actio quæq; bona ꝓportā ciuitatis designatur. pte. 3. fol. 35. A.

Actio præsulis tantū debet transcendere actionē populi: quantū distat à gregge vita pastoris. parte. 3. fol. 149. D.

Actio duplex est, & quam istarum contemplatiua comparatur. parte. 5. fol. 153. G.

Actiuæ vitæ ꝓfectionem triplex impedimētum impſicit, scilicet passionis impulsus, virtutis humanæ defectus, & corporis ag. grauantis pondus. parte. 3. fol. 263. D. G. Et fol. 265. C.

Actiuæ vitæ & cōtemplatiuæ differentia. par. 2. fol. 63. A. B. H. Et extensius clariusq; fol. 104. D.

Actiua vita quibus melior est, tales initium renunciationis non accipiant, quia tepidè contemplationē exequentes, maiori se discrimini inuoluunt. parte. 1. fol. 353. E.

In actiua vita melius est quibusdam consistere quī tepidè contēplationem exequentes maiori discrimini seipsos inuoluere. parte. 4. fol. 436. F.

Ad actiuam vitam cōfugiant, in qua saluantur, qui ad contemplatiuam ascendere non sufficiunt. parte. 1. fol. 73. B.

Actiuam vitā eligere meli⁹ est, & ꝓ eam saluari. q̄ q; contēplatiuā perire si illa vertitur in tediū vel ī arrrogātiā. pte. 5. fol. 11. C. E.

Actiua vita & contēplatiua cū sit nobis ex dei gratia, vna est in necessitate, altera ī volūtate. pte. 1. fol. 167. A. Et fol. 347. E.

Sine actiua vita nemo deum cognoscens regnum ingredit, sine contemplatiua verò multi. parte. 1. fol. 347. E.

Actiua vita non solum nunc in seruitute est: sed etiam contemplatio libertatem mentis non obtinet, quia in enigmate intimā quietem videt. parte. 1. fo. 347. G.

Actiuæ vitæ opera designantur per cibū, per vinū (quod mētes alienat) contēplatiua accipitur, quæ ab amore seculi mētes dectorum alienas facit. parte. 1. fol. 88. A.

Actiua vita & contemplatiua, ad seruum Hebræū, & rursus iberum in septimo anno, exponitur. parte. 1. fol. 167. A.

Actiuæ vitæ perfectio in senario: in septenario verò cōtemplatiua exprimitur. parte. 1. fol. 347. F.

Actiuæ vitæ præceptra, nidus in terra dicit̄, contemplatiua verò in arbore. parte. 1. fol. 355. F.

Actiui boni auris tunc perforatur, quando nū ꝓpter laudē humanā, sed ꝓpter deum bene operatur. parte. 1. fol. 167. H.

Actiui intelliguntur per iumenta. parte. 3. fo. 30. D.

Actiuus habet agere cū cōsanguineis specialiter: & cum ꝓximis generaliter: & cum vxore sua singulariter. parte. 3. fol. 413. H.

Actiuus bonus qui fertilis est in bonis operibus, significatur p Ioseph patriarchā. parte. 1. fol. 374. D.

Actiui cum Loth in montem cōtemplationis non ascendūt, sed in Segor paruula saluantur. parte. 1. fol. 73. b.

Actibus bonis cum integra deuotione operam damus: stabilita fide in corde nostro, holocaustum offerimus domino super altare eius vespere & mane &c. parte. 2. fol. 143. F.

Act

Actus & passiones hominum aliquando in scriptura attribuunt ipsi deo. parte. 3. fol. 362. D.

Actus prauos qui cohibet, & zelo bono destruit, & tamen delectationem carnalem in abscondito pectoris celat, significatur per reuertentem de bello qui seruat fœminam in prædam. parte. 1. fol. 319. A.

Actus meritorius nullus potest exire sine speciali dei motione. parte. 1. fol. 341. H.

Nullum actum bonum debemus nobis atribuere, sed totum virtuti diuinæ. Et de hoc simile in instrumentis alicuius artis, quę licet sint optimè constituta in esse sibi competenti, tamen nihil agere possunt sine motu artificis &c. parte. 1. fol. 341. H

Actus humani quadriformes de pugna, & secundum hoc descriptos scilicet ante legem, sub lege: post legem, & post hanc viam. parte.

tam.parte.6.fo.18.E.
Actus humanus, vt sit bonus requiritur bonitas generis & circūstantiarum: sed redditur malus ex quolibet defectu istorum.parte.5.fol.24.B.Et fol.28.H.
Actus exteriores & signa nō habent rationem peccati, nisi inquātum sunt voluntarij.parte.5.fol.21.D.
Actus omnis virtutis consistit in hoc, quòd bene sustinet quis illata, & in hoc quod etiam bene operatur bona.parte.6.fol.54.C.
Actuum humanorum extrema, sunt prima principia operabilium, scilicet.Hoc facias alij quod tibi vis fieri &c.parte.3.fol.5.F.
Actuum bonorum structura oīs, nititur velut fundamine firmissimo in virtutibus quatuor principalibus &c.parte.2.fol.37.A.
Actus dilectionis potest considerari in deo, vel vt est temporalis, & sic aliquid præcedit in deo, & aliud in homine per influxum, generalem.parte.6.fol.215.B.
Actus orandi tria requirit: primū, accessus orantis ad deum, sedūdum est proposito eius quod in oratiōe petitur in generali & in speciali: tertium est per quod oratio exaudibilis est ex parte dei, & ex parte orantis.parte.6.fol.118.C.
Actus qui pertinent ad episcopum sunt sex secundum quod Paulus docuit.parte.6.fo.116.D.
Actus matrimonialis quando est sine culpa, non requirit indulgentiam, sed quando habet culpam annexam.parte.6.fo.42.F.
Actus matrimonialis prohibitus fuit per duos dies ante dationem legis propter mūdiciam & eleuationem mentis.parte.1.fol.162.C.
Actus interior cordis est peccatum, quia actus exterior non habet rationem peccati, nisi exeat vel prodeat ab actu interiori. Et hoc est cōtra errorem Iosephi.parte.1.fo.165.D.
Ad Adam est nomen commune seu appellatiuum apud Hebræos, significans idem quòd homo in latino & ideo aliquando accipitur Adā: pro viro & muliere: sed tractū est ad significandum primum hominem.parte.1.fol.47.A.Et fol.48. H. Item. parte. 2.fol.21. D. Item parte.3.fol.423.F.
Adam hoc nomē appropriatur primo homini proptr eminentiam ipsius ad alios homines, sicut nomē philosophus appropriat Aristoteli &c.parte.1.fol.48.H.
Adam quatuor literis scribitur, & orbis quatuor partes habet: & has in capite literas, nomen Adæ constituentes, habent dictiones Græcę quę significant quatuor partes orbis.parte.3.fol.236.E.
Adam secundum græcam linguam significat totum. orbem.parte.3.fol.231.E.
Adæ omnes filij dicuntur orbis, idest omnes homines fuerunt in eo vnus homo, qui tunc fuit in vno loco, sed modo dispersus est per totum orbem.parte.3.fol.231.E.
Adam si græcis literis scribit, numerus quadragintasex insinuatur, qui ædificationi templi in Ierusalem adaptatur.parte.5.fol.193. F.
Adam corpus habuit animale de limo terræ formatū & non spirituale: quomodo ergo ad immortalitatē p Christum reformari debuit, quam ante nō habuit corpus eius animale.pte.1.fo.35.F.Et fo.28.B.
Adam habuit perfectam noticiam rerum naturalium.Et huius ratio.parte.1.fol.38.D
Adam vtrum deus repente in ætate virili fecerit, an perficiēdo & ætates augendo sicut nūc format in matris vtero.parte.1.fol.36.A.
Adam an & quomodo dici potuit beatus in paradiso existens.parte.1.fol.40.G.
Adæ mens particeps angelicæ curiæ, & intrans sanctuariū dei, vt nouissima intelligeret, recte extasis ad hoc immissa intelligit, vnde eui gilans apphetico spiritu eructauit.Hoc nunc os &c.parte.1.fo.38.F.
Adam creatus fuit in plenitudine scientiæ, & maiori quā Salomon: Nec obstat illud quod de Salomōe scriptū est.Et dedi tibi cor sapiēs & intelligens in tantū, vt nullus ante te similis tui fuerit &c.parte.2.fol.119.C.Item parte.1.fol.41.G.
Adam creatus est in claritate diuinæ contemplationis, & ad dei similitudinē: sed postea per inobedientiam hanc similitudinem deleuit, factus terrenus, terrenos generauit.parte.1.fol.42.E.
Adam sexto die formato, & iam in paradiso constituto, an post accessu temporis fœmina formata sit.parte.1.fol.35.G.
Adam fuisse corpore animalē quidam putauerunt, sed mutatū cū in paradisum poneretur: sicut mutabitur in resurrectiōe, cū corpus animale erit spirituale, quādo. s. incorruptionē induet.pte.1.fo.35.F.
Adam corpus animale habuit, nō modo ante paradisum, sed & in paradiso, quāuis in interiori homine fuerit spiritualis: quòd amisit peccādo, & meruit corporis mortē, q nō peccādo meruisset in corpus spirituale mutationem.parte.1.fol.35.G.
Adam positus est in paradiso, vt operaretur &c. non ad laborem, sed ad voluptatē sicut quidā ex voluptate agricolant.pte.1.fo.37.C.
Adam si in obedientia perseuerasset, sensus corporis. ad nullā voluptatem verterentur, malam scilicet &c.parte.6.fol.166.F.
Adam si stetisset in oraginali iusticia, generasset filio similes sibi, scilicet potentes non mori &c. sed nūc homines ab eo descendētes habēt necessitatem moriendi.parte.3.fol.373.F.
Adam prohibitus est à ligno scientiæ. vt obedictia esset ei virtus merendi.parte.1.fol.36.G.
Adam pactum dei si custodisset, Abraham pactum circūcisionis non suscepisset, sed quia ille in hoc mēbro culpā inobedientiæ prius cognouit, decuit vt iste in hoc mēbro signum obedientiæ secundo acciperet, & quare.parte.1.fol.68.E.
Adæ costa an secundum rationem quam primis operibus deus concreauit id habuit, vt secundum ipsam ex eius costa fœminam fieri necesse esset: an hoc tantū vt fieri posset.parte.1.fol.38.E.
Adam formata muliere cognouit supernaturaliter eam factam esse de costa sua.parte.1.fol.39.D.
Adæ costa de qua formata est Eua, an fuit de integritate ipsius Adæ, vel fuit superflua. Si primū, ergo corpus Adæ remansit imperfectum quod non decet cōditionem primi hominis &c. Si secundum, tunc illa costa fuisset mōstruosa: sicut sextꝰ digitus in manu &c. Solutio.parte.1.fol.38.H.
Adæ ad quid Eua in adiutorium fuit facta? & quid per hoc mystice designetur.parte.1.fol.38.C.D.F.
Adæ creauit deus, vt Hebrei tradunt duas vxores, Euam scilicet, & alteram, ex qua dicunt multos filios esse natos, ex quibus genealogias infinitas texunt facientes infructuosissimas quæstiones. has autē dicit Apostolus fabulas.parte.6.fol.116.E.
Adam quare deus tentari permisit.parte.1.fol.40.E.F.
Adæ soli, vel etiam fœminæ, vtrum deus precepit, Scriptum est em. Præcepit dominus Adæ dicēs: Non dicit præcepit eis. Et subditur: Ex omni ligno paradisi comede nō comedite &c.parte.1.fol.37.F.
Adæ quomodo deꝰ locutus est istud precipiendo cū, non per suā substantiam loquatur quia spiritus est &c.parte.1.fol.37.F.& fo.41. F.
Adam & Eua quomodo loqui potuerunt vel loquentem intelligere, qui nō dicideāt inter loqntes crescēdo vel magisterio.pt.1.fo.37.F.
Adam & Eua quomodo intelligerent lignū esse scientiæ boni & mali, qui vsum mali nesciebant omnino.parte.1.fol.37.G.
Adam & Eua quomodo videbāt, si clausi erāt. Scribitur enim & apti sunt oculi eorum, postea q comederunt &c.parte.1.fol.41.C.
Adam & Eua diuersimode fuerunt seducti.parte.1.fol.41.G.
Adam an serpētino dolo quo mulier, vel vnde seductus est.parte.6.fol.119.B.D.
Adam præcise errauit in actu interiori, sed Eua in interiori & exteriori.parte.1.fol.42.D.
Adam, an & quomodo credidit serpēti dicenti, si comederent &c. eos futuros vt deos, tanquā hoc solum creator creaturæ inuideret.parte.1.fol.43.E.
Adam quòd in statu innocentiæ nudus fuit nec erubescebat sicut pueri ante vsum rationis non erubescunt de sua nuditate. Huius rationem dat Iosephus dicens quòd Adam tum vixit in simplicitate bestiali &c. Sed ipse exponendo turpiter deficit, & improbatur.parte 4.fol.304. Item parte.1.fol.41.G.
Adam superatus est in triplici tentatione. scilicet. gula, vana gloria, & auaricia: & Christus eisdem superauit.parte.1.fol.41.B.
Adam vt dicunt Hebræi in die creationis suæ genuit pueros, cum adhuc esset in paradiso voluptatis. Doctores autē catholici dicunt cōtrarium.parteā.fol.44.F.Et fol.48.G.
Adam & Eua cur non coierūt in paradiso, cū ibi fuissent nuptiæ honorabiles, & thorus immaculatus, sine ardore libidinis, & sine labore pariendi.parte.1.fol.38.A.B.
Adam & Eua ante peccatum genitalibꝰ membris ad procreationē imperare potuissent, vt non cū ardore seminarent, vel cū dolore parerent, sicut pedibus & cæteris mēbris, que in quolibet opere sine molestia vlla, & pruritu voluptatis habebāt. Ibidem.B.
Adam & Eua in statu innocentiæ nō cōcubuerunt.parte.1.fol.44.F. Et fol.48.G.
Adam peccando polluit posterum multipliciter.parte.1.fol.235.E.
Adam si non peccasset, Christus homo nō patereretur: sed cum Sathan
Adam mouit, in Christum deū cōmouit.parte.3.fol.8.F.
Adam docuerat filios suos colere deū per oblationes de fructibus.parte.1.fol.45.D.
Adam propter mortē Abel cōtinuit ab vxore, nec rediit ad eam vsq; ei à deo fuit reuelatum.parte.1.fol.47.A.
Adam fuerunt post mortē Abel, vouisse se vxorem nō vltra cogniturum, nec filium generaturū: sed deo iubente fregit votū, & quare parte.1.fol.48.F.
Adam vt Hebræi dicunt, centū tribus annis quibus continuit se ab vxore sua Eua propter interfectionē Abel, demones succubi iungebantur ei: & concipiebāt ab eo & pariebāt dæmones, & isti filij icitauerunt Salomonem ad peccandum &c.parte.2.fol.105.C.

# Index in Glos. ordi.


Adam & Eua quare post lapsum tunicis pelliceis sunt induti. parte.1. fol.43.C.Et fol.227.F.Et fol.238.B.

Adam vixit secundum textum nongentis triginta annis, vel secundum opinionem aliquorum mille triginta annis parte.1.fol.48.H.

De Adæ vita centum anni tacentur,quibus luxit Abel secundum aliquos doctores secundum Hebræos autem nihil omittitur. parte.1. fol.48.E.

Adam primus quomodo in quot & quibus dicitur forma & figura Adæ secundi,scilicet Christi futuri.parte.6.fol.13.D.

Adam non fuit principium Christi inquantum peccator,sed inquantum principium hominum in esse naturæ:sicut Christus est principium eorum in esse gratiæ &c.parte.6.fol.13.D.

Adam non fuit sepultus in loco passionis,sed iuxta Ebron. parte.5. fol.85.A.B.

Adam ostenditur immunis ab omni peccato.parte.3.fol.87.A.

Adam fuit plenus omni malo,deliquit cogitione vel volūtate, actu, verbi doctrina,vel consuetudine.Ibidem.

Ab Adam incepit pœna quam sustinemus.parte.3.fol.94.E.

Adam & Eua peccādo miseriæ huic nos exposuerūt.pte.3. fol.122.B. Et fol.125.A.B.

Adam transfudit in nos omnē penā quā patimur & culpam.parte.3. folio.211.E.

Adam rapuit præsumens,vt diabolus de diuinitate.Rapere voluerūt diuinitatem & perdiderunt felicitatem.parte.3.fol.179.F.

Adam quòd voluit esse similis deo &c.parte.3.fo.179.E.

Adæ ex inobientia corruit homo in istos defectus. parte.3.fo.195.F.

In Adam omnes fuimus quando peccauit.parte.3.fol.211.E.

Adam fuit superbus & à deo increpatus.parte.3.fol.264.A.

Adam cecidit per superbiam intumescens.parte.3. fol.275.E.

Adam sicut crassa terra quę præ abundantia spinas germinat,ita præ diuitijs liberi arbitrij quasi luxurians, lignum vetitum vsurpauit parte.3.fol.296.E.

In Adam omnis homo tanquam in radice viciatus est, & vanitati subiectus:quod prodest experiri,vt deiecta superbia,diligatur obedientia,& pereat non reditura miseria,parte.3.fol.266.F.Interl.

Adam & Eua si non peccassent cum omni posteritate,nec morbo,nec senectute defecissent:& finito seculo in meliorem statum scilicet in angelicam formam,non per mortem,sed per dei virtutem mutati fuissent,& translati sicut Enoch & Helias in aliam vitam.parte.1. fol.38.B.

Adamas fortior est omni cædenti metallo,incontritus & inuincibilis perseuerans.parte.4.fol.173.B.Et fol.413.E.

Additio duplex est scilicet deprauans,& illucidans: Deprauās intellectum legis prohibetur,non autem additio declarans, aut illucidans parte.1.fol.334.F.

Additiones super postillā fratris Nicolai de lyra super totum corpus bibliæ Paulus episcopus Burgen.quondā Iudæis, compilauit,easq; filio suo Alphōso legum doctori ex legitimo thoro procreato pro munere paterno transmisit.parte.1.fol.4.G.

Additio peccati ad peccatum facit plura peccata,nō tamen maiorem grauitatem,sicut de homicidio perpetrato ab hoīe sobrio & ebrio parte.5.fol.215.G.

Addo propheta quis & quando fuerit.parte.4.fol.406.D.

Adeps in intestinis,pinguedo in carne.parte.3.fol.172.A.

Adeps generatur ex abundātia nutrimenti &c.parte.3.fol.404.G.

Adeps,an & quorum animalium comedendus sit secundum veterem legem.parte.1.fol.219.A.Et fol.226.B.

Adipe an Iudæis modernis vesci liceat.pte.1.fo.219.A.B.Et fo.226.B

Adipis & sanguinis esus prohibetur duplici ratione secundū vtramq; opinionem.pte.1.fol.219.B.Et fo.371.D.Vide etiā in esus sanguis.

Animal offerendum in sacrificijs oportebat esse immaculatum ideſt absq; defectu alicuius membri vel notabili deformitate, ita quòd macula non accipitur p varietate pellis. Et hoc obseruandum erat generaliter in omni sacrificio. parte.1. folio 253.D.
Animalia ante octauam diem non debebant offerri: quia ante sunt quid imperfectum, perfecta autem sunt deo attribuenda &c. Hinc est quod circūcisio octauo die præcepta est fieri parte.1.fol.68.G.
Animal quod cornu percussit virum aut mulierē, si interfectum fuit lapidibus, illicitum erat Iudæis comedere de illo, & quare parte.1.fol.169.D
Animalia sic facta sunt, vt alia alijs in alimoniam cederent, vel senio deficerent: Homo verò factus est ad imaginem dei, sic q; si præcepta seruet, perpetua immutabilitate maneat. parte.1. fol.27.C.
Animalia minuta, vt quæ de cadaueribus atq; corruptione lignorum herbarumq; &c. gignūtur, vtrum in primis cōditionibus creata sint, an ex rebus productis, Pleraq; enim vt prędictum est, de humidorum corporum exhalationibus gignunt &c. parte.1.fo.27.F.
Animalia venenosa & pernicioſa vtrum post peccatum hoīs ad vindictam creata sint, an potius creata innoxia, peccatoribus nocere cœperunt. parte.1.fo.27.G.
Animalia irrationabilia vnde est quòd sibīpsis nocumenta & damna inferunt & etiam plerunq; mutuo se occidunt, cum nullum peccatum habeant. parte.1.fo.27.G.
Animalia noxia, si viuos lædunt pœnaliter, exercent salubriter, aut ignoranter docent, cur inj esęas mortuos lacerant. parte.1. folio.27.G.
Animalia grandia sunt, inter terrestria Elephas valde monstruosus, & inter marina, cetus. parte.3.fo.77.G.
Anīalia maria maiora sūt satis q; terrestria. Et huiꝰ rō. p.3.f.81.D
Anīalia aliqua secūdū cōditionē naturę suę p magnū tpis spaciū nō comedūt, sed nutrimēto priꝰ recepto viuūt. pte.3.fo.301.H
Animalia irrationalia quædam habent ali qualem sensibiliū rerum cognitionē (sicut asinus cognoscit stabulū suū, & pabulū, & dominum proprium: & sic de multis alijs) sed differentem à cognitione humana. parte.5.fo.186.F.
Animalia bruta cognoscunt benefactorem suum, sicut patet per experientiam, & etiam scripturę docent. parte.5.fo.215.H.
Anīalia & aues & etiā pisces frequēter ꝓcipiūt mutationē cōtinētis futurā de ꝓpinquo &c. Et quare. parte.1.fo.148.D.
Animalia & homines an rationem vitę cum piscibus æqualiter participent. parte.1.fo.27.C.
Anīalia & mulieres cōcipiūt vno mō: quia virtꝰ imaginatiua similē cōcipit illi quā aspicit attētę in extremo coitu. p.1.f.39.G
Animalium quatuor signa, habuerunt vexilla quatuor tribuū filiorum Israel, quæ præsidebant quatuor partibus (vt dicunt Hebræi) vt in istis vexillis figurarentur ista quatuor animalia Ezechielis, in quorum medio residebat deus scilicet in tabernaculo. parte.1.fol.169.A.
Animalia propriæ loquendo non dicuntur habere vicia nec virtutes, nec in eis sunt, tamen largè loquendo sunt in eis, sicut agnus dicit mansuetus, vulpes dolosa, equus recalcitrās &c. & super bus. parte.4.fol.355.C.
Animalia. Vide in Annus tricesimus.
Animalia exercitus Antichristi percutientur pestilentia, sicut & homines exercitus illius. parte.4.fol.421.H.
Animalia quatuor euangelia siue quatuor euāgelistas aut quatuor patriarchales ecclesias notificāt. parte.5.fo.2. F. Item. pte 6.fol.247.C.
Animus hominis generosus est, & facilius ducitur quàm trahitur. parte.6.fol.26.H.
In animis fortassis tanta diuersitas est, quāta in specie vultur. parte.1.fol.168.B.
Animi dispositio magis relucet in facie, quàm in alijs partibus corporis. parte.4.fol.464.D. Vide etiam in Cordis dispositio.
Animorum humanorum distinctio per diuersa signa designatur. Alterius enim animi motus lenior, est mitis placidus, tranquillus. Alteri⁹, turbidus, elatus, asperior, incitatior, perulantior. In his alius plus: alius minus &c. parte.1.fol.168.B
Animum exhilarant naturaliter vinū & musica. par.3.fo.419.A
Animus hominis electi, tribus modis alternatur in laticia & mœrore, scilicet. In conuersione, probatione, & morte. parte 3.fol.63.B.
Animi magni proprium est placidum esse, tranquillumq; offensas & iniurias remittere. parte.2.fol.75.B.
Animū hominis nihil magis deijcit ex arce iusticiæ, quàm blandimenta fœminæ, corporumq; ille contactus, sine quo vtor haberi non potest &c. parte.3.fol.350.B.
Animus dolens cogente mœsticia per diuersa desideria vagatur, in nocte diem, in die vesperam desiderat. parte.3.fol.11.A.
Animus nimis intentus humanis actionibus, deo quodammodo euacuatur, quo fit tantò plenior, quantò in superna & cęrena liberius extenditur. parte.1.fol.16.F.
Animi motus regere, & perturbatiōes illius modestiæ tranquillitate placare, iræ ac superbiæ impetus quasi feram bestiam refrenare &c. abstinentiæ & crucis genus est precioſius atq; sublimius. parte.5.fol.53.C.
Animi passiones. Vide in Passiones.
Animus fragilitatis humanæ obliuiscit vt sit in honoribus, quia per ea quæ circa corpus sunt, inflatur. parte.3.fol.9.B.
Animi primi motus secundum carnem prolati: in peccatum ruunt. parte.1.fol.178.B.
Animi perturbatio vtrum & quando cadit in sapientem. parte 1.fol.65.E.
Animi & sensus virtutes, mentis filij sunt: filiæ verò, opera corporis ministerio. parte.1.fol.313.E.
Animi boni affectus, semper procliuus est ad pietatem. parte.1. fol.110.E.
Animus erumnis mundi plenus, semen dei suscipere, & fructum facere non potest. parte.4.fol.117.A.
Animus ex his quæ nouit, surgat ad incognita quæ non nouit, & per hoc quod sit notum diligere discat & incognita amare. parte.1.fol.65.C.
Animus postquàm semel huic mundo perfectè abrenūciauerit, oportet vt totum se impendat obsequio diuinæ voluntatis. parte.2.fol.244.A.
Animus carnalis per arundinem significatur. parte.5.fol.144.C
Animus regis ex quinq; inclinatur, quæ sunt, humilis petitio, memoria iuramenti, superbia aduersarij inuadentis, deuotio populi, & periculum sui suorumq;. parte.2.fol.126.C.
Anna hoc nomen quinq; leguntur habuisse. parte.5.fol.132.A.
Anna mater Samuelis quomodo per spiritū propheticum cognouit statum Iudęorum futurum tempore filij sui Samuelis, & temporibus sequentibus. parte.2.fol.65.B.C.D.
Anna mater beatæ virginis tres viros habuit, & tres filias. parte 6.fol.79.F. Et fol.210.A.
Annas & Caiphas, & alij qui Christum pronunciauerunt esse reum mortis &c. erant de genere Aaron. parte.1.fol.25.C.
Annulus erat antiquitus signum dilectionis, & etiam firmitatis parte.1.fol.104.F. Item. parte.1.fol.159.F. Et fol.308.H. Item parte.3.fol.437.D. Item parte.4.fol.141.G. Et fol.405.C.

Annulo signabantur litere regis. Ibidem.
Annuli instar dicit Origenes Christum de manu patris auulsum &c. Item Annulus liber quidam dictus est Quid de his dicat Hieronymus. Vide parte. 4. fo. 141. E. F.
Annus diuiditur in quatuor tempora, scilicet ver, æstatem, autūnum, & hyemen, & quodlibet istorum temporum habet certū medium & finem. parte. 3. fo. 374. C.
Annus solaris dicitur, quia sol complet circūitum trecentis sexaginta quinq; diebus & quadrante. Sed reliqui planetæ annos suos complent breuiores & prolixiores &c. parte. 1. fol. 26. B.
Annus solaris excedit annum lunarem in vndecim diebus. parte 4. fo. 316. B. &. E. Interl.
Annorum inchoationes apud singula gentes diuersę existunt. pte. 4. fo. 456. F. Et fol. 474. B.
Anni principium apud Hebreos non solum est vnum sed plura, & quomodo. parte. 4. fo. 405. D.
Annorum duo principia diuersa apud Hebręos comprobantur Vnum est principium mensis primi. Secundum verò est in mē seseptimo &c. parte. 1. fo. 150. A.
Annorum in compoto multum discordant septuaginta interpretes ab Hebraica veritate, maximè in legalibus libris. parte. 4. folio. 461. A.
Anni à principio mundi & dies sæculi, an & quomodo possunt numerari. parte. 3. fo. 388. H.
Anni ab initio mundi non sunt numerati certitudinaliter & præcisè, & hoc ideo, quia septuaginta interpretes multò plures annos computant ab initio mundi quàm in libris Hebraicis habentur &c. parte. 3. fo. 387. H.
Anni, & tempus quod fluxit ab exitu filiorum Israel de Aegypto vsq; ad fundationē templi Salomonis supputantur. Vbi & tēpora, & anni Iudicum enumerantur &c. parte. 2. fol. 46. B. C. Et fo. 66. C. Et. fo. 299. C. D. Vide etiam in Templum
Annorum computatio ab initio natiuitatis Isaac vsq; ad annū egressionis Israel ex Aegypto. par. 1. fo. 65. E. H. Et fo. 66. A. B Et folio. 125. C. Et fo. 148. F. G. H. Et fo. 149. A. B. C. Item par. te. 5. fol. 175. H.
Anni à diluuio vsq; ad natiuitatem Iacob supputantur. parte. 1. folio. 84. C.
Annus egressionis Israel de Aegypto an fuerit solaris vel lunaris, & an luna decimaquarta in æquinoctio vernali &c. parte. 1. fol. 318. A.
Anni nongenti vel circiter fluxerunt à fabricatione vituli vsq; ad captiuitatem Babylonis, & multò plures fuerunt anni vsq; ad captiuitatem factā per Romanos, quæ fuit anno. xlij. post passionem Christi. parte. 1. fo. 200. D.
Anni quadraginta fluxerunt ab egressu Israel de terra Aegypti vsq; ad ingressum terræ promissionis. parte. 3. fo. 200. C.
Anni qui à principatu Iepte vsq; ad fundationem templi Salomonis fluxerunt quomodo computantur. parte. 2. fo. 46. F
Anni septuaginta fluxerunt secūdū Hebręos à trāsmigratione Ioachim vsq; ad primum annum Cyri. parte. 4. fo. 149. G
Anni septuaginta captiuitatis & liberationis Israel quando inceperunt, & quando terminati fuerunt, sunt tres opiniones. parte. 2. fo. 240. F
Anni in quadrīgēti & viginti fluxerunt secundū Hebręos à cō summatione templi secundi vsque ad destructionem eius per Titum & Vespasianum, & multò plures secundum Latinos. parte. 1. fol. 242. G.
Annus septimus, remissionis annus in lege dicebatur, quare & quorum: Et quid à deo fuit institutus, & quib⁹ priuilegijs donatus. parte. 1. fol. 347. C. Et fol. 348. C. D. E. G.
Anno septimo quare terra non colebatur nec seminabatur. Vide in Seminare.
Annus quinquagesim⁹. Vide in Iubileus. Et etiam in Quinquagesimus numerus.
Annus iubileus. Vide in Iubileus.
Annorum dissonantia in regnis regum Hebraicorum soluitur quinque modis. parte. 2. fol. 152. F.
Annus regni primus alicuius regis dupliciter accipitur in scriptura. Vno modo, quando simpliciter incipit regnare. Alio modo denominatur primus annus, ab aliquo facto notabili parte. 2. fo. 224. G. Et fol. 228. F.
Annus quomodo accipitur in Daniele, an pro lunari vel solari &c. parte. 4. fo. 316. B. Vide in Hebdomada.
Annus quo Ierusalem reædificari permissa est, memorabilis est, & olim prophetis Danielis prę signatus. parte. 2. fol. 255. E.
Annus tricesimus sicut in hominibus, ita in pecudibus & iumentis annus tertius, robustissimus est. parte. 4. folio 35. E. & folio 170. A.
Anno tricesimo Christus baptizatur, facit miracula, docet, vt reprimat temerarios qui omnem ętatem ad hæc officia idoneam credunt. parte. 5. fol. 135. B.
Annus visitatiōis domini dicitur correctio & cruciatat⁹ peccātis parte. 4. fol. 142. E.
Annus pro die impurabitur. Timeo, in quid Origenes, hoc mysterium discutere: video enim quòd in hoc comprehēditur ratio peccatorum & pœnarum &c. parte. 1. fol. 188. A.
Annus renouationis datæ, incipit in Italia à natiuitate domini. In Francia verò ab eius resurrectione. parte 4. fol. 474. B
Annnū magnum dixerunt quidam philosophi qui complendus esset in triginta sex milibus annorum &c. parte. 3. fol. 21. D. Et fol. 33. G. Item parte. 6. fol. 59. B.
Annus in scripturis solet vocari torum tempus nostræ salutis, quo pro æterna retributione certamus. pte. 1. fol. 191. B. Et fol. 195. F. Et fol. 213. A.
Annus quia omnes horas in se habet, & dies & menses & circuitus omnes, perfectionem significat. parte. 1. fol. 259. B.
Annus dicit superna gratia, cuius dies, virtutes, vel dicitur multitudo redemptorum, cuius dies, singuli electi. pte. 3. fol. 11. C.
Annus redditus quis dicitur. parte. 2. fol. 246. C.
Ante significat quandoque antecessionem, quandoque assistentiam. parte. 3. fol. 313. D. Ant
Anthropomorphitarum hęresis inter Iudæos quosdā, & etiam inter christianos fuit &c. parte. 4. folio. 106. D. Et fol. 113. A.
Antichristi regnum quodammodo pertinet ad regnum Romanum de quo orietur, quis & qualis erit. parte. 4. folio 314. C. D.
Antichristus & ministri eius, quanto tempore regnabunt, quomodo interficientur, & per quem, quanta tribluatio &c. parte 6. fol. 112. E. Item parte. 4. fol. 265. B. C.
Antichristus consurget de gente modica. i. de populo Iudęorū, tam humilis atque despectus, vt ei non detur honor regius. parte. 4. fol. 324. A. F.
Antichristum per Dan signari putant, quem de hac tribu nascitu rum æstimant. parte. 1. fol. 375. E. Item parte. 2. fol. 53. D.
Antichristi ortus, eius prędecessores, ipsius progressus, et eiusdem finalis deiectio &c. parte. 2. fol. 53. G.
Antichristus vbi nascetur, & qualis eius conuersatio &c. parte. 2. fol. 28. C. Item parte. 6. fol. 114. F.
Antichristi tempora quando incipient, & anni sui regni, quando & quomodo accipiendi sunt. parte. 4. fol. 327. H.
Antichrist⁹ habebit dæmonē priuatū, qui à deo permissus faciet multa miracula ad ei⁹ nutū, p subuersiōe fideliū. p. 6. f. 115. C
Antichristus erit totaliter à dæmone obsessus, & opera eius fient virtute dæmonis. parte. 4. fo. 49. G.
Antichristum omnium hypocritarum caput, Iudæa exigentibus meritis accipiet, quia super se verum regem regnare noluit. parte. 3. fol. 65. B.
Antichristo subijcientur in primis rex Affricę, Aegypti, Aethiopiæ. parte. 4. fol. 310. A.
Antichristus tanta faciet miracula, vt ab aliquibus credatur deus, & tamen erit homo purus. parte. 4. fol. 310. C
Antichristus castitatem simulabit, vt melius decipiat. parte. 4. fo. 325. F. Sed non erit. Ibidem. H.
Antichristus erit psequutor ecclesię, sicut Antiochus psequutor fuit synagogæ. Et erit sine cōparatione maior persequutor ecclesiæ, & multò plures per eum à fide auertentur, & multò plures in fide stantes cruciabuntur quàm per Antiochum. parte 4. fo. 325. G.
Antichristus tanta tunc signa demonstraturus, & crudelia ac dura facturus est vt ad stuporem perducat quos in fine mundi inuenerit. parte. 3. fo. 40. A
In Antichristum diabolus veniens tantæ virtutis apparebit, vt si supernum adiutorium desit, & prædicantium acumen obtundat, & longanimitatem patientium destruat. parte. 3. fo. 80. F.
Antichristus præmittet prophetas suos loquentes in spiritu diabolico. sicut & Christus præmisit apostolos loquentes in spiritusancto. parte. 6. fo. 120. D
Antichristi tempore tanta erit tribulatio, quòd videbitur aliquibus de ecclesia, quòd fides catholica debeat totaliter deficere. parte. 3. fo. 237. C.
Antichristi tempore tanta est futura persequutio ecclesiæ, vt videatur deus eam deseruisse. parte. 3. fo. 100. G.
Antichristus erit maximę crudelitatis aduersus iustos, & nullum opus pietatis exhibebit. parte. 4. fo. 418. F.
Antichristi tempore officium ecclesiæ cessabit. parte. 3. fol. 58. D.

# Index in Glos. ordi.


Antichristi principalis & ꝓpria nequitia cõsistit in negãdo Christũ esse dtum,& restaurare attentabit legẽ pẽratheucam:scilicet legis ceremonialia:& iudicialia.& huiusmodi.par.3.fo.160.G

Antichristus futurus fautor huius erroris fiet,vt videtur,quòd diuina prouidentia non se extendat ad ista inferiora.parte.3.folio.100.F.

Antichristi maliciæ prudentes seculi peruersis consilijs inhærentes,quasi palpebræ sunt diluculi &c.parte.3.fo.80.B

Antichristus qui amarus est electis & cõtemptus,suauis per dona & miracula est reprobis.parte.3.fol.45.A.

Antichristus dona donabit,& terram exercitui suo diuidet &c. parte.4.fol.326.per totum.

Antichristi tribulatio ad quid ordinabitur principaliter.parte 4.fol.87.F.Et fol.151.D.

Antichristus adhærentibus sibi laxabit habenas concupiscentiꝫ. parte.4.fo.42.H.

Antichristi violentiæ fideles per corporalem defensionem resiste re non possunt,sed tantum per patientiæ virtutem.parte.4. fol.354.D.

Antichristi persecutio aliquando accipitur strictè,& aliquando largè.& horum declaratio.parte.4.fo.314.F.

Antichristi timor amouetur duplici ratione.parte.4.fo.87.C.

Antichristi & sui exercitus deiectio quare fiet.parte.4.fol.266.C Et folio.421.C.

Antichristus fulminabitur per Michaelem archangelum Christo præcipiente,& etiam maxima pars sui exercitus peribit.parte.6.fo.270.H.

Antichristus vbi occidetur.parte.6.fol.115.B.

Antichristi sepultura.parte.4.fo.265.G.H.

Antichristi ministri an post eius obitum securos credẽtes se &c. festa facient,ducentes vxores,& facientes conuiuia &c.Hoc improbatur,& illa improbatio reprobatur.parte.6.fo.112.E.Et fo.113.F.G.

Antichristo mortuo quantum temporis restabit ad iudicium finale.parte.4.fo.265.F.G.

Antichristo mortuo non erit necessarius vsus armorum & equorum,quia tanta erit pax.parte.4.fo.422.D.

Antichristi mors figurata fuit per mortem Antiochi Epiphanis. parte.4.fo.471.H.

Antichristus & membra eius Philistæis & alijs equiparantur.parte.4.fo.168.B.

Antichristus & discipuli eius significantur per mare Aegypti. parte.4.fo.29.H.

Antichristi figuram gerit Barrabas.parte.5.folio.180.A.Et folio.84.A.

Antichristus potest intelligi abominationis nomine.parte.5.folio.113.E.

Antichristus significatur per Gog.parte.6.folio.270.H. Vide etiam in Gog.

Antichristus significatur per regem Sennacherib,& quare.parte 4.folio.60.D.Et fo.386.D.

Antichristus significatur per statuam quam vidit Nabuchodonosor,qui grauius cęteris populum dei afflicturus est per quatuor:& quæ illa sunt.parte.4.fo.296.D.

Antichristi figuram habet Antiochus Epiphanes.parte.4.fol. 325.per totum.Et signanter.F.G.Et iterum ad longũ fo.430.F &c.Et fol435.E.F.Et fo.442.B.Et fo.467.B.

Antichristus dicitur superbus,& quare.parte.4.fo.392.B.

Antichristus significat per regẽ Assur,& quare parte.4.fo.26.D

Antichristus significatur per rhamnũ,quia exiet ignis de rhamno i.iniquitas de Antichristo parte.2.fo.43.B

Antichristus significatur per Holofernem.parte.2.fo.294.A

Antichristi(per Vehemoth significati)cauda cedro comparatur & quare.parte.3.fo.77.E

Antichristũ volebant quidam fuisse Nerronem,& quare.pte.6. fo.114.F.Item parte.4.fo.325.A.Et fo.430.F

Antichristi dicuntur omnes mali Catholici.Si negatio non tantum lingua fit,sed etiam factis,certè multos inuenimus Antichristos,parte.6.fo.129.A.

Antichristus est,quicũq; negat Christũ factis.p.6.fo.129.A

Antichristi oẽs hæretici,oẽs q fidẽ quã cõfitentẽ verbis,deest rusũ actib⁹,oẽs Christo cõtrarij q futuro suo capiti testimoniũ reddũt quia mysteriũ iniqtatis iã operat.pte.6.fo.230.B

Antidotus apud medicos noxios humores temperans,ex amari tudine nominatur,quæ dulcis ostenditur restituens sanitatem parte.1.fo.322.F

Antiochia ciuitas à quo edificata & nominata est.parte.5.folio.121.E,Hebręus dicit.Sedechias cæcatus est in Reblata.i.Antiochia.parte.4.fo.393.A.

Antiochię duę sunt Vna in Syria à Seleuco rege,condita,quæ Reblata ante vocabatur,in qua primo cognominati sunt discipuli,Christiani.Altera est in ꝓuincia Persidiæ.pt.6.fo.288.B.

Antiochenæ ecclesiæ primus patriarcha fuit beatus Petrus.parte.6.fo.249.B.

Antiochi magni posteritas,in figura ostenditur oculariter.parte.4.fol.429.&c.

Antiochus Epiphanes qui anno.cxliij.à Seleuco regnauit in Syria,ingressus Ierosolimam & vniuersam vastauit &c.& posita tuã Iouis in templo posuit.parte.4.fol.313.A.C.D.E.Et dicitur impudens facie.parte.4.fo.314.B.Et folio.325.F.Et folio 327.A.Et fo.430.B.

Antiochi Epiphanis calliditas & malicia enumeratur,spoliatore Aegypti fuit,Legati Romani ab obsidione licet inuitum eum cedere minis coegerunt,& quomodo Ierusalem & templũ enormissimè spoliauit,prophanauit &c.parte.4.folio.430.per totum.

Antiochus fœdus pepigit cum Israelitis,& iurauit illis & principes eius,sed rupit iusiurandũ,quomodo,& quàm proditorię parte.4.fo.443.F.G.&c.

Antiochus exercitũ aduersus Parthos ducens,luxuriæ nõ minor apparatus quàm militię fuit.Nam octo milia armatorũ secuta sunt,trecenta milia lixarum,è quibus cocorum pistorumq; maior numerus fuit.Argenti & auri tantum vt &c.parte.4.folio.457.F.G.

Antiochus Epiphanes qua morte & vbi obijt.parte.4.folio 442.A.Et fo.461.E.

Antiphonæ sacramẽtales ante natale,scilicet.O adonai &c.sunt septem & secundi toni:Et quare,& quid mysterij continent. parte.3.fo.267.F.

Antonius collega Augusti Cęsaris,amore Cleopatræ reginæ Aegypti captus,repudiauit vxorem suam Augusti sororem,& Cleopatram accepit,& Augusto bellum indixit,à quo tamen captus &c.parte.4.fol.39.F.

Antonius anachoreta,quem cum ciues vellent rapere,& episcopum sibi constituere,fecuit sibi aurem sinistram,& quare,què tamen Theophilus episcopus elegit dicens:Ego autem si dederitis mihi aliquem auribus truncatum,sed moribusprobum: non dubito eum episcopum facere.Hoc tamen modo non obseruatur.parte.5.fo.89.D.

Anxietas animi quid est,& vnde prouenit.parte.5.fo.80.C.D.

Anxiate animæ,doloris est augmentum:quia in quo sperat,dis fert auxilium.parte.4.fo.183.F. Anx

Anxietas & angustia tempore persecutionis Antichristi,futura christifidelibus,designatur per masculum parientem.i.generatem.parte.4.fo.151.C.

Apertionis ianuę cœlestis duplex ratio.parte.4.fo.49.C.Et etiã dicitur de clausura eius.Clauditur enim iniustis simpliciter,aliis quibus ad tempus &c.Ibidem.F. Ap

Apertio oculorum Adæ & Euæ fuit solum mentalis,qua cognouerunt suam nuditatem esse confusibilem propter suam transgressionem.s.præcepti diuini.parte.1.fo.41.H.

Aperuit vn⁹ militũ latus eius &c.Aperuit,quare dixit euãgelista parte.2.fo.134.E.Et fo.248.F.

Apex literæ & quid significat.parte.5.fol.20.A.

Aphrica à quo,& quomodo nomẽ sortita est.parte.2.fo.196.F

Atonitura,quæ sunt valde terribilia.parte.4.fol.41.H. Aph phricus est ventus tempestuosus generans turbinẽ:fulgura & phricus ventus vbi flat.parte.4.folio.41.H.Item parte.6.folio.206.E.G. Aph

Apis laudabile animal in scripturis est,cuius laboribus & reges mediocres ad sanitatem vtuntur.parte.1.fol.324.D.

Apes quando aliquid persequuntur,volando turmatim hoc faciunt.parte.1.fol.331.H. Api

Apes quæ abhorrent fœtida,quomodo mellificauerant in ore leonis,quem Sanson dilaceraũit.parte.2.fo.49.H.

Apis apud Aegyptios maximum numen reputabatur.Et apparebat in specie tauri &c.parte.1.folio.140.G.Et fo.241.A.C. clarius.Et fo.198.A.Et fo.216.D.

Apocalypsis liber quatuor habet cõditiones,& explicantur.parte.6.fol.239.C.D. Apo

Apocalypsis vt Hieronimus ait,omnis ille liber aut spiritualiter intelligendus,vt nos æstimamus,aut si carnalem interpretationem sequimur,iudaicis fabulis acquiescendum sit,vt rursum ædificetur Ierusalem,& hostiæ offerantur in templo &c.parte 6,fol.60.A.

Apocryhus vnde dicitur.Et quot & qui libri apocryphi censeantur.

antur apud Hebræos de veteri Testamento. parte. 2. fo. 2. B. Item parte. 1. fo. 2. A. Et fol. 20. F.

Apolinaris hæreticus dixit, quòd verbum assumpsit carnem, quia secundum ipsum assumpsit animam sensitiuam. nō autem intellectiuam: Sed improbatur. parte. 5. fol. 187. H. Item parte 6. fol. 178. E. Et fo. 275. G.

Apollinaristæ hæretici vnde acceperunt occasionem, dicentes, animam non habuisse Iesum. parte. 1. fol. 261. B.

Apolonius, multi hoc nomine noncupati sunt, qui etiam viri studiosi. & multarum scientiarum fuerunt. parte. 1. fol. 10. G.

Apostata est qui fide recedit à deo: Sic qui ad peruersum opus redit, etiam si fidem tenuerit. Parte. 4. fol. 214. A.

Apostatę de quolibet statu. magis formidandi sunt illis à quibus recesserunt, quàm alij aduersarij. parte. 4. fol. 162. B.

Apostatas cum quisque arguit & damnabiles ostendit, in timore debet arguere, & quare. parte. 6. fol. 239. A.

Apostasiæ tanta est grauitas, quòd vix potest homo ad bonum reparari. parte. 3. fol. 315. G.

Apostasia quædam à deo, est in omni peccato mortali, et maximè in peccatis enormibus. parte. 3. fol. 315. G.

Apostasia maior non est quàm creaturā à creatore recedere, quæ merito ascribitur superbiæ, &c. parte. 3. fol. 397. A.

Apostasiæ culpam superbus rector totiens incurrit, quotiens prę esse hominibus delectatur, & honoris sui singularitate lętatur. parte. 3, fol. 64. E.

Ad apostasiam siue idololatriam hominum mētes allicientes, aut vanis prosperitatum promissionibus blandientes, significantur per fundibularios & sagittarios, & quare. parte. 4. folio 446. A.

Apostatę à fide, vel à religione, seu à societate ciuitatis, vel regni, qui iungunt se cum aduersarijs communitatum, vt possint eis inferre maius malum, significantur per &cetera. parte. 4. fol. 441. H.

Apostatæ qui post precepram fidem, religionem Christianam blasphemant, & ecclesiastico detrahunt cultui, per quem significantur. parte. 4. fol. 444. B. E.

Apostata in fide, qui viam Christi & apostolorum deserit, vel apostata in religione, qui regulam deserit à patribus obseruatam, significatur per Ioram. parte. 2. fol. 227. H.

Apostata à fide, in sua malicia confirmatus, nititur suos fratres & alios fideles trahere secum ad infidelitatem, quę est mors spiritualis. parte. 2. fol. 228. C.

Apostata à religione ad excusationem apparentem suę malicię, nititur fratres illius religionis diffamare ac scandalizare &c. Ibidem.

Apostatæ aluus dolore percutitur, quando mens eius pessima machinatur: Et tunc huiusmodi dolor est insanabilis, quando vsque ad mortem perseuerat in machinationibus illis. Ibidem.

Apostata de religione non solum sustinet excommunicationem & aculeum conscientiæ pungentem, sed etiam corporalem pœnam maiorem quàm in religione. parte. 2. fol. 295. A.

Apostatæ significantur per sidera errantia. parte. 4. folio. 223. H. Item parte. 6. fol. 238. E.

Apostema plus affligit clausum quàm post apertionem, per quā sanies defluit & euacuatur. Applicatur ad anxiatum amicum &c. parte. 2. fol. 86. D.

Apostoli omnes fuerunt ferè de regno decem tribuum. parte. 4. fol. 416. B.

Apostoli vocati sunt per Christum varia vocatione. parte. 5. fo. 17. A. B. C. D. Et fo. 139. D. Et. fol. 91. F. G.

Apostoli ante vocationem viuebant mundialiter, sicut cæteri homines. parte. 5. fol. 234. H.

Apostoli erant quasi fundatores ecclesiæ post Christum. parte 2. fol. 24. H. Item parte. 5. fol. 44. B. Item pte. 6. fol. 273. D. Itē fundamenta ecclesiæ. parte. 4. fol. 53. B.

Apostoli quidquid habebant & habere poterant, exposuerunt pro spirituali ædificio ecclesiæ: Et de hoc figura. parte. 2. folio 244. D.

Apostolis qui fuerunt prędicatores euangelij deus dedit clariorem sui cognitionem: quàm patribus veteris testamenti. parte 2. fol. 135. H.

Apostolis non minus credendum est, quàm prophetis, immo magis. &cetera. parte. 4. fol. 269. B. Item parte. 6. folio. 217. H. Et fol. 224. G.

Apostolos maiora prophetis nosse declarat dominus, dicens: Multi prophetæ. &c. Et post ascensionem &c. In futuro quo maius promittit &c. parte. 1. fol. 177. B

Apostolorum catalogus per nomina singulorū ponit, & quare, parte. 5. fol. 35. E. G.

Apostolorum nomina singulorum interpretantur. parte. 5. fol. 35. E. F.

Apostoli duodecim à domino eliguntur, sed adduntur Iacobus frater domini & Paulus, & sic quatuordecim erunt. parte. 6. fol. 210. A.

Apostoli vndecim Iuda reprobato, per quos prędicatum est euāgelium Christi in mundo, significantur per vndecim dies. parte. 1. fol. 329. E

Apostoli sunt scribæ & notarij Christi. parte. 5. fol. 46. F.

Apostoli sunt maiores ecclesiæ ministri, ad quorum officia tria pertinent. parte. 6. fol. 53. F.

Apostoli & alij discipuli Christi qui nullius erant reputationis eleuati sunt per illuminationes diuinas, & operationes miraculosas, & sacerdotes & scribæ, qui erant magnæ reputationis & autoritatis, sunt annihilati per excæcationem, & tandem per occisionē in destructione ciuitatis per Romanos. parte. 4. folio. 53. D.

Apostolorum gloria in quo fuit. parte. 6. fo. 69. A. E.

Apostoli per dñi gratiā ad culmen honoris electi sunt, sed tñ à peccatorib⁹ multas ppessi sunt tentationes atq; iniurias Et sunt significati per filios Marahiæ &c. parte. 4. fo. 432. F.

Apostolis nullus de gētilitate renatus in Christo: præpositus est in donis gratiæ & gloriæ, sed magis econuerso, qui renati sunt de Iudæa primum locum obtinent, quorum ecclesia sequitur autoritatem. parte. 1. fo. 355. A

Apostoli tres erant magis familiares ipsi Christo & ad eius secreta admittebantur magis q̄ alij. pte. 5. fo. 53. G.

Apostolos tres assumpsit ad montē Thabor in transfiguratiōe Christus, sciens meritorum cognitor perfectiores fuisse cęteris illos. parte. 5. fol. 149. F.

Apostoli prędicando legem euangelicam, obscuritates prophetarum aperuerunt, & declarauerūt eas in Christo esse implectas. parte. 4. fol. 23. C.

Apostoli certius verba euangelij ab ipso nouerunt, sed gentiles ab erroribus ad veritatem euangelij conuersi, certius gentium errores nouerunt. & ideo subtilius expugnauetūt. parte. 2. fol. 215. A.

Apostoli gloriam filij dei humanati quasi naturaliter procedētis à deo patre, viderunt, & hoc multis modis. parte. 5. fol. 188. B.

Apostoli duplici modo videndi habuerunt notitiam verbi incarnati. parte. 5. fol. 188. B.

Apostolis quando lex noua data est. parte, 6. fol. 148. F.

Apostoli & euangelistæ sępe cum aliquod testimonium assumūt magis sensum quàm verba ponunt. parte. 3. folio. 243. C. Et fol. 231. G. Itē pte. 4. fol. 54. A. Et fol. 152. A. Et fol. 426. C. Itē parte. 5. fol. 99. E. Itē pte. 6. fol. 5. B. Et fol. 113. B. Et fol. 214. H.

Apostolis multa de futuris reuelata fuerunt per spiritum sanctum. parte. 5. fol. 232. G.

Apostolorum sollicita promptitudo aliorumq; discipulorum ad implendum Christi mandatum figuratur per cursores Ezechiæ regis. &c. parte. 2. fol. 233. G.

Apostoli Christi miracula videntes, stupebant magnitudine virtutum, sed diuinæ maiestatis veritatem non cognoscebant. parte. 5. fol. 102. B.

Apostolorū prędicatio fuit virtuosa ex duob⁹. pte. 6. fo. 173. B.

Apostoli Christi vinum fidelibus propinauerunt, propter quod saluator de seipso dicit, Ego sum vitis vera &c. pte. 4. fol. 336. C

Apostoli domino credentes habuerunt spiritum sanctū, sed pro modulo & mensura &c. parte. 5. fol. 209. E.

Apostoli receperunt spiritum sanctum per modum habitus firmiter permanentis, & non passionis trāseūtis pte. 5. fol. 228. G.

Apostolos ex verbis Christi intelligimus baptizatos: & si non legimus, vbi vel quando. parte. 5. folio. 225. A. Item parte. 6. folio. 64. B. C.

Apostoli non erant baptizati spiritu, quando Petrus negauit, sed aqua. parte. 6. fol. 164. C.

Apostoli humanum quid passi, nedum habuerūt cogitationem de maioritate inter eos, sed etiam de hoc facta est inter eos contentio &c. parte, 5. fol. 150. F. G.

Apostoli non excusantur omnino à peccato veniali, sicut nec patres veteris testamenti. parte. 1. fo. 108. F.

Apostoli aliqui, passi aliquod humanū incurrerūt quędam motum turbationis & inuidiæ: & per hoc impediti fuerunt in curatione infirmi oblati. parte. 5. fol. 54. G

Apostoli quatuor synodos habuerunt, & de quibus. parte. 6. fo. 200. E.

Apostoli quare ex præcepto diuino vna tunica iussi sunt esse cō

tenti,cum pontifex vete.le.duabus tunicis veſtiri præcipiebatur.parte.1.fo.227.E.
Apoſtolis quare præcepit Chriſtus,ne eũ euangelizarent dei filiũ ante paſſionem ſuã.pte.5.fo.149.E.Et fol.150.C
Apoſtoli per ſubiectos ſibi diſcipulos,verbi diuini ſemina per mũdũ ſparſerunt,& quomõ.De hoc figura.parte.2.fo.229.E
Apoſtoli magis occupabant ſe circa prædicationem & per ſuos diſcipulos baptizabant,& quare,parte.6.fo.34.F.
Apoſtolorũ vnicuiq; partitũ erat ad quos in prædicatione diriqeretur &c.De quorum fide gloriarentur pte.6.fo.73.E.F.
Apoſtolorum & doctorum primitiuæ eccleſiæ perfectio in hoc fuit quòd in breui tempore per orbem publicauerunt fidem Chriſtianã &c.parte.4.fo.470.D
Apoſtolorum tempore publicatum fuiſſe euangelium per orbẽ vniuerſum oſtenditꝛ.parte.6.fo.24.B.Et fol.104.C.
Apoſtolorum prædicatione idola deſtructa ſunt,& prophetia Dæmonum,& diuinatio magorum ad nihilum deuenerunt. parte.4.fol.80.B
Apoſtolorum incredulitatem quare Chriſt. increpauit recedẽs ab eis.parte.5.fo.120.H.
Apoſtoli dicti ſunt beati,quia in eis fuit completum quod ſanctis patribus fuit promiſſum.parte.5.fo.44.H.
Apoſtolorum tranſitus ad prædicandum gentibus ſignificatur p tranſitũ domini in Aegyptum.parte.5.fo.13.C.
Apoſtoli dicuntur pedes domini.parte.4.fol.98.E.
Apoſtoli per colũnas duas ſignificantur:& quare.parte.2.folio 139.A.
Apoſtoli,euangeliſtæ,& prophetæ.per quos nobis forma fidei & rectæ operationis miniſtratur,per portas & turres ſignificãtur.parte.2.fo.258.C.
Apoſtolus & prædicator quomodo differunt.parte.6.fo.118.H.
Apoſtoli dicuntur nubes,& quare.parte.1.fo.376.A
Apoſtoli dicuntur venti.parte.4.fo.175.E.
Apoſtoli dicuntur rotæ,quia ſumma celeritate mundum prædicando peragrauerunt.parte.4.fo.310.B.
Apoſtoli duodecim ſignificantur per duodecim præfectos Salomonis.parte.2.fo.130.D
Apoſtoli ſignificanꝫ per duodecim fontes & ſeptuaginta diſcipuli per ſeptuaginta palmas.parte.3.fo.256.E.Item parte.1.folio 156.A.Et fo.265.H.Et fo.322.H
Apoſtoli aliq; diſcipuli Chriſti per ſemen regium poſſunt intelligi quod Iudea voluit interficere &c.Et de hoc figura.parte.2. folio.171.D.
Apoſtoli dicuntur vermes.parte.4.fol.72.E.
Apoſtoli multò ante excidium Iudeę omnes ad prędicandum euangelium per totum orbem ſunt diſperſi exceptis &c.parte 5.fol.113.E.
Apoſtoli duo in Iudæa interfecti ſunt ante diſperſionem eorundem in vniuerſum mundum.parte.5.folio.73.F.G.Et folio.113.E.
Apoſtolorum diſcurſus aſſimilatur nubibus,& etiam columbis.parte.4.fo.99.C.D.Item parte.3.fo.179.G.
Apoſtoli calciati.i.ſecure & ſine impedimento prędicantes,vt libere poſſent diſcurrere ad vltimas partes Aegypti,Romanorum virtute pacati,Nilus diuiſus & in partes cæſus dicitur.Ante natiuitatem domini non licebat de gente in gentem tranſire quod poſt paſſionem eius licuit,domino euangelio viam prę parante.parte.4.fo.29.F.
Apoſtoli dicuntur ſacerdotes orantes.parte.4.fo.461.H.
Apoſtoli duodecim lapidibus preciosis adaptantur.parte.6.folio.273.D.
Apoſtoli dicuntur muri,& quare.parte.4.fol.100.F.G.
Apoſtoli dicuntur brachia corporis eccleliæ,ſicut & Criſtus dicitur caput eius.parte.4.fo.86.E.
Apoſtoli dicuntur reges,quia peccati regnum expulerunt.& iuſticiæ regnum in membris ſuis poſuerunt.parte.1.fo.300.D.
Apoſtoli dicuntur reges,qui perſcruantur alta dei & eccleſias regunt.Ibidem.D
Apoſtoli dicuntur prophetarum filij.parte.3.fol.53.B
Apoſtoli & prophetæ dicuntur alæ vel fines terræ,& quare.parte.4.fo.47.A
Apoſtoli ſunt fores ſanctæ eccleſie,per quos debet ingredi aulam cæli omnis cœtus ſanctorum,& maxime præpoſitorum,vt eos imitentur,& eorum veſtigia ſequantur.parte.1.fo.213.B
Apoſtoli & euangeliſtæ fodientes puteum,nouum teſtamentum inuenerunt aquam ſalientem in vitam eternam,& per quem ſignificantur &c.parte.1.fo.86.E.
Apoſtoli dicuntur montes.parte.4.fo.104.F
Apoſtoli ſynagogæ carne editi,per ſtruthionis oua deſignantur. parte.3.fol.75.E.
Apoſtoli dicti ſunt filij Iacob & Iſrael,eo quòd à Chriſto vocati ſunt præ cæteris tempore & dignitate.parte.4.fol.381.H.
Apoſtoli cœli dicuntur,& quare.parte.3.fo.111.F.
Apoſtolorum vel quorũlibet prædicatorum vox dicitur turturis vox,& quare.parte.3.fo.358.F
Apoſtoli & prędicatores noui teſtamenti dicuntur viri miſericordiæ &c.parte.3.fo.432.E.
Apoſtoli & diſcipuli à Chriſto miſſi ad prædicandum p mũdũ, ſignificantur per exploratores à Ioſue miſſos ad exploradum Iericho.parte.2.fo.5.D.
Apoſtoli duodecim ſignificantur per duodecim principes exiſtentes cum rege Dauid per ſingulos menſes ſucceſſiue.parte.2.folio.211.H.
Apoſtoli aliq; diſcipuli & eorum ſucceſſores,euangelium Chriſti per orbem prędicantes,ſignificantur per ſacerdotes arcam fœderis portantes.parte.2.fo.6.H.
Apoſtoli dicuntur ſeniores,qui cum Ieſu vel poſt ieſum fuerunt parte.2.fo.33.B.
Apoſtolos vocat Mahumetus viros dealbatos par.6.fo.249.B.
Apoſtoli deſignantur per duodecim panes in menſa tabernaculorum.parte.1.fo.257.A.
Apoſtoli deſignãtur per zabulõ & Iſachar,qui in Galilea poſſeſſionem acceperunt.parte.1.fo.374.G
Apoſtoli quatuor epiſtolas ſcribentes ſunt figurati in multis quaternitatibus.parte.6.fo.209.A.
Apoſtolorum verba ſunt panes,lãgana prophetarum,& quare. Vtriq; autem ſine fermento ſcientiæ ſæcularis &c.parte.1.folio.217.B.
Apoſtoli aut apoſtolici viri vbicunq; loquũtur ad populos his teſtimoniis abũtuntur,quæ iam fuerant in gentibus diuulgata &c.parte.1.fo.113.E
Apoſtoli ſignificantur per principes iuxta tabernaculum caſtrametãtes &c. parte.1.folio.268.C.Et folio.275.H.Et folio 276.A.
Apoſtoli & euangeliſtæ dicuntur cœli propter vnitatem fidei & doctrinæ.parte.1.fol.374.E.
Apoſtoli filios ſpirituales in eccleſia genuerunt Vnde per fratrem defuncti ſine liberis,qui ſuſcitare tenebatur ſemen fratris ſui,fuerunt figurati:ſic & eorum ſucceſſores ad generandum filios ſpirituales in eccleſia ſunt obligati.parte.1.fol.361.H.
Omnis apoſtolici & euangelici ſermonis initium in prophetici ſ libris initium pręſignatur & finis,omnis apoſtolorum & ſucceſſorum vita myſticis veteris Teſtamẽti incerta eſt paginis parte.1.fol.183.C.
Apoſtolicæ conſuetudinis eſt,vt quidquid viderint vtile audientibus,& non repugnare pręſentibus,de teſtimoniis alterius temporis confirmẽt.parte.4.fol.355.F.
Apparatus ex parte regalium ſemper eſt cum ira & cupiditate,cũ App multitudine ſuperba & poteſtate,apparatus autem ſuꝺeorum ſemper fuit eum oratione & humilitate,& cum dei fiducia & pietate parte.4.fol.435.G
Apparitiones frequenter fiunt exterius.ad deſignandum diſpoſitionẽ hominis interius,cui fit apparitio.parte.1.fo.67.F.G
Apparitiones fiunt communiter ſecundum diſpoſitionem interiorem ipſorum quibus fiunt.parte.5.fo.102.B
Apparent angeli boni & mali,ſed differenter in principio & fine.parte.5.fo.123.E.
Apparitiones angelorum in corporibus aſſumptis fiunt ſecundum proprietatem legationum ad quæ mittuntur.parte.2.folio.282.D.
Apparitiones angelorum ſunt ad aliquid ſignificãdum,ideo formantur ſecundum conuenientiam ad illud,quia aliquãdo dicuntur deus,aliquando angeli nominantur:quia dei perſonã repreſentant,& in eius perſona loquuntur.parte.6.fo.177.C
Apparitio dæmonũ,qua apparent ſuis cultoribus fit per abſtractionem à ſenſibus,& cum aliqua horribili paſſione corporis. Et hoc fit dei prouidentia vt &c.parte.1.fol.304.H.
Apparitiones dæmonum communiter magis fiunt in tenebris & in ſolitudine,quàm in luce vel ſocietate,& quare.parte.1. folio.304.H.
Apparuit Chriſtus poſt reſurrectionem quotiens & quibus. parte.5.fo.88.B
Apparere quod turpe eſt turpius eſt eſſe.Et quod formoſum eſt apparere,formoſius eſt eſſe.parte.5.fol.172.D.
Appellare licitum eſt ab inferioribus iudicibus eccleſiaſticis ad ſummum pontificem,& ab inferioribus principibus & iudicibus ſecularibus

secularibus ad regem seu imperatorem. & vnde hoc originem accepit. parte.1.fo.350.c.

Appetitus quid est & quotuplex est. parte.6.fol.67.H.

Appetitus in homine est duplex scilicet sensitiuus, & intellectiu⁹, & vterq; aliquando nominatur voluntas largè loquẽdo, quia solus intellectus dicitur voluntas. parte.5.fol.243.G.

Appetitus intellectiuus & sensitiuus fratres dicuntur, & tamen frequenter sensitiuus est potentior, & trahit ad se intellectiuũ, quãuis intellectiuus deberet dominari. parte.1.fol.96.D.

Appetitus est duplex. scilicet naturalis & gratię. Primus inclinat ad conseruandum vnionem animę cum corpore & dissolutionem refugit: Appetitus autem gratię inclinat ad cõsequutionẽ glorię &c. parte.6.fol.66.H.

Appetitus carnalis dicitur arcus fortis, qui sępe in hominib⁹ modicę virtutis tendit ad extra ad suum concupiscibile, tanquã arcus proꝑiciens sagittam ad signum. parte.1.fo.120.E.

Appetitum gulę temperare à potu & epulis, & à delectationib⁹ & mollissimis suauitatibus coercere &c. abstinentię & crucis genus est. parte.5.fo.53.C.

Apperim⁹ ardentius, quo potiti nondũ sum⁹. parte.4.fo.112.E.

Appetitus hominis non quiescit totaliter in adeptione cuiuslibet boni finiti &c. sed solum in adeptione boni infiniti, quod est solus deus. parte.1.fo.34.H.

Appetitus malorum radicatur in bono sensibili, quod habet modicum de bonitate, & sic eius appetibilitas cito transit, & eius adeptio fastidium inducit. parte.3.fol.136.G.

Appetitus felicitatis sumę, procedit ex amore mutuo dei & creaturę rationalis. parte.3.folio.355.C.

Appetitus vindictę vitari ex duobus potest, quę sunt contentio in aperto, & detractio in occulto. parte.3.fol.416.H.

Apponi ad populum suum, cum dicitur de patrib⁹ veteris Testamẽti, quõ intelligendum sit. parte.1.fol.12.A. Et fol.121.A.H.

Appropinquare ad deum qui supra ipsum est aliquis non potest nisi à semetipso deficiat. parte.5.fo.105.C.

Aprilis vnde dicitur, & est primus mẽsis apud Hebrẽos. parte.1. fol.146.A.

Vide etiam in Mensis.

Aprilem esse primum mẽsem apud Hebrẽos, vt aliqui doctores catholici dicunt: stare non potest. parte.1.fol.146.B.

Aptitudo potentię ad bene operandum politice, sicut est habit⁹ virtutum politicarum, sic aptitudo animę ad opera meritoria est per habitum gratię & virtutum infusarum, quas de⁹ operatur in nobis. parte.6.fol.162.C.

Aq

Aqua habet humorem & vaporem, per humorem cõuenit cum piscibus, per vaporem qui sursum eleuatur in aere, cõuenit cũ auibus. parte.1.fol.27.C.

Aquarum natura bipertitum locum sortita est inferiorem in vndalabili, superiorem in aura flabili. Illum natantibus, hunc volantibus. parte.1.fol.27.B.

Aquę superficies huc atq; illuc aura impellit. parte.3.fo.49.B.C.

Aquę rotunditas potest demonstrari physicè, sicut & terrę rotunditas. parte.1.fol.31.F.

Aqua quę in principio creationis fuit concentrica terrę & vniuerso, an & quomodo facta sit ecentrica terræ, & concẽtrica lunę, vt apparere posset arida. parte.1.fol.31.G. Et fol.33.C.D.

Aquarum pars est super cęlos, pars sub cęlo. parte.1.fol.322.G.

Aquę superiores & inferiores non merè equiuocè dicuntur, sed quodãmodo quasi analogicè. parte.1.fol.31.D. Et folio.33.D.

Aquas super cęlum fidereum esse non posse asserunt quidam, cũ earum pondus exigat hoc, vt supra terram fluant &c. Sed quo quo modo ibi sint, ibi esse non dubitamus. parte.1.fo.24.F.G. Et fol.27.A.B.

Aquas superiores diuisit firmamentum, scilicet cęlum fidereum ab aquis inferioribus, non solum secundum locum sed etiam secundum quasdam proprietates, essentialiter consequẽtes motum earum. parte.1.fol.31.D.

Aquę aliquę sunt de natura cęlesti, aliquę de natura elementari parte.1.fo.25.D.

Aquę omnes quę sub cęlo sunt, inclinantur ad vnum locum, scilicet ad vnum centrum, seorsum à centro terrę: ad quod centrũ congregantur aquę, sicut partes terrę ad centrum terrę. parte.1. fol.31.G.

Aqua & terra licet in ripa maris communiter sint ęqualis altitudinis, tamẽ procedendo in mare per elongationem à terra, mare semper est altius terra. parte.1.fol.31.G.

Aquę maris in Oceano, an in medio Oceani altiores sint, & contra naturam suam sic detineantur. parte.3.folio.130.F.G. Et folio.239.H.

Aquę vbi sunt congregatę, quę omnes partes terrę vsq; ad cęlum texerant &c. parte.1.fo.25.D.E. Item parte.3.fo.130.G.

Aquarum congregatio de qua in operib⁹ sex dierũ agitur, an & quõ sit intelligẽda per densitatem earundẽ, vel p earũ receptionẽ in concauitatibus terrę. parte.1.fol.31.G.H. Et fol.33.C.D.

Aquarũ reuersio in mare põt dupliciter itelligi. pte.3.fo.342.G.

Aqua quamuis sit vna per continuationem vocatur tamen plures congregationes aquarum pluraliter propter multifidos sinus earum. parte.1.fol.25.E.

Aquas dulces, quę mari influunt, dicunt philosophi, vel ardente sole consumi, vel salsuginis maris esse pabula: Sed aliter ecclesiastes dicit &c. parte.3.fol.342.E.

Aquę inferiores & falsę, significant infideles, concupiscentiarum & tentationum fluctibus sese quatientes, quę tunc separantur ab arida, quando infideles coercentur, ne aridam, ideſt animam domini sitientẽ conturbent. parte.1.fol.26.A.

Aqua est maximè formabilis in res viuas, vnde & fœmina hominũ & animalium cęterorum sunt humida. parte.3.fol.70.H.

Aqua niuis ex aere est, sed alię aquę extra oriuntur. parte.3.folio 25.F.

Aqua per glaciẽ in superficie durescit, sed intus fluida est &c. parte.3.fol.72.B.

Aqua quando fundit abluit, rigat, & lapsum pedibus facit. parte.3.fol.114.E.

Aquę viuę dicũtur & mortuę ad similitudinem animaliũ & plãtarũ. In quantum habent in se principium sui mot⁹ secundum augmentum & decrementum: vt aquę quę scaturiunt ex fontibus, dicuntur viuę. Aquę verò cisternales, mortuę. parte.3.fol. 362.C. Item parte.5.fo.198.C. Itẽ pte.1.fo.238.H. Et fo.241.C.

Aqua naturalis tantũ ascendere potest quãtum descendere. Et sic est de aqua spirãli, scilicet gratia diuina. parte.5.fol.198.F.

Aquę nautarum operatione sepius illustrant, qui in profundum mersi, misso ex ore oleo aquas sibi illustrant. parte.1.fol.24.B.

Aquę inũdantes multis voluminibus impetu feruntur. parte.3. folio..12.G.

Aqua corporalis deorsum fluit, aqua spiritualis sursum salit. parte.5.fol.198.E.

Aquę calidę orientes & exeuntes de terra per modum fontis, cõ trahunt calorem à venis sulphureis quę ibi sunt, cuiusmodi sõtes in pluribus terris inueniuntur. parte.1.fol.101.B.

Aquas calidas quas termas appellamus, quis primus repperit, & vbi parte.1.fol.100.H.

Aqua in vinum conuersa, miraculũ dicitur, & miramur, cũ alia maiora sint, sed ex vsu viluerunt. parte.5.fol.192.B.

Aquę in vinum conuersio vtrum fuerit Christi primum miraculum. parte.5.fol.194.B.

Aqua commiscetur vino in calice, & quare. parte.6.folio.50.B. Et si per aliquam negligentiam nõ apponatur, quid tunc. fol. 51.B.C. De ista materia vide parte.5.fol.206.G. Et fol.240.A. Item parte.6.fol.50.H.

In aquis baptismalibus purgat virtus Christi passi immundicias mentis, & in aquis pœnitentię immundicias post baptismum contractas. parte.1.fol.296.D.

Aquis lustrationis vtebatur populus Iudaicus, dum erat in terra promissionis &c. sed ducto populo in captiuitatem cessauit talis emundatio. parte.3.fol.220.F.

Aqua fluminis in Aegypto versa est in sanguinẽ, per quod designatur quòd deus requirebat ab Aegyptijs sanguinem puerorum in flumine extinctorum. parte.1.fol.132.D.

Aqua omnis Aegypti cõuersa est in sanguinẽ. parte.1.fo.138.H.

Aquila dicitur rex auium, & viuit de preda. parte.1.fol.23.H.

Aquila mirabilis est in multis &c. parte.3.fo.76.D.G.

Aquila in rupibus inaccessis nidum parat, & in medio amethistum lapidem (qui omnia venena fugat secundum physicos) propter serpentes arcendos & quędam alia secreta naturę collocat: Et horum mysticatio. parte.4.fol.107.E.

Aquila plus omnib⁹ bestijs auibusq; fœtus diligit vt aiũt qui de animantiũ scripsere naturis. parte.4.fol.107.E.

Aquilę modus est quãdo portat pullos de loco ad locum, quòd portat eos super dorsum, & quare &c. parte.1.folio.161.G. Et folio.377.B.

Aquila altius volat cęteris auibus, & habet tam acutum visum, vt in sublimibus volans, pisciculos videat in mari natãtes &c. parte.4.fol.371.B.

Aquila secũdum physicos ab acumine oculorum est vocata, & reliquę eius proprietates describuntur. parte.1.fol.369.F.

Aquila dum senio grauatur, quomodo excutit vetustatem. parte.3.fol.238.A.

# Index in Glos. ordi.


Aquila tantam prę se fert similitudinem, quanta potest esse, de re mortali ad immortalitatem. parte. 3. fol. 238. A.

Aquila in porta templi ciuitatis Ierusalem fuit posita per Herodem, sub quo natus fuit Christus, quod fuit solum ad portę decorem & imperij honorem, sed illam Iudęi zelo legis deiecerūt in terram, propter quod multi occisi sunt. parte. 4. fo. 9. F.

Aquila est signum romani imperij. parte. 4. fol. 211. C.

Aquila signū est imperij Romani, cuius alę sunt duę, acies duas notantes. parte. 6. fol. 258. D.

Aquila interpres primę ex Hebręo in Grecū, & quando floruit. parte. 3. fol. 2. F. Item parte. 4. fol. 23. A.

Aquilo ventus durissimus. parte. 4. fol. 248. E.

Ar — Ar metropolis est Moabitarum super ripam torrentis Arnon, olim possessa à gente veterrima Emim &c. parte. 1. fol. 332. A.

Ara — Ara in qualibet erat titulus superscriptus: illius idoli quod ibi venerabatur apud Athenienses. parte. 6. fol. 95. B.

Arabes sunt Sarraceni ab Ismaele & Cedar filio eius descendētes, qui melius ab Agar matre sua, Agareni dicerentur, sed maluerunt &c. parte. 4. fo. 43. A. C. Vide etiam in Sarracenus.

Arabia quę & Saba appellata est, vnde & quare sic dicatur. parte. 1. fol. 11. D.

Arabia est duplex, superior & inferior. parte. 4. fol. 43. C.

Arabici hęretici sunt, qui animam cum corpore mori putāt. parte. 1. fol. 237. A.

Aram est dictio ęquiuoca. Vno modo significat patrem Loth, Alio modo significat quendam locum in Mesopotamia &c. parte. 1. fol. 61. F. Et fol. 80. G.

Aranearum tela studiose texitur, flatu venti dissipatur. parte. 3. fol. 23. B. D.

Arandi artem adinuenit Noe, in qua plus satis laborant animalia quàm homines, ideo dicitur dedisse requiē hominibus. parte. 1. fol. 49. D. Et fol. 50. A. C.

Ararath regio est Armenię campestris &. parte. 4. fol. 67. F. Itē parte. 2. fol. 180. A.

Arb — Arbeę & Hebron & Mambrę, synonima sunt eiusdem ciuitatis parte. 1. fol. 100. A.

Arbeę est ciuitas, vt dicunt aliqui, propter quatuor gigantes ibi sepultos &c. Alij dicunt quòd sic dicta est propter quatuor patriarchas ibi sepultos, & enumerantur &c. parte. 1. fol. 79. F.

Arbitrium Vide In Liberum arbitrium.

Arbitrij libertas ita seruatur vt in omnibus excellat gratia largitoris. parte. 4. fol. 137. A.

In arbitrio hominis esse vt saluetur qui negant, erubescant. Quo modo enim posceret ab homine deus, nisi haberet homo in potestate sua, quod poscenti debeat offerre. parte. 1. fol. 300. E.

Arborum atque herbarum prima creatio vtrum fuerit cum irrigatione pluuiarum &c. sicut modo solitum est fieri. parte. 1. folio 35. D.

Arbor scientię boni & mali, quare sic dicta est. Et bona erat, & bonus fructus eius. parte. 3. fol. 179. F.

Arbor de cuius fructu comederunt protoparentes, dicūt Hebręi, quòd fuerit ficus. parte. 1. fol. 41. H.

Arbores plantabantur in montibus altis, & fiebāt ędificia ad idolatriam exercendam. parte. 1. fol. 325. C. Et fol. 349. H.

Arbores & lucus iuxta templum non plantentur, nec voluptuosa loca religionē emolliant. parte. 4. fol. 338. B. Item parte. 2. fo. 23. C. Et fol. 175. H.

Arbor bona fructificat & obumbrat, ita homo bonus proximo prodest in bonis, & protegit à malis. parte. 1. fol. 26. A.

Arborum pręputia idest primos flores seu gemmas auferre iubētur Hebręi. & quare. parte. 1. fol. 248. C.

Arbor nimis cito fructificans, postea citius fit minus vtilis parte 1. fol. 248. C.

Arc — Arcam construxit Noe de lignis imputribilibus & Christus eccle siam de victuris in sempiternum hominibus, quę sicut arca natat in fluctibus. parte. 1. fo. 51. A.

Innocentia puerilis quæ est, qualis nobis imitanda proponitur. parte.5.folio.171.B.
Innocens secularis significatur per puerum, quem Iesus statuit in medio.pte.5.folio.150.H.
Innocentia hoc potest,vt faciat habitare in medio domusdei qua si honorabili: exemplum aliorum,& per partes exponitur innocentia.parte.3.folio.304.F.
Innocentia Christi ex triplici confessione iudicis, & allegatione Herodis declarata fuit,quamuis ludęiter clamauerunt,Crucifige.parte.6.folio.180.C.
Innumeri apud Salomonem dicuntur esse qui pereunt. Numerati autē omnes qui seruādi sūt.parte.1.fol.265.D.& fol.325.A.
Inobedientiā quantum malum sit, non melius consideratur q̄ Ino quòd ideo reus factus sit homo, quia prohibitus rem tetigit, quam si non prohibitus tetigisset,non peccasset.pte.1.fo.37.F.
Inordinatè viuens & professionibus diuersi generis, lineis vestibus lanam vel purpuram miscet, vt si sanctimonialis habuerit ornamenta vxoris,vel vxor gerat speciem virginis. Hoc figura tū fuit ī vestib⁹ quod nūc declarat in moribus.pte.1.fo.356.B.
Inordinate quicquid geritur meritum perfectionis amittit.parte.2.folio.244.A.
Inquietare molitur super trāquillitatem castitatis circunstrepēs Inq sartago libidinum.parte.1.folio.72.E.Interf.
Inquieti à spiritusancto resiliunt prouocatores rixarum,amatores caluinniarum, nec admittunt quietem sabbati spiritualis. parte.1.folio.140.B.
Inquietorū phātasmata assimilant cyniphib⁹, & quare. Ibidem.
Insania quędam videtur malis vita sanctorum.pte.6.fo.205.E. Ins
Insensibilitas nostra nunquam se ad postulandam ea quæ æterna sunt excitaret,sed incarnationis Christi præcessit oratio,vt tor poris nostri cuigilatio subsequatur.parte.3.folio.62.G.
Insensati patris, domini, aut magistri est, obedientiam qui ad se pertinent subditos non docere, & eorum vitam vt operentur secundum legem non disponere.parte.1.folio.264.A.
Insidiantes prqualent cum eos quos apertè ad malum trahere nequerunt,simulando peruerrunt.parte.3.folio.57.B.,
Insidiator fraudulentus qui simulat amicitiam, vsqquo videat vindictæ tempus significatur per Absalon.parte.2.fo.110.H.
Insignia regalia sunt quatuor.s. purpura, corona, fibula aurea, & sceptrum.parte.4.folio.450.D.
Insipidam intelligentiam literę,clausam mortua pelle,his onerat synagoga,seruilia implens mandata.pte.1.fo.76.A.Interf.
Insipiens est omnis qui male viuit.parte.3.folio.160.A.
Insipiens est qui celesti sapiētia vacuus,humanis y suțis plenus ē, qui nō scit opa dei, quia casu putat omnia agi.pte.3.fo.226.A.
Insipiens qui non sibi prospicit in futurum,vel qui non attendit mala prescia vel futura,pibit cū stulto.pte.3. fo.154.E.Interf.
Insipiens in honoris locū surrogatus,denario cum quo cōputat, vel lapidi in medio fundę assimilat,& quare.pte.3.fo.334.C.D
Insolens quilibet quem inuitat primò diabolus ad conuiuiū gusę,& inde ptrahit ipsum ad peccatum luxuriæ figuratur p Amon,& sic occidit eum morte culpæ & gehennę.pte.2.fo.110.H
Instabilis comparatur lunatico,& quare.parte.5.folio.54.H.
Instās legēdis,meditādis & exponēdis,qui nō suę sed aliorū potius seruit saluti,non rationabiliter facit.parte.3.folio.322.B.

# Index in Glos. ordi.


Instantia & humilitas maximè faciunt ad efficaciam orationis. parte.5.folio.170.C.

Instinctus diuini ad bonum communiter fiunt omnibus, sed aliqui repellunt.par.3.folio.371.

Instinctus diuinus est præuia præparatio ex parte dei ad habitū gratiæ consequendum, & est quasi motio, qua aliqui recipiunt & aliqui repellunt.parte.6.fo.18.H.& fo.215.B.

Instinctus naturalis & ratio naturalis differunt.parte.5.folio.60.F.& folio.61.A.

Institutione alia fecit Paulus apud Græcos, alia Petrus apud Romanos, licet non dissentirent in fide.parte.3.folio.6.A.

Instruendi in fide significantur per ligna & lapides qui de monte cæduntur: primò ad ædificandum domum domini. parte.2.folio.132.B.

Instrumentum dei est duplex, vnum coniunctum, & aliud separatū. Sicut in artificialibus manus artificis est instrumētum cōiunctū, securis autem est instrumentum separatum &c.parte.6.folio.154.B.C.

Instrumenta alicuius artis, licet sint optimè constituta in esse sibi competenti, tamen nihil agere possunt siue motu artificis.par.1.folio.341.H.

Instrumenta musicalia designant spiritualis gaudij redundātiam de mente interiori ad extra.par.3.folio.306.C.

Instrumenta musicalia varia, & etiam harmonia mentem excitant ad diuersa: aliqua ad audaciā, quibus vtūtur homines in bellis: aliqua ad lasciuiam in choreis, & aliqua ad deuotionem in officijs ecclesiasticis.parte.2.folio.303.G. Vide etiā in Musicę hanc esse naturam dicunt &c.

Insulsi vocantur hebetes communi loquutione.par.2.fo.250.E.

Insultandum non est eis qui iudicio pœnis traditi sunt, nec à peccato conuersis aut pœnitentibus.parte.4.fo.226.B.

Insuspicabilia (.i. ab omni suspicione falsitatis aliena) sunt nouē, quæ parit homini fides recta.par.3.folio.414.A.

Int Integritas vitæ sanctorū ante hui⁹ vitæ exitum signatur per centenarium & vigintiseptem, qui sunt solidi & quadrati.parte.1.folio.79.E. Interf.

Intellectus ad quid datur, & cui.par.3.fo.129.A.

Intellectus iuuatur per opus bonum ad cognoscendum quod est vtile.parte.6.fo.246.A.

Intellectus agens qui est potentia animę, quomodo per ipsum ad diuina cognoscenda quodammodo po. est homo attingere.parte.5.folio.186.F.

Intellectus naturali cognitione stat ad illud qđ ex sēsibilibus potest cognosci, nec vltra pōt pgredi, sicut visus corpis stat ad superficiem visi corporis, & vltra non progreditur. Sed aliter intellectus propheticus &c.parte.4.folio.332.F.

Intellectus humanus subtilis & intellectus rudis quomodo differant in cognitione, & horum comparatio ad intellectum spirituum, siue bonorum siue malorum.par.1.fo.301.H.

Intellectus sicut intelligit se intelligere, ita voluntas vult se velle, vel potius anima per voluntatem.parte.3.fo.263.H.

Intellectu quanto quis præeminet, tanto si peccat pro maiori culpa maiorem pœnam sustinet.parte.1.folio.220.F.

Intellectus impeditur ab actu suo, turbato cerebro & ȳtute phātastica.parte.3.folio.247.G.

Intellectum solus dominus dat. & si aliquando minister angelus dicitur intellectum dare, hoc est, vt cum dicitur quis lumen dare domui cui fenestram facit.par.3.fo.267.B.

Intellectus ne ocio torpeat valde curandum est, & ne in exercitatione operis vicio elationis euanescat.par.2.fo.167.B.

Intellectum bonum est verum, malum autem eius est falsum.parte.3.folio.92.D.

Intellectus prudentiæ ab æuo est, id est ab æterno.par.3.fo.388.C.

Intellectus plures veri & catholici cum habentur in diuina scriptura de paucis verbis, illum diligamus maximè, quem constat scriptorem sensisse, vel quē non impedit circunstantia scripturæ, si conuenit cum sana fide, aut saltem quē sana fides præscribit.parte.1.folio.22.G.& fo.21.F.& folio.29.B.

Intellectum spiritualem rimari valde paucorum.par.1.fo.165.B.

Intellige te esse alium mundum, & intra te esse solem & lunam & stellas. Audi aliquid maius, ne vitam tuam tanq̄ vilem negligas. Habes intra te omnipotentem &c.par.1.fo.224.F.

Intelligendi modus connaturalis homini est per reflexionem ad phantasmata, & volendi per conuersionem ad appetitum sensitiuum.parte.6.folio.37.C.

Intelligentia suo modo est principium sapientiæ, sicut intellectꝰ qui est habitus principiorum, est principium scientiæ, quæ est habitus conclusionis.parte.3.folio.54.C.

Intelligentia diuinitatis quāto ab inferiorum amore disiungitur, tanto ad sola æterna amanda subleuatur, & per quid significatur.parte.1.folio.209.F.G.

Intelligentia spiritualis q̄ in litera perscrutanda sit & inquirenda multis modis ostenditur.parte.1.folio.214.A.B.

Intelligentia dictorum ex causis est sumenda dicendi.parte.1.folio.352.A.

Intelligentia occultorum vtrum fuerit collata prophetis, vt Danieli & cæteris, per aliquem habitum sibi infusum: & ponūtur opiniones cum argumentis & solutionibus eorundem.parte.4.folio.295.F.G.

Intelligentia subtilis sanctorum & sublimis eorum contemplatio aquilæ nomine figuratur.parte.3.folio.79.D.

Intelligentiæ caliginem significat nebula.parte.2.fo.218.G.

Intelligentiarū separatarum an & quomodo ponendus sit numerus.parte.6.folio.126.C.

Intelligentes aliquid ne superbiendo hoc amittamus, exemplū de hoc habemus. Et nescientes, ne vilipendentes despiciamus, sed humiliter expectemus, orantes & exercentes mentes nostras donec intelligamus, de hoc similiter exemplum datur.parte.5.folio.193.E.

Intelligere est supremus gradus vitæ.parte.3.fo.110.B.

Intempestum prout est substantiuum est quarta hora noctis: sed ꝑut est adiectiuum, idē est quod sine tempore.par.2.fo.129.H.

Intentio recta est actus voluntatis tendentis in finem debitum, per aliquod ad finem debito modo ordinatum.parte.5.folio.155.G.

Bona quæ agimus ex ortu intentionis pensantur.par.3.fo.6.B.

In corde deo maledicit qui recta opera non recta intentione facit. Ibidem.

Intentio recta quid est.parte.3.folio.155.G.H.

Intentiones bonæ cōuersationis fundamenta domus dicuntur, quas per humilitatem Christianam exhaustis superuacuarum cogitationum ruderibus perfectus auditor in se inserit, hoc in se spiritualiter agens qđ Christus in vniuersa ecclesia generaliter agit.par.5.fo.143.B.

Intentionis defectio quoad cælestia appetendo, vnde in homine causatur.parte.4.fo.187.A.

Intentione pura si quæ potes bona agis, opera sunt lucis &c. etiā si non ita hominibus videatur. Si peruersa intentio est, prauū quidquid agitur, & si videatur rectum.parte.5.folio.26.E. Item parte.6.folio.81.F.& folio.108.B.

Intentiones operum vestigia dicuntur, vel praua opera, quę dū agimus, intuentibus hoc fratribus exemplum malum præbemus, quasi influxo extra viam pede sequentibus dissorta vestigia relinquimus.parte.3.folio.302.E.

Intentio oculorum nomine exprimitur.parte.3.fo.29.B.

Intentio inflexibilis operationis ita per palmum exprimitur, sicut per manum operatio.parte.1.folio.189.H.

Intentionem cordis in operatione ostendere est animam in manibus portare.parte.1.folio.31.F.

Intentio rectā operantium per chordam citharæ designatur.parte.3.folio.58.A.

Intentio recta significatur per vertebrum, dirigens opus per apprehensionem fusi ad filiandum.par.3.fo.340.D.

Intentio cordis thesaurus dicitur ex qua deus iudicat opera, vt & aliquando minora maiorem, maiora minorem habeant mercedem.parte.5.folio.43.A.

Intentio qua facimus qđ cunq̄ quæ in nobis est nota, lumen dicitur, exitus verò rei incertus est &c.par.5.fo.26.E.

Intentio sancti Iob quæ fuerit in suo libro habentur opiniones.parte.3.folio.4.B.C.D.& folio.5.C.

Intentio Philonis libri Sapientiæ scriptoris, fuit declarare condescensiones diuinas Hebræis factas.par.3.fo.386.B.

Interfectio primogenitorum Aegypti magis videtur q̄ fuerit ꝑ angelum malum q̄ per bonum, & inter principium nocēs & finem.parte.3.folio.385.D.

Interfectio paruulorum siue innocentum ad quos referatur.parte.1.folio.359.G.H.

Interfectio duplex aduersariorum populi Christiani, figurata fuit per duplicem interfectionem aduersariorum populi Iudaici.parte.2.folio.312.H.

Interficere seipsum vtrum liceat alicui.par.4.fo.478.A.

Interficere seipsum qualiter sit illicitum vel licitum.parte.2.folio.96.F.G.

Interficere seipsum quandoq̄ non solum licitum est, sed etiā meritorium, vt Hebræi dicunt.parte.4.folio.478.C.

Interficere filios pro parentū peccatis quō sit licitū.pt.1.fo.359.G.
Interficiendo Iahel Sisaram vtrum male fecerit. Arguitur pro & contra cum responsione,& solutionibus argumentorum.parte.2.fol.36.G.H.
Interficere. Vide in Occidere.
Interior hō sicut lutū est,quia terrenæ mēti gratia spiritus infunditur & irrigat vt ad deum eleuetur.parte.3.fo.26.F.
Interior homo sicut lac mulgetur, dum mens p spiritū & dei vetustate trahitur,quia in quadā inchoatiōe formatur. Ibidem.
Interior homo sicut caseus coagulatur quando pingueſcens cogitationibus stringitur,vt iā non defluat desiderijs, sed in vno amore solidetur.parte.3.fol.26.F.
Interior homo extractus à fluxu carnis,reprimit terrorem sensualitatis confidēs de auxilio diuinę virtutis, q̄ solet assistere in casibus desperatis.parte.1.fo.152.H.
Interiorem hominem qui non excolit, non construit, non moribus ornat,sapientiam dei non quærit,& scripturis operam nō impedit,non potest homo homo dici,sed homo tantū.& homo animalis.parte.1.fo.317.E.
Interiora tanto magis dīs denunciat quanto se studiosius homines ab exterioribus purgant.parte.2.fo.39.A.
Interitus hominis sapientis & stulti nō est vn⁹.pt.3.fo.344.F.G.
Interitus animę quā occidunt hæretici, peior est q̄ quilibet cruciatus corporis.pte.3.fo.417.A.
Interpretatio optima nō semp fit trāsferēdo verbū ex verbo, sed aliquando fit melius transferendo sensum ex sensu.parte.2.fol.31.B.& fo.64.G.& fo.66.H.
Interpretatio trium virorum vel angelorum apparentiū Abrahæ quæ sit.parte.1.fo.70.B.
Interpretationes nominum Hebræorum Remigij, q̄ in fine Biblię communiter ponuntur,sunt in pluribus impropriæ,& frequenter ab Hieronymo reprobatę.parte.4.fo.432.H.
Interpretes veteris Testamenti in linguā latinam quot,& qui,& quo tempore fuerunt.parte.1.fo.2.F.G.Item parte.3.fo.2.F.
Interpretes septuaginta dicuntur concordare sibiinuicem in suis interpretationibus per miraculum.parte.1.fo.122.A.
Interpretes an dicendi sint Moyses & Aaron, non obstāte q̄ etiā prophetæ fuerunt.parte.4.fo.76.F.H.
Interpretes inter Ioseph & fratres vt Hebrei tradūt fuit Manasses primogenitus Ioseph, quia per iterpretem loquebatur ad eos. parte.1.fo.109.C.
Interrogare creaturas est earum naturas considerare ,& responsio earum est in hoc, q̄ ex tali consideratione homo assurgit ad cognitionem dei.parte.3.fo.30.B.D.
Interrogare deum quid sit.parte.3.fo.82.A.
Interrogat nos conditor noster tribus modis.pte.3.fo.70.B.
Interrogatio debet fieri ante condemnationem, quia nullus est condemnandus ante inquisitionem:quod probatur in Adam cum fuit vocatus à deo.parte.1.fo.42.D.
Interrogationum & responsionum istarum quis facile explicet rationem?vt scilicet rationem euch aristiæ percipiendæ vel eo ritu quo geritur explicandæ,vel eorum quę geruntur in baptismo,verborum,gestus ordinum.parte.1.fo.272.C.E.
Introitus supernæ fœlicitatis est per fidem trinitatis descriptam à quatuor euangelistis.parte.6.fo.272.D.
Introitus quatuor erāt i atrio tēpli scd'm quatuor partes orbis, scilicet porta oriētalis,ex qua pte erat ingressus tēpli, porta occidētalis vbi posterior pars & sētm sanctorū, & porta aquilonaris,& australis, q̄ erant ex lateribus templi. parte.2.fo.210.E.F.
Intueri non debent,quæ non licet concupiſci.parte.3.fo.58.B.
Inuenta quō & quando sunt inuenientis.parte.5.fo.46.D.
Inuentam rem à proximo suo quomodo Iudæi,erronee iudicāt non restituendam in aliquo casu.parte.4.fo.411.F.
Inuentum si quis non reddat,simile est rapinę.parte.1.fo.222.H.
Inuestiendi cōsuetudine episcopos & abbates per baculum & annulum (quo imperatores vſi fuerāt per trecentos annos & amplius)renūciauit Henricus imperator quintus huius nominis cogente eum papa Calixto sub interiectione anathematis &c. parte.6.fo.270.B.
Inuidere alijs nec propria discutere,quāta miseriaꝫ p.3.fo.346.E.
Cum vident mali lucere bonos inuident eis.parte.3.fo.295.E.
Inuidia quid est.parte.6.fo.218.E.Item parte.3.fo.323.D.
Inuidia est tristicia de bono alieno, inquantum extimatur ꝓprij boni diminutiua.parte.3.fo.16.G.Item.parte.5.fo.47.B.
Inuidia est tristicia de bono alieno,sed tristicia est passio corruptiua & mortificatiua.parte.3.fo.323.D.
Inuidia est tristitia de excellentia alterius par.5.fo.49.B.
Inuidia malorum crescit,crescentibus bonorum profectibus.p te.2.fo.245.A.
Inuidia duplex,propriè dicta & largè.par.1.fo.92.B.
Inuidiæ venena superari possunt,sed difficilē conquiescunt.parte 5.fo.69.F.& fo.174.G.
Inuidia magis est ad compatriotas & ad propinquos,similiter & inter eiusdem artis artifices q̄ ad extraneos.par.5.fo.47.B.Item parte.4.folio.128.G.
In inuidię zelo antiqu⁹hostis tota viscera sua cōcutit,licet etiā per omne vitium virus humano cordi infundatur.par.6.fo.88.A.
Inuidiæ signa & detestabiles effectus.Ibidem.
Inuidia tineæ quæ latenter vestes rodit comparatur,quæ studiū. vel fructum bonum lacerat,& compactionem vnitatis dissipat. parte.5.folio.158.C.
Inuidia interficit & paruum facit.parte.3.fo.16.E.
Inuidia nō est patris ad filium,si excedat eum in gloria& honore, quia pater quodāmodo manet in filio.par.2.fo.126.E.
Inuidia qua dæmones torquentur,eo q̄ vident homines posse p uenire ad beatitudinem,qua ipsi priuati sunt, non dimittunt homines tentare,licet sciant ex dānatione hominum suam pœnam in futuro crescere.par.1.fo.42.F.
Inuidi mens cum de bono alieno affligitur,de radio solis obscuratur.par.3.fo.17.B.
Inuidorum est libenter suspicari opprobrium alterius, cum nequeunt rodere opus qđ eminet.par.3.fo.265.B.
Inuidus tanto in maius incendium liuoris ignib⁹ inardescit,quāto ille cui inuidetur successu meliore profecerit.p.6.fo.88.A.
Inuido est vultus minax, toruus aspectus , pallor in facie,tremor in labijs,stridor in dentibus,verba rabida,& effrenata conuitia,& manus ad violentiam prompta,& si gladio interim vacua,odio tamen furiatæ mentis est armata.Ibidem.
Inuidus petijt post optionem oblatam,vt sibi vnus oculus eueretur,vt socius suus duos amitteret.par.1.fo.40.G.
Inuidus qui non potest videre bonū proximi quo lucet corā deo & hominibus per bonam famam figuratur per Heli.parte.2.folio.67.D.
Iuuidorum aspernator est dominus & ab his qui diuina beneficia in alijs persequuntur,miracula suę virtutis auertit.parte.5.folio.137.E.
Inuidi. signantur per Cedar(qui mœrēs & tenebrosus interpretatur)mœrentes de prosperitatibus aliorum,& sic inuoluti sunt tenebris peccatorum.par.4.fo.171.H.
Inuidus & ambitiosus per Lysiam significatur.par.4.fo.442.H.
Inuiolata sępe seruatur castitas intra conscientiæ clausira adiutorio bonorum,cum penevsq̄ ad lapsum imperitur.parte.1.folio.72.F.Interl.
Inuisibilium nullorum fit mentio in processu sex dierum,nisi tantum de deo & de anima humana.De alijs inuisibilibus sicut est natura angelica vel aer elementaris prætermittitur mentio expressa.par.1.fol.30.G.
Inuitati à viris magnæ autoritatis non debent se retrahere,sed acquiescere statim propter eorum reuerentiam.Cum autem inuitantur ab hominibus mediocribus seu modicæ autoritatis, non debent statim acceptare iuuitationem seu conuiuium,sed aliqualiter se retahere ne leues videantur.Exemplū de vtroq̄: ꝓEt datur hæc doctrina hominibus scd'm quosdam Hebræorum expositores,& videtur rationabile.par.1.fo.74.D.
Inuitandi sunt amici fratres & diuites ad conuiuia,propter charitatem mutuam nutriendam, & meritorium est.Si autem ad lasciuiam aut gulam exercendam,peccatum est.Si autem propter liberalitatem quandam seu vrbanitatem,indifferens est;& potest bene fieri & male,prout ad finem vlteriorem ordinatur, qui potest esse bonus vel malus .par.5.fo.162.H.
Inungitur infans baptizandus,in quibus partibus,& quare.parte 6.folio.251.A.
Inuocantes & etiā in vera pœnitētia existentes, non semper audiuntur à deo quantum ad amotionem temporalis pœnę,sed sēper exaudiūtur quantū ad amotionem culpę.parte.3.fo.310.G.
Inuocat orans,sed hoc vere non potest, nisi prius credat. parte.6. folio.23.E.
Inuocantes non modo credunt,sed etiam orant,vt postquam crediderit alicuius animus,non designatiq postulare quod promisit deus toto corde vigilantibus.parte.6.folio.23.E.
Inuocare & in nos vocare orādo nihil nisi dominū debemus. parte.3,folio.10.F.
Inuocare nomen domini,an semper sonet in bonum.pte.1.folio 47.H.& folio.48.A.D.E.
Inuocare spiritus immundos nō debet qui spiritussancti particeps

# Index in Gloſ. ordi.


effectus eſt ne fugiat ab eo ſpiritusſanctus. par. 1. fo. 302. E.
Deum non inuocant vere qui ei diſplicentia amāt. par. fo. 104. A
Inuocationibus dæmonum aut diuerſis artibus qui futura inquirunt diſcere cupiunt, quæ non expedit. par. 1. fo. 306. E.
Ioa Ioab literas quas ſibi ſecrete miſerat Dauid de morte Vriæ, oſtendendo aliis regem ſcandalizauit. parte. 2. fo. 127. D. E.
Ioachim per m. pater, & Ioachin per n, filius, à quo pgenitore deſcenderint quomodo rexerint, & de permutatione nominum eorundem, de captiuitate & ſepultura &c. parte. 2. folio. 185. C. G. & folio. 193. B. & fo. 257. F. G. Item parte. 4. fo. 140. H. & fo. 141. A. D. E. & f. 144. E. F. & f. 166. E. F. & f. 394. A. B.
Ioachim propter libri combuſtionem interfectus eſt & proiectus extra portas Ieruſalem. par. 4. fo. 16. F.
Ioachim p Nabuchodonoſor regē capt⁹ quis fuerit. p. 4. f. 294. F.
Iob an fuerit verus homo naturalis vel fictus. par. 3. fo. 4. B.
Iob Iob quis fuerit, diuerſi diuerſa dicunt. par. 3. fo. 2. A. Item parte. 1. folio. 15. B.
Iob librum an ipſe vel alius ſcripſerit. par. 3. fo. 2. A.
Iob librum bis trāſtulit beatus Hieronymus. Ibidem
Iob liber apud Hebræos eſt obſcurus, dubius, & variū habet ſtilum. par. 3. fo. 2. E. F. & fo. 13. D.
Iob librum immediate poſt Pentateuchum Hieronymus ordinauit, & ante Ioſue, & quare. par. 1. fo. 15. B.
Iob hiſtoria an ſit parabola vel ſit res geſta, & quid ad hoc reſpōdent aliqui Hebræorum. par. 3. fo. 4. B.
Iob quo tempore vixerit. par. 3. fo. 4. F. & fo. 45. H.
Iob de ſtirpe Hus deſcendit, qui de Melcha vxore natus eſt. Male igitur æſtimant quidā Iob de genere Eſau eſſe. p 1. fo. 78. E. G.
Iob de qua cognatione fuerit. par. 3. fo. 5. C.
Iob & Iobab eiuſdem nominis ſunt ſecūm aliquos. Ibidem. C. Item par. 2. fo. 101. A. B. Item par. 1. fo. 15. B. & fo. 101. A. B.
Iob & Moyſes declarantur fuiſſe contemporanei. parte. 3. folio 5. D. F. & alio. 228. C.
Iob in ſuo libro habet multa ignota vocabula, & inconſueta magis q̄ in aliis libris: nec etiam regulę grammaticales Hebraicæ communiter ſequuntur in eo. par. 3. fo. 13. D.
Iob liber ſecūm quoſdam Hebræorum expoſitores, ab alia lingua in Hebræam fuit tranſlatus. Ibidem.
Iob liber multum cōformatur ſtilo libri Threnorum, licet mod⁹ loquendi in Iob obſcurior ſit modo loquēdi in libro Threnorum. par. 3. fo. 13. E.
Iob liber totus rhetoricus eſt, cuius modus eſt, eandem ſentētiam modis pluribus explicare. par. 3. fo. 26. B. fo. 33. B.
Iob quidam Hebræorum aſſerunt fuiſſe hæreticum, & quare: ſed falluntur, & huius cauſa datur. par. 3. fo. 32. G.
Iob liber metricè conſcriptus eſt ab illo loco: Pereat dies in qua natus ſum &c. par. 3. fo. 67. G.
Iob commendatus fuit de quatuor virtutibus, & quę illę ſint. parte. 3. fo. 54. D. E.
Iob percuſſiones quot & quę fuerunt. par. 3. fo. 57. C. & fo. 60. A.
Iob an & quomodo aduerſitas deiecerit ab habitu ſapientiæ & ab actu, cum tamen ſuſtinuerit aduerſitates patienter. parte. 3. folio. 54. H.
Iob nō intelligitur āctior fuiſſe Moyſe vel Abrahā, & fortè aliis eiuſdem temporis, cum dicitur q̄ non ſit ei ſimilis in terra: ſed dicitur q̄ non fuit ſimilis ei ſecūm q̄ in quolibet ſancto eſt aliqua prērogatiua ſpecialis. Et ſic dicitur de quolibet. Non eſt in uentus ſimilis illi. par. 3. fo. 6. H.
Iob an intentione iſta ſcripſerit librum ſuum: q̄ velit declarare actus humanos diuina prouidentia regi, ſicut res naturales reguntur. par. 3. fo. 4. C. D. E.
Iob omni genere tentationis feritur, damnis rerum, orbitate prolis, percuſſione carnis, & hæc fuerūt quaſi exterior impetus belli. Intus verò per vxorem quaſi ciuem mens ſuſtinet venena cōſilij. par. 3. fo. 4. G.
Iob fuit flagellatus vt virtus ſuę patientię monſtraretur, & Sathā hoc executus eſt, vt per impacientiam Iob ad dei blaſphemiam impelleretu . par. 3. fo. 7. D.
Iob quare totondit capillos. par. 3. fo. 8. B.
Iob aduerſitatem paſſus fuit, quæ fuit duplex: V na ex bonorū amiſſione, alia ex propria corpis percuſſione. par. 3. fo. 6. C.
Iob an fuit flagellatus ſine cauſa. par. 3. fo. 13, B. G. H.
Iob per prophetiæ ſpiritum, ſecutura videbat aſſiſtētia in eo, cuſ nec futura veniūt, nec præterita diſcedunt. par. 3. fo. 3 . B.
Iob an tenebat q̄ ſubtractio bonorum temporaliū ordinabatur ad ſuum meritū, an illud ignorauit, quouſq; à deo fuit ſibi declaratum. parte. 3. fo. 8. F. G.
Iob qua ratione tam particulariter maledixit diem natiuitati ac noctem conceptionis, ſimiliter & ſtellas & hmōi. Suffeciſſet em̄ oſtēdere ſuā triſticiā & dolorē ſimpliciter. p. 3. fo. 13. C. D.
Iob qui virtuoſus erat & patiens, quomodo iratus dicitur contra Eliphaz & alios quare non potius diſſimulauit & patienter tulit . pre. 3. folio. 20. G.
Iob maledictionis & blaſphemiæ verba enuncians an protulerit ex ſententia ſua, vel magis tanq̄ ex errore amicorum ſuorum. parte. 3. fo. 10. F. G. H.
Iob ſecūm ſcientiam ſe noſſe confirmat amicorum, qui ſciendo cę leſtia, ipſorum terrenas cogitationes per prophetiæ ſpiritū trāſibar. parte. 3. fo. 31. B.
Iob nūciata ſunt primò minora aduerſa & poſtea maiora, vt ſic in q̄libet ānūciatiōe ipſo efficeret noua afflictio. p. 3. fo. 7. D.
Iob triſtitiam de amiſſione rerum demonſtrauit, ſic tamen moderate, vt eſſet ſubiecta rationi: Et quare ſuper amiſſione rerū nō ſit triſtandum. par. 3. fo. 8. C.
Iob dicit vitā ſuā odibilē & oneroſā, & p cōſequēs ſuā conceptionē, natiuitatē, & educationē, ex ſētētia ſuorū amicorū erronea, eos deducendo ad inconueniens. par. 3. fo. 10, H.
Iob cum maledicit diei & nocti, intelligitur ſic: Pereat dies. i. vtinā dies natiuitatis meæ non fuiſſet ſi poſſibile eſſet, & ſic non fuiſſem natus. Et eodem modo de nocte exponitur, quia loquitur de prēterito per modum futuri ad modum dolentis de aliquo prætérito. par. 3. fo. 10. H. & fo. 11. C.
Iob concluſit contradictiōem ſequi ex dictis amicorū ſuorū, qui ponebāt fœlicitatē hominis in ꝓſperitate tēpali . p. 3. fo. 27. D.
Iob oſtēdit in homine nihil eſſe remanens poſt mortem per tria. parte. 3. fo. 34. B.
Iob fuit afflict⁹ à diabolo immediatè quātū ad oblationē ſubſtātiæ ſuæ & filiorum & corpis ſui pcuſſionē, & etiā īmediatè, in quātū amicos excitauerat ad ei⁹ increpationē. tiō loquitur aliquādo in ſingulari, aliquādo in plurali. par. 3. fo. 36. G.
Iob habuit pfectiorē cognitionē de deo, q̄a plenius fuerat inſtructus de diuina virtute p flagellationē & per reuelationē & allocutionem diuinā ſibi factam. par. 3. fo. 82. C.
Iocoſum verbū ſi dicatur propter cauſam aliquā recreatiōis honeſtam, non nocet, ſed magis valet ad recreationē ſpiritū. vnde à philoſopho aſſignatur quædam virtus, quæ dicitur eutrapelia, qua aliquis ſcit conuertere dicta vel facta ad ſolatium honeſtum. parte. 6. fo. 95. G.
Iocunditatis æternæ affluentia per fluuium de paradiſo egredientem deſignatur. par. 1. fo. 37. H.
Iohānes hoc nomine multi Hebræi pri⁹ vocati ſūt. p. 5. fo. 127. C.
Iohannes baptiſta habuit nomen ex diuina prēordinatiōe & nō humana diſpoſitione. par. 5. fo. 186. B.
Iohannes baptiſta conceptus fuit circa finem menſis Septembris, ſed Ieſus circa finem Martij. par. 5. fo. 124. D.
Iohannes bap. ſpiritūſanctum accepit in vtero materno. parte 4. fo. 111. A.
Iohānis bap. in vtero exultatio duobus modis potuit fieri. parte 5. folio. 125. G.
Iohānes bap. in deſerto habitauit vſq; ad tempus ſuæ prædicationis, ſed quare. par. 5. fo. 127. H.
Iohannes baptiſta fuit initium noui Teſtamenti, & deſignabatur per tētorium in introitu tabernaculi &c. par. 1. fo. 185. D.
Iohannes quō dicitur ꝓpheta altiſſimi in cātico patris ſui, & ipſe Iohannes negat ſe propheram: Solutio. par. 5. fo. 127. F. G.
Iohānes bap. angel⁹ dicit, nō ſocietate naturę, vt mēritur Origenes, ſed officij dignitate. p. 5. fo. 90. B. Item par. 4. fo. 403. B.
Iohannis abſtinētia fuit aliis exemplū pœnitentiæ. p. 5. fo. 39. H.
Iohānes bap. dicit vox, & quare. p. 5. fo. 189. A. D. & fo. 16. F.
Iohānes bap. dicitur lucerna Chriſti, & quare. par. 3. fo. 285. E.
Iohannes dicitur iuſtitia, & quare. par. 3. fo. 212. E.
Iohānes bap. cōmendatur à quatuor. ſ. ex cōditione, ex diuina autoritate, ex nomine, ex officio. par. 5. fo. 186. G. H.
Iohannis baptiſtæ prædicatio ſolenniter deſcribitur & quare. parte. 5. fo. 133. F. H.
Iohannes baptiſta cæleſtia promiſit obſeruantibus legem. alij autem prophetæ temporalia promittebant obſeruantibus legem. par. 5. fo. 133. H.
Iohannes baptiſta nullum ſignum fecit, & quare, parte. 3. folio 85. C. & fo. 86. B. C.
Iohannē bap. Iudæi putabant eſſe Chriſtum, alij Heliam: alij dicebant eum vnum eſſe de prophetis, & quare hæc. parte. 5. folio 189. A. & folio. 149. C.
Iohānem bap. an malicioſè vel an ſimplici animo Iudæi acceſſerunt quærentes quis eſſet. par. 5. fo. 189. B.
Iohannes bap. q̄uis negauerit ſe eſſe prophetam, tamen interro-

gatus verū respōdit sed'm intentionē quærētiū. Vel negauit se esse ꝓphetā tantī, fuit plus q̄ ꝓphēta. par.5.f.127.G.& f.189.C.
Iohannes bap. quare & quomodo dixit se non esse Heliam, cum tamen Christus dicat: Mar.17. Ipse est Helias &c. p.5.fo.189.C.
Iohanes bap. fuit similis Heliæ in tribus. In vita, in doctrina, & in officio. par.5.fo.123.H.
Iohannes fuit similis Heliæ in austeritate pœnitentię, in solidita re constantiæ, & in autoritate doctrinæ. par.5.fo.39.D.F.
Iohannes bap. non accepit autoritatem à deo baptizandi nisi ad denunciandum Christum. & præparandum homines ad suum aduentum. par.5.fo.196.G.
Iohannē bap. dicit Hieronymus non fuisse per baptismum Christi mundum esse redemptum. Augustinus dicit Iohānem ignorasse hoc tantum, verum sibi retineat vim baptizandi, an alicui suorum tribuat. par.5.fo.190.B.
Iohannes bap. cognouit Christum dupliciter. Primò p reuelationem diuinā &c. Sed'ò cognouit eū, quādo spūssanctus descendit sup eū in signo visibili &c. par.5.fo.190.B.C.
Iohannes bap. prius baptizator q̄ baptizatus apparuit, vnde sanctificatum cum esse claruit, q̄uis visibiliter factum non inueniatur antequam baptizaret. parte.1.fo.252.B.
Iohannes bap. perhibuit testimonium de Christo prędicādo eius excellentiā & baptizādo in aqua. par.5.fo.187.A.
Iohannes bap. mittens de discipulis suis ad Christū vt quererent: Tues qui vēturꝰ es &c. Cui Iesus respōderit, Iohāni an discipulis suis, disputatur. par.5.fo.39.B.& fo.40.F.G.H.
Iohānis bap. discipuli tribꝰ de causis reprehensibiles fuerūt. p.5.f.33.A
Iohannes bap. nō statim post tentationem xl. dierum & ieiunium xl. dierum domini, est traditus. par.5.fo.91.E.
Iohānē bap. passū fuisse tpe paschali vñ colligit. par.5.fo.48.B.
Iohannes bap. vbi occisus & sepultus, & eius ossa quomodo in cendio collecta. par.5.fo.47.E.F.& fo.101.A.
Iohānes bap. nō cōnumeratur inter occisos veteris Testamenti, sicut Abel & Zacharias, & quare hoc. par.5.fo.74.A.
Iohānes bap. per Moysen significatur. par.1.fo.127.D.
Iohannes euangelista triplici vocatione vocatus fuit. Primò ad aliqualem noticiam Christi. Sed'ò ad eius familiaritatem. Tertio ad apostolatum. par.5.fo.184.G.
Iohannes euangelista creditur fuisse probabiliter ille qui cū Andrea primo sequutus est Iesum. par.5.fo.190.G. Itē p.6.f.228.F
Iohannes euangelista fuit vocatus de thoro nuptiali à Christo ad continentiam virginalem. par.5.fo.184.B.
Iohannis euangelistę fuerunt nuptiæ quibus interfuit Iesus, vt cōmuniter dicitur. par.5.fo.192.D.
Iohannes euāgelista persuadetur fuisse ille adolescens qui Iesu capto relicta syndone nudus profugit. par.5.fo.116.F.G.
Iohānes probato aliorum euangelio, aliqua deesse vidit, ꝓ quibus à fratribus rogatus scripsit euangelium. par.5.fo.16.B.
Iohannis euāgeliū cæteris excellēti ꝓ designat in tribꝰ, qa scripsit cæteris sublimius, subtilius, & perfectius. par.5.fo.184.B.C.D.
Iohannes euangelista vocem theologā emisit, quā tanto pondere grauidam reliquit, vt si aliquāto plus intonare voluisset, nec ipse mundus capere potuisset. par.5.fo.96.A. Itē p.1.fo.12.G.
Iohannes euangelista non dicit fine ratione. Verbum caro factū est, & non: Verbū factū est hō vel aīa: vide rōnē. p.5.fo.188.A.
Iohannes euan. sicut & cęteri apostoli duplici modo videndi notitiam habuit verbi incarnati. par.5.fo.188.A.B.
Iohannis euan. ꝓphetia alijs est excellētior duabꝰ rationibus, parte.6.fo.240.A.
Iohannis visio sed'm diuersos respectus imaginaria fuit & intellectualis. Ibidem.C.
Iohannes apostolꝰ scripsit aduersus dogmata hæreticorū de verbi dei æternitate, & aduersus eorū stulticiā &c. par.6.fo.228.B.
Iohannes Apocalypsim ante euangelium scripsit, & quare prius ponitur. par.5.fo.185.B.
Iohannes euangelium scripsit in Asia rogatus ab Asiæ epis postq̄ rediit de insulæ exilio Parhmos. par.5.fo.185.A.
Iohannes scripsit suū euangeliū post Matthiæ electionē, & etiam post Petri martyriū. par.5.fo.241.H.& fo.243.G.
Iohannes euāgelista primò scripsit septē ecclesijs quæ sūt in Asia, & consequenter alijs vniuersis. par.6.fo.242.C.
Iohannes euāgelista plus amabatur à Christo: & Petrus plꝰ amauit Christum. par.6.fo.165.A.
In Iohanne qui passus non est, non est impar meritum martyrij, & in Petro qui passus est. par.3.fo.179.C.
Iohannes habuit nidum suum in sinu Saluatoris vbi suauiter recubuit. par.5.fo.184.C.
Iohannes euangelista fuit notus pontifici triplici ratiōe. parte.5. folio.236.G.
Iohannes euangelista an viuat adhuc, vel an mortuus sit, opiniones sunt. Et quę probabilior, ponitur ibi. parte.5.fo.243.H.& folio.244.A. Item parte.4.fo.49.B.
Iohannes in medio candelabrorum aureorum non vidit filium hominis sed similem filio .i. angelū in persona Christi sibi loquentem. parte.6.fo.242.D.
Iohānes dicitur mare Tyberiadis, quare, & q̄liter. pte.6.fo.239.E.
Iohannes senior, dictus est quidam sacerdos aliꝰ à beato Iohanne euangelista, cōtemporaneus apostolorum. pte.6.fo.228.B.
Iohannes Hircanus dux Iudæorū, simul & pontifex virtutū vir fuit, ac multa opera mirifica confecit. Hic Hircanos deuincens Hircani nomen accepit &c. parte.4.fo.459.B.
Iohannes Hircanus tria vel precipua maxime solus habebat: nam & gentis princeps, & pontifex erat, & præterea propheta. parte.4.fo.459.F.
Iohannis Hircani filij qui & quot & qualiter & quādiu in regno Iudæorum patri successerunt. Ibidem.F.G.
Iohel an ꝓphetauerit contra omnes tribus. parte.4.fo.351.F.
Iohel quibus tribubꝰ ꝓphetauit, & quo tēpore. par.4.fo.351.G.
Iohel q̄uis tardius ꝓphetauerit, tamen contēporanei fuerūt sibi Isaias & Osee & cæteri illius temporis. par.4.fo.355.D.
Iohel missionē spiritussancti annunciauit & tēpus futuri iudicij, sicut angeli Christo ascendēte in cælum. parte.4.fo.355.G.H.
Iohel sub quo regum ꝓphetauit. pte.4.351.G.& fo.355.D.
Iona est dictio Hebraica, & signat æquiuocè columbā vel vinositatem. parte.4.fo.146.G.
Ionas cuius filiꝰ fuerit, an fuerit verus, vel falsus ꝓpheta, & q̄re dictus est Amathi. Et quomodo fugit à facie dei. pt.4.fo.373.G.H.& fo.374.B.C.
Ionas propheta quare magis sanctus scribitur, quām cæteri prophetæ, qui omnes sancti fuerunt &c. par.4.fo.372.F.
Ionas secundum doctores Hebraicos & Latinos fuit filius mulieris viduæ, quem suscitauit Helias. par.4.fo.373.D.
Ionā qd retrahebat ne p̄dicare vellet Niniuitis. pt.4.fo.363.A.B
Ionas cū à ꝑscē glutiretur, figurauit triduum sepulturæ Christi. parte.4.fo.374.C.
Ionas postquam prædicauit Niniuitis, confusus pr̄ verecundia, assumpta matre latenter egressus terram suam, septem annis exulrauit. parte.4.fo.373.D.
Ionathan filius Oziel (alias Oriel) tātę autoritatis fuit, & est apud Hebræos, q̄ nullus fuit ausus contradicere in translatione sua Chaldaica. par.3.fo.251.G. Item parte.6.fo.257.F. Item parte.1. fol.47.D. Vide etiam in Thargum.
Ionathas tribus vicibus inijt fœdus cum Dauid. pte.2.fo.89.D.
Ionathas amabilis sup amorem mulierum, exponitur dupliciter. parte.2.fo.98.F.
Ionathas an peccauerit gustando mel contra præceptum patris sui Saul. pte.2.fo.77.H.
Ioppe est portus supra mare mediterraneum, ad quem ducebantur ligna per mare, & inde in Hierusalem per terram in vehiculis qui portus est propinquior Hierusalem. per.2.fo.144.H.
Iordanis fluuius vbi oritur par.1.fo.63.E.& fo.325.G.& fo.375. H. Item parte.4.fo.51.G.
Iordanis pars mergitur in mare, & in amaritudinem fluit: & eius moralitas. par.2.fo.7.A.
Iordanis fluuius, est terminus terræ promissionis à parte oriētis. parte.2.fo.19.H.
Iosaphat pro expeditione suæ orationis allegauit quinq̄. parte.2.fol.226.H.
Ioseph apud patrē accusauit fratres suos de crimine pessimo, .i. de odio fraterno, quod dicitur crimē pessimū. p.1.fo.101.G.H.
Ioseph patriarcha quare patri in iuuentute erat magis amabilis. parte.1.fo.101.H.& fo.103.D.E.G.
Ioseph ex dono dei speciali fuit gratiosior moribus & corpore fratribus suis, cū debilior debuerit esse: nam in senectute solent generari pueri debiliores & defectuosi. pte.1.fo.101.H.
Ioseph venditio fuit facta matre adhuc viuente, vt dicunt aliqui. parte.1.fo.102.B. Alij aliter. Ibidem.C.
Ioseph venditus fuit ex triplici causa. parte.1.fo.101.G.
Ioseph an venditus sit Isaac auo suo adhuc viuente. parte.1. fo.101.E.& fo.102.B.C.
Ioseph à fratre suo Iuda venditus est, qui erat principalior: & suasit fratribus vt Ioseph mercatoribus venderetur. Et an vēditio præcise fuerit xxx. argentorū. &c. parte.1.fo.102.H.& fo.103.B.
Ioseph mater vt Hebræi dicunt, vocatur Bala quæ nutriuit eum

# Index in Glos. ordi.


in sinu suo:quæ etiam(mortua Rachel) vocata est mater ipsi⁹ Ioseph.par.1.fo.102.F.

Ioseph an vēdit⁹ dicitur Putiphari Eunucho,vbi quęritur,si Eunuchus quomodo vxorem habere dicatur.par.1.fo.103.A.

Ioseph vxor cuius filia esse dicatur sec'm Hebræos, part.1.folio 103.A.& fo.107.F.& an fuit filia domini quōdam,& emptoris sui,vel alterius.fo.108.A.B.

Ioseph, vt Iudæi dicunt, ter fuit venditus. parte.1.fo.103.B.C. Vel verius bis tantum fuit venditus.

Ioseph permissus est vendi,vt propter eum sequeretur liberatio populi tempore famis futuræ.par.1.fo.111.B.

Ioseph venditus fuit,vt dicunt Hebræi magistro carnificum.par. 1.fol.103.C.

Ioseph quanta fuerit pulchritudo conn̄citur,quam fœminæ quarum est pro priē pulchritudo,admirātur.p.1.fo.118.F.Interl.

Ioseph quantæ continentiæ & castitatis fuerit,apparuit,cum mulieri non acquieuit,sed potius ei suasit,vt passionem suam refrenaret.par.1.fo.105.D.

Ioseph habuit duas principales persequutiones,vnā à fratribus, aliam ab vxore domini sui.par.1.fo.120.E.

Ioseph cum factus esset præpositus terræ Aegypti,erat.xxx.annorum.par.1.fo.102.B.&.fo.108.B.

Ioseph cum frumenta colligeret vnde homines viuerent, pecora vnde viuebant,cū tanto fames inualuisset,& fratres Ioseph Pharaoni dixerūt: Non sunt pascua pecoribus pueror tuorum.par.1.fo.114.E.

Ioseph qui erat tā dulcis & mansuetus verbis & factis,quomodo afflixit fratres ita diu,antequam se eis notificaret. parte.1.folio 109.B.E.& fo.111.A.

Ioseph non videns Beniamin fratrē suum vterinum cum alijs fratribus,durè loquutus est,timens ne machinati fuissent contra eum in malum,sicut fecerant contra eum:ideo vt scire posset veritatem,durè loquutus est cum eis.&c.par.1.fo.108.E.F.

Ioseph dicēs fratres exploratores esse,non excusatur à mendacio quin esset peccatum veniale ,quia/ neq; apostoli multò perfectiores eo sic excusantur.par.1.fo.108.F.

Ioseph quomodo poterat fratrem suum Iudam arguere de contradictione .par.21.fo.111.E.F.

Ioseph nō poterat se continere quin se manifestaret fratribus suis sed quibus rationibus.Ibidem.G.H.

Ioseph iurans per salutem Pharaonis,an indecenter iurauit,& an periurium commisit.par.1.fo.109.A.

Ioseph fratribus vnde & quare exploratorum vitium impinxit. par.1.fo.109.B.G.

Ioseph magnā clementiam ostendit fratribus suis ,cum eos ad se venientes,nolens eos scandalizare apud Aegyptios,& volens eos certificare de plena remissione.par.1.fo.111.H.& fo.112.B.

Ioseph verba quomodo vera sunt,cum ait patrem dixisse:In monumento quod ego feci mihi in terra Chanaan &c.cum non legantur hæc verba patris cum de sepultura mandaret. parte.1. folio.122.B.C.

Ioseph quare non statim post mortem fecit asportari ossa sua in terram promissionis,est duplex ratio.par.6.fo.156.D.

Ioseph habuit fidem de sepultura & resurrectione Christi in terra promissionis complenda.par.6.fo.156.D.

Ioseph patriarcham vt dicit Ra.Sa.Gabriel docuit,lxx.idiomata quæ ante non nouerat.Et an in hoc verum dicat.parte.3.folio 106.C.

Ioseph pater putatiuus Christi,& virgo Maria,de eadem tribu fuerunt.par.5.fo.7.D.

Ioseph cū de duobus patribus suis euāgelista memorētur,quare nullius eorum nomen accepit,cū sec'm legem qui nascitur ex nomine defuncti,nomē habere debeat defuncti cui propagatur parte.1.fo.361.B.

Ioseph sponsus Mariæ creditur semper fuisse virgo,cū tamen virginem desponsauerit .par.5.fo.7.H.

Ioseph quare non accessit ad Mariam virginem,cum sibi esset desponsata.Ibidem.

Ioseph non cognouit Mariam ,quomodo & vnde hoc & q̄diu hoc fuit.par.5.fo.8.E.F.

Ioseph virū Mariæ dixerūt quidam de alia vxore generasse filios, & illos fratres Iesu dictos,sed improbatur.parte. 5.folio.193. C. & folio.96.F.& fo.8. F.

Ioseph in Bethleem asinum & bouem duxit,quibus præsepium fecit,& in quo virgo Maria puerum Iesum reclinauit, & pānis inuoluit.par.5.fo.129.G.

Ioseph non est inuentus cum Maria à Magis,& quare.p.5.fo.11.F.

Ioseph quarę timuit ire in Iudæam,notatur historia Herodis.parte.5.folio.13.C.

Ioseph qui alio nomine Barsabas dicitur,& Iacobus minor, dicūtur fratres Christi,quia consanguinei, & non ex Maria virgine nati.par.5.fo.96.B.

Ioseph decurio ab Arimathia.Ista est ciuitas quæ dicta est Ramatha,de qua fuit Helcana pater Samuelis.par.5.fo.181.D.

Iosephus Mattathię filiꝰ ex Ierosolymis sacerdos,sicut de eo scribit Hiero.in libro de illustribus viris &c.par.3.fo.3.E.Item parte.1.fo.188.C.& fo.191.G.

Iosephus errauit de nuditate Adæ in statu innocentiæ, dans huiꝰ rationem,q̄p ante viuebat tantum bestialiter.non habens vsum rationis,sed confutatur.par.1.fo.41. G.Item par.4. fo.304.B.

Iosephus circa historias libri Machabæorum multa dicit quę sūt dissona textui,propter qđ illa tanquam friuola dimittuntur.p te.4.fo.450.F.

Iosephus dicens:Qui nullatenus egit peccatum sed tantum cogitauit,nullo reatu tenetur,errat.par.1. fol.165.D.Item parte.4. folio.413.F.

Iosephus Hebræorum historiographus refert, insistentibus Romanis se fugisse in speluncam cum quadraginta comitibus,ibiq̄ proditum, inuentum,atq̄ ab hostibus captum.parte.5.folio 118.E.

Iosephus quia fuit de genere sacerdotali,& fuit in Ierusalem tempore quo adhuc stabat templum & sacerdotij ministerium,& pluries potuit videre,vt vidit vestes & ornamenta ipsorum, ideo certius potuit scribere talia q̄s sui sequaces.par.1.fo.188.C.

Iosephus quadragesimo sec'ūdo anno à passione Christi vel circiter,incœpit scribere librū antiquitatis Iudaicæ:quem obtulit Vespasiano imperatori ,qui cœpit imperare anno dominicæ incarnationis septuagesimo primo.par.4.fo.64.G.H.

Iosias fuit sanctissimus vir,sed filij eius succedentes fuerunt pessimi,ideo regni status post mortem patris mutatus est in malum par.4.fo.195.H.

Iosiæ quatuor filij leguntur,& alibi tres tantum,quomodo sup hoc concordia accipiendaest.par.2.fo.193.B.

Iosue successor Moysi in regimine populi fuit confortatus& assecuratus de terrę promissionis acquisitione & diuisione.parte.2. folio.4.D. Ios

Iotha vnum de lege non præterire posse,quare dictum est, & de quo.par.1.fo.196.A.

Ira dupliciter diffinitur à philosophis .s.materialiter & formaliter.par.4.fo.385.G. Ira

Ira est duplex.s.ira per vicium,& ira per zelū.parte.5.fol.95.C.D. Item par.6.fo.211.D.Item par.3.fo.16.E.& fo.126.E.

Ira per zelum sapientes turbat,sed ira per vicium stultos trucidat par.3.fo.16.E.

Ira per zelum oculum mentis turbat,sed ira quæ est per vicium illum excæcat.par.3.fo.126.F.

Ira potentum lenienda est blandis sermonibus,sicut furor Saul per citharam Dauid.par.2.fo.8.E.

Iræ triplex gradus.par.5.fo.20.H.

Ira duplex .s.consummationis,&consumptionis. par.3.fo.164.A & fo.167.F.

Iram propriè causant paruipensio & contemptus eorū circa quę aliquis maximè studet.par.3.fo.20.D.& fo.56.D.& fol.92.E.& fo.416.H.Item par.2.fo.310.F.

Iræ effectus est triplex.Primus est iurgium.par.3.fo.325.G.Secundus est recedere ab amico fideli,qđ frequenter facit ira.fo.326. D.Tertius alterius cui aliquis irascitur, contēptus.fo.327.C.

Irę natura est vt prolata magis ferueat,occultata langueſcat.parte.3.fol.321.A.

Ira stulti vbi incanduerit,mox viscera pietatis amittit, & furori frena laxat .par3.fo.334.E.

Iræ commotio nec locum debet habere in te.Ipsa conturbatio indecens est ei qui sub Iesu duce militat.par.2.fo.18.E.

Ira intelligentiæ lumen subtrahit,& mentem prouocando cōfūdit.par.3.fo.20.D.

Iræ motus q̄uis sit moderatus ratione,impedit intellectum à contemplatione veritatis.par.5.fo.95.D.

Ira inconsiderata res est,ita vt aliquando nec sibi parcat cui irascitur.par.6.fo.108.A.

Ira multis virtutibus priuat,quia dum quietem menti tollit,spiritussanctus ibi non quiescit.par.3.fo.16.E.

Iratus præ ira solet truncare verba sua.par.4.fo.240.D.

Iratus homo emittit anhelitum ;fumosuum per nares. parte.4. folio.10.H.

Ira qualiter oculos mentis & corpis perturbat & excęcat.parte 3.fo.126.F.
Iræ passio maximè appareat in facie,& in oculis potissime.parte.3. folio.126.F.
Ira vt mentē superet, causa est multitudo cogitationū supuacuarū,quibus mens acquiescit.parte.3.fo.67.B.
Ira & clamor & omnis amaritudo immūdi spiritus furor est. parte.5.fo.138.A.
Iræ.passio non consurgit ex timore,sed ex alijs passionibus.s.ex tristitia illata,cum desiderio & spe vlciscendi.par.1.fo.156.B.
Iræ passiones licet incipiant â tristitia,terminantur tamen in delectatione,habita vindicta.par.2.fo.310.G.
Ira magis est in iuuenibus,q̄ in senibus,& quare.par.3.fo.353.B.
Ira semper plus vindictam exigit q̄ iniuriā accipit.p.1.fol.145.B.
Ira præter rationem opponitur mansuetudini,non autem illa quæ est moderata,quia de ratione mansuetudinis est q̄ faciat moderationem.par.5.fo.95.D.
Iræ dandus est locus aliquando.par.5.fo.47.H.
Iram qui vincit melior est,q̄ qui capit ciuitatem parte.3.folio.95.A.& fol.325.B.
Ira iusta mater est disciplinæ,& ira quæ est cum causa, iudiciū est, non ira.parte.5.fo.20.F.
Ira venialis est quę non ducitur ad effectum.par.3.fo.91.E.
Ira magna est à deo tormēta nō perpeti.p.4.f.174.F.& f.233.B.
Ira iudicij tanto districtior portabitur,quanto nunc minus timetur.par.3.fo.335.F.
Irę hominis potestas est corpus occidere,post nihil facere: Deus & hic punit,& post in gehennam mittit.par.3.fo.222.B.& folio.223.D.
Ira dei quæ & qualis sit.parte.4.fo.406.C.Item par.2.fo.120.G. Vide in Passiones.
Ira dei non perturbationem:sed merita & peccata puniendorum signat.par.4.fo.406.C.
Iræ dei an,quomodo & per quos resisti possit,cū Iob dicat:Deus cuius irę resistere nemo potest.par.1.fo.198.E.
Iræ dei quando & quomodo resistendum sit,& qui restiterūt.parte.3.fo.24.F.
Ira dei est motus qui fit in anima quæ legem dei nouit, cū videt eam â malo præteriri.par.3.fo.89.A.
Ira dei manet non aduersus,sed super peccatores.s.originalis dānationis vel cęlestis iudicij:quia non de inferioribus,sed de superioribus iudicantur peccatores.par.2.fo.238.E.
Ira an fuerit in Christo:Et arguitur pro & contra.p.5.fo.95.C.D.
Iracundia ianua omnium vitiorum,qua clausa virtutibus intrinsecus dabitur quies,aperta ad omne facinus armabitur animus. parte.3.fo.336.E.
Iracundiæ maioris est cum hoc tribuitur qđ male desideratur. par.3.fo.43.A.
Iracundiæ immanitas qua & homicidiū fit significatur,per ignē. par.3.fo.200.A.B.
Iracundos melius corrigimus si in ipsa iræ commotione declinamus.Perturbati enim quid audiant,ignorant.Sed cum ad se redeunt,tanto libentius exhortationis verba recipiunt, quanto se tranquillius tolerari erubescunt.Menti autem furori ebriæ omne rectum qđ dicitur per uersum videtur. par.2.fo. 92.A.
Iracundi cum nulla se consideratione mitigant,necesse est,vt qui furentes reprimere conatur,non se in furorem erigat,sed quod est tranquillitatis ostendat,& subtiliter proferat,in quibus ex obliquo animum furentis pungat.parte.2.fo.99.B.
Irascendi motum medici ponūt in corde.par.1.fo.218.E.
Irasci & dedignari est contra deum murmurare,& propè blasphemare.par.3.fo.137.A.Interl.
Irascibilis pris deordinatio maximè apparet ī homicidio:scd'ò ī q busdam alijs quæ procedunt ex rancore & odio.p.1.fo.352. B
Irascibilis pars tendit in bonum sub ratione ardui, & in malum sub ratione vindicatiui.par.1.fo.167.C.
Irascibilis passiones omnes oriuntur ex passiouibus concupiscibilis,& terminantur in ipsis,part.4.folio.6.G.Item parte.1.folio 354.F.
Irascitur deus aliquando vt pater,aliquando vt dñs, aliquando vt iudex. parte.4.folio.202A.
Cum irascimur,flatu furoris inflamur.par.3.fo.14.F.
Iris cęruleo colore designat præteritum diluuium,igneo futurū iudicium.par.1.fo.56.B.Interl.
Iris quomodo est signum fœderis,cum procedat ex causa naturali.par.1.fo.56.B.C.D.F.& fo.37.B.E
Iridis generatio vnde fiat.Ibidem.
Iris dr arc dęmōis.i.sapiēs.p.6.f.294.H.Itē p.1.fo.56.A.
Irregularitas in nouo Testamento, sicut aliquando causatur ex bono actu,vt ex occisione malefactoris per sententiam iudicis: sic in veteri Testamēto ex actu sepulturę impediebatur ad tempus celebratio Paschę.parte.1.fo.279.D.G.
Irregularitates quasi erant in lege, immundicię ex tactu mortui vel alterius immundicię,prohibentes accessum ad diuina.parte 1.fol.278.C.
Irremissibile dicitur dupliciter.parte.6.fo.284.D.
Is Hebraicè dicitur vir,issa appellatur mulier quasi q̄dā virgo.parte.4.fo.111.E.Item parte.1.fo.92.Interl.Vide etiam in Eua. Is
Isaac quotennis erat quando fuit immolandus per patrem,& an inuitus patri assenserit, & quomodo promissum in se impleri credidit.s.in Isaac vocabitur tibi semen,si moreretur &c.parte.1. fo.77.G.H.Aliter dicūt quidam Hebręorum q̄ erat.xv.annorum ferè.Et quòd quasi inuitus accessit ad immolationem. parte.1.fo.78.G.H.& fo.79.D.
Isaac licet esset.xxxv.annorum,tamē vocatur puer.& quare. parte.1.fo.78.B.G.
Isaac contra naturā humanæ generationis ,pmissus, in signū fuit dei filium contra humanam rationē nasciturū.par.6.fo.11.F.
Isaac non fuit natus de Sara virtute naturæ tantum,sed cum hoc per adiutorium gratiæ. parte.1.fo.70.G.& fo.75.F.
Isaac ligna portans figurauit Christum crucem baiulantem. parte.1.fo.77.G.
Isaac secundum Hebræos ex quo voluntariè accessit vt immolaretur,extunc fuit consecratus domino,& non fuit licitum ei habere nisi vnicā vxorem.parte.1.fo.84.D.
Isaac non fuit vocatus ad aliam terram transire vel regionem. parte.1.fo.86.B.
Isaac quomodo figurat natiuitatem virginis.par.1.fo.75.F.
Isaac quare potius non meritum ascribitur q̄ Abrahę, cum potuisset restitisse patri in oblatiōe &c.par.1.fo.78.G.& fo.79.D.
Isaac fuit cum Rebecca vxore sua.xx.annis anteqū pareret, quare non accepit aliam sicut pater eius Abrahā accepit Agar postq̄ decem annis probauerat Sarę sterilitatem.pt.1.fo.84.D.
Isaac humano more filiū maiorē benedicēdum putauit, sed deus qui occultorum est cognitor,minorē dignū benedictiōe ostendit,vt non hominis ostenderet esse benedictionem, sed dei.parte.1.fol.88.F.G.Item par.6.fo.159.H.
Isaac quare non retardauit benedictionem cognita fraude. parte.1.fo.88.G.H.
Isai quomodo dicitur habuisse filios octo in libro Regum,& Paralipomenon septem.par.2.fo.191.E.G.
Isaias in Esaias.
Isopus in Hisopus.
Israel & Iacob idem homo fuit,sed primò vocatus est Iacob ideſt supplantator,postea Israel,ideſt videns deum, vel directus cum deo.par.4.fo.204.G.H.
Israel dictum putat Iosephus ipsum Iacob,q̄ aduersus angelum steterit &c.Quòd aūt in libro Hebræorum nominum interpretatur Israel,vir videns deum,vel mens videns deum, non tam verè q̄ violenter interpretatum videtur &c. super hoc declaratio.par.1.fo.96.E.
Israel vel Iacob, simpliciter & sine nominis adiectione dicitur, quando agitur de carnali Israel.par.4.fo.82.A.
Israel est nomen generale ad omnes Hebręos.par.4.fo.117.B.
Israel in scripturis sępe accipitur pro populo q̄ sub fide & cultu dei residet,etiāsi ab Isrl nō descēdat scd'm carnē.pt.1.fo.390.F.
Israeli maximū beneficiū fecit deus in deserto,q̄n voluit habitare in medio populi in tabernaculo,in quo erat ppitiatoriū tāq̄ sedes dei.parte.3.fo.357.C.Item par.1.fo.379.F.
Israel fuit dignior in populis.par.1.fo.133.D.
Israeli triplex beneficium exhibitum fuit in deserto.Primū beneficium columbę ignis & nubis,quę illuminabat noctem.Secundum fuit mannę cęlitus datę in cibum.Tertium fuit ritus sacrificiorum.parte.3.fo.357.H.
Israelitico populo quomodo dictum est:Et dedit dñs deo Israeli oēm terrā quam iurauerat &c.cū nō solum vsq̄ ad diē mortis Iesu,sed etiā post,non eradicaueriť gentes.pt.2.fo.27. F. G. H.
Israelita si peccet,ideſt laicus,ipse suū nō potest auferre peccatum, sed requrit leuitā vel sacerdotē vel pontificē,vt peccatorum remissionem accipiat.parte.1.fo.293.B.
Israelita q̄ habeat equum nusquam inuenies. parte.2.fo.18. B.& folio.24.E.
Iter duplex est in scripturis scilicet laudabile & culpabile &c.parte.2.fo.16.G.
Iter quo tenditur ad virtutes non est procliue,sed ascenditur anguste & difficulter.par.1.fo.152.A.

# Index in Glos. ordi.


Iter sapientiæ dei qui incedunt, nemora sunt eis vmbrātia, omnis cętus iustorum & chorus prophetarum. Sub vmbra em̄ sensuū quos apud eos scriptos inueniunt, refrigerantur animæ eorū & in doctrina eorum, quasi incedentes per opaca nemorū delectantur. par. 1. fo. 307. F.

Iter sapientiæ quantā requiem, habeat, si intellexisti, quantū gratiæ quantūq; dulcedinis, noli negligere: aggredere iter, incipe tamen cito: in consortium tuum venient angeli &c. parte. 1. folio. 508. B.

Iter sabbati à monte Oliueti vsq; ad Ierusalem, erat mille passuū, qui faciunt leucam, quia illud spacium licebat Iudęis pertransire, & non vltrà in die sabbati. part. 6. fo. 164. G.

Iubilæus vbi nos dicimus, in Hebræo habetur Iobel &c. parte. 1. folio. 258 G.

Iubilęus annus quis dicatur. par. 3. fo. 157. A. & fo. 261. A. Item pte. 1. fo. 187. A.

Iubilæus annꝰ quando incipiebat, videlicet an in quadragesimo nono anno vel in anno immediate sequenti, est duplex opinio tam apud Hebræos q̄ apud Latinos. par. 1. fo. 258. G.

Iubilum cum tanta lætitia corde concipitur, quam sermo non explicat: sed tamen os sonat. par. 3. fo. 23. F. & fo. 63. A. & fo. 70. F. & fo. 152. A. & fo. 221. C.

Iubilus est sonus lætitiæ sine verbis, quia lætitia animi nō potest explicari. Hic fit à nobis in confessione, à malis in confusione, cū de terrenis adeo gaudent. par. 3. fo. 234. A.

Iud

Iudas Scarioth prouidè inter apostolos eligitur, & quare. part. 5. folio. 96. B. & fo. 225. A. & fo. 36. A. Itē p. 3. f. 100. E. & fo. 164. A.

Iudas traditor de tribu Ephraim, & de vico Scarioth dominum vendidit, & dicitur ebrius non vino sed auaritia & diaboli cibo. par. 4. fo. 52. A.

Iudas Schariothis, sic dictus est, non quia de genere Isachar, vt dicunt aliqui, sed à loco vnde natus fuit Scharioth, qui est quidā vicus in Iudæa. par. 5. fo. 36. B.

Iudas Scarioth vtrum à principio suæ vocationis à Christo fuerit malus: Quid in hac quæstione, quæ est de his quæ transcendunt humanam inuestigationem, cum sit de occultis cordis humani, & in consimilibus quæstionibus tenendum est illud qđ est magis consonum sacræ scripturæ & rationi &c. parte. 3. folio 207. E. F. Item par. 1. fo. 153. F. G.

Iudam quare Christus permisit portare pecuniam, cum sciret eū furem. par. 5. fo. 221. F. Item par. 6. fo. 45. E.

Iudas equus erat, & cum ascensorem habuit dominum, de equita tu salutis erat: cum cæteris em̄ apostolis missus ęgrotis salutem & languentibus præstitit sanitatem; vbi diabolo se substrauit, illius habenis ductus contra dominum equitauit. parte. 1. folio 205. F. H.

Iudam Christus tolerauit, & ad prædicandum misit, & ei eucharistiam dedit, vt ostenderet dona peruenire ad eos qui fidem accipiunt, etiam si talis sit per quem accipiunt, qualis fuit Iudas. par. 3. fo. 100. E.

Iudas non solum murmurauit super vnguento effuso per Mariā Magdalenam, sed etiam alij discipuli, qui fuerunt ab eo incitati par. 5. fo. 221. F.

Iudas à Christo eucharistiam accepit sicut cæteri apostoli, vt cōmuniter doctores dicunt, licet Hilarius contrarium dicat. parte. 5. fo. 79. G.

Iudas auaricia corruptus, cum Iudæis de morte Christi tractādo perpetuę mortis ruinā meruit, & significatur p Achitophel, q etiam se laqueo suspendit. par. 25. fo. 212. B.

Iudas qui impius corde erat, q̄uis ipso domino redarguente, noluit mala cœpta corrigere. Petrus verò quia rectus corde, respiciente se domino, mox pœnitendo correxit, quod negando deliquit. parte. 3. fo. 329. F.

Iudas proditor & illi qui Christum tradiderunt Pilato, fuerunt Iudæi. parte. 6. fo. 171. G.

Iudas traditor dignam sibi pœnā inuenit, dum guttur quo vox proditionis exierat, laqueo necauit. Dignū etiā locū interitus quęsiuit, vt qui angelorū & hominū dominū prodiderat, cęlo & terræ perosus, quasi aeris spiritibus sociādus, in medio aeris periret. parte. 6. fo. 165. B. E.

Iudas proditor, qui de morte Christi tractauit cum principibus sacerdotū, significatur p Doech &c. parte. 2. fo. 88. D.

Iudas ꝓditor significat p Saulē, qui cū armatis ad capiendū Iesum venit, & Iesus qui significatur per Dauid, processit eis obuiam & dixit eis, Quem quæritis &c. par. 2. fo. 92. H.

Iudas licet pœnituit, tamen inutiliter, quia desperauit & se suspēdit. par. 5. fo. 83. G.

Iudas desperando plus peccauit q̄ Christum tradendo, & quare. parte. 5. fo. 83. G.

Iudę desperatio processit ex duobus. par. 5. fo. 83. G.

Iudas in benedictionibus non reperitur, & ab apostolis excluditur, & de hoc figura. par. 1. fo. 376. B.

Iudas Machabæus triplex bellum habuit tempore Antiochi. pte. 4. fo. 35. C.

Iudas Machabæus secessit in desertum locum, ibiq; inter feras vitam in montibus cum suis agebat. par. 3. fo. 148. D. Item parte 4. fo. 467. G. H.

Iudas Galilæus erat quidam sic dictus ante passionē Christi, qui tempore natiuitatis Christi inducebat populū ad rebellandū imperatori Romano, dicens esse illicitum Iudæis profiteri aliquē dominum terrenum, sed solum deum: & ideo accusantes Christum ante Pilatum, volebant eum notare q̄ esset similis illi. par. 5. fo. 179. G. & fo. 69. C. & fo. 216. C. Item par. 6. f. 174. A.

Iudæ apostoli epistola, quia de apocrypho testimonium habet prisc̄s temporibus à pleriscq; reiciebatur. sed tamen autoritate iā & vetustate & vsu meruit, vt inter sanctas scripturas cōputetur. parte. 6. fo. 238. F.

Iuda est vna de duodecim tribubꝰ, vnde reges & à regno omnes Iudæi dicuntur. Confessi autem Cæsarem, non Christū qui de Iuda, iam non Iudæi. par. 3. fo. 194. A.

Iuda & Ierusalem multo peiora inueniūtur fecisse q̄ Israel, & qđ & quomodo. par. 4. fo. 128. D.

Iudaicus populus distinctus fuit ab alijs populis, signo, lege & habitu, & quare. par. 5. fo. 34. D. & fo. 102. C. Item par. 3. fo. 369. G. & par. 1. fo. 290. A. & fo. 305. D.

Iudaico populo data est lex & prophetæ singulariter. hac ratione quia Christus secꝰm carnem inde erat nasciturus: ideo decens erat speciali quadam pollere sanctitate. par. 6. fo. 8. F.

Iudaicus populus quodāmodo liberatus fuit à diaboli potestate per legis dationem quę excludebat cultum dæmonum: & inducebat ad colendum vnum deum verum. par. 5. fo. 43. F.

Iudaica plebs per terram sterili ficu occupatam signatur, quæ noxia præpositorum vmbra premitur, ne lumen veritatis videat & exemplis eorum impeditur, ne sole dilectionis caleſcat. parte. 5. fo. 160. E.

Iudaicus populus significatur per aquam Probaticę piscinæ, qui modo stat quietus, modo ventis tētationuū turbatur &c. parte 5. fo. 291. A.

Iudaicus populus signatur per Pharisæum, qui ex beneficio legis & prophetarum susceptō, de sua sanctitate præsumens, Gentiles aspernabatur. Per Publicanum Gentilis populꝰ designatur & quare. par. 5. fo. 170. H.

Iudaicus populus per Herodem Iohannem baptistam occidētem impetratione saltantis significatur: qui sibi velut vxorē Gentilis populi de eodem parente progeniti sociauit infidelitatem &c. par. 5. fo. 47. F.

Iudaicum populum deus dilexit, & hoc ostendit ex tribus beneficijs quæ patribus eiusdem populi concessit. par. 4. fo. 72. B. G. & fo. 73. C.

Iudaica plebs fuit virgo in patriarchis & ꝓphetis virginitate mētis & cognitione & cultu veri dei, sed post idola adultera facta est. par. 4. fo. 352. E. & fo. 363. F.

Iudaicam plebem lege & prophetis illuminatam, significat australis porta. par. 2. fo. 211. A.

Iudaicus populus libros legis & prophetarum portans, quasi diuinitus scriptos honorat, sed quem Moyses & prophetæ prædixerunt ignorat. par. 2. fo. 87. A.

Iudaicæ cæcitatis typus figuratus est in hoc, q̄ ab hora sexta dies conuersus est in noctem crucifixoribus. par. 4. fo. 364. D.

Iudaica plebs dicitur mulier adultera. par. 4. fo. 21. D.

Iudaicus populus per bouem significat qui iugo dei suppositus proselytos colligens, per corda quæ valuit nomen legis traxit. par. 3. fo. 18. E.

Iudaica plebs interiorum nomine designatur. Hi em̄ qui deum nouerant, quasi sub meridiano sole feruentes, in fidei calore tenebantur &c. par. 3. fo. 68. F.

Iudaica plebs per infidelitatis meritum nigra corui nomine designatur, cui dum pulli eius clamant, esca præparatur &c. par. 3. folio. 73. B.

Iudaicus populus per rhinocerotem .i. vnicornem intelligitur, q dum de accepta lege inter cunctos homines elationem sumpsit quasi inter cæteras bestias cornu singulare gestauit. parte. 3. folio. 75. B. C.

Iudaici populi magna deuotio post reditū de captiuitate Babylonica tempore Esdræ. par. 2. fo. 263. B.

Iudaicus populus magna insania ductus, licet esset vnum idolū tantum

tantū in adoratione vituli dixerūt: Hi sunt dij, ad reuerētiā idoli sicut magnæ personę de se loquuntur in plurali ad magnificentiā. parte. 1. folio. 198. C. & fo. 199. F

Iudaica plebs figuratur per Mariam sororem Moysi, & lex domini significatur per Moysen, quę transit ad connubium Aethiopissæ, ecclesię. s. de Gentibus congregatæ: & ideo Maria, id est synagoga indignatur &c. par. 1. fo. 284. E.

Iudaicam plebem aspice: vide quanta lepra peccati in illa est, quānta intelligentiæ caligo, quanta obseruantiæ fœditas, sed hæc lepra non est perpetua. &c. par. 1. fo. 284. E.

Iudaicam gentem regno priuatam, quasi ad nihilum redactam sub potestate inimicorum in derisum & publicum positā pro uerbium, figurat regis Saul occisio. par. 2. fo. 200. A.

Iudaica perfidia inter paschales epulas de nece domini tractabat sicut Saul inter epulas, Dauid mortis filium esse iudicabat. parte. 2. fo. 87. A.

Iudaica plebs designabatur per Thamar, quæ interpretatur amaritudo, quia domino fellis poculum dedit. par. 1. fo. 104. A.

Iudaici populi regno nō potest aptari hoc testimonium Ieremię: Non interibit de Dauid vir qui sedeat super thronum domus Israel. Nec sacerdotio potest aptari: necesse est ergo vt ad regnum Christi & sacerdotium transferatur. par. 4. fo. 157. E.

Iudaicus populus nihil voluit spiritualiter intelligere in lege. p te. 1. fo. 202. B.

Iudaica captiuitate totus orbis completus est. Venditi em̄ sunt filij Græcorum, & exterminati de finib⁹ suis, & filij decem tribum vsq; hodie apud Medos tenentur. par. 4. fo. 356. E. F.

Iudaicus populus nunq; tot & tantos dolores sustinuit, sicut in obsidione & destructione Ierusalem per Titum. par. 5. f. 117. G.

Iudaismo non potest ascribere Hebræus aliquem primatum dignitatis in ecclesia, nisi sec'm prioritatem temporis: quia prius tempore insertus est radici gratiæ q̄ Gentilitas. par. 1. f. 376. H.

Iudæa quandoq; dicitur tota terra promissionis, quandoq; dicitur terra duarū tribuū, quādoq; ponit̄ p sorte Iudę. p. 4. f. 3. A.

Iudęa, omnis Iudæorum prouincia: dicta est generaliter, ad distinctionem aliarum gentium, specialius tamen meridiana plaga dicitur Iudæa. par. 5. fo. 107. F. Item par. 6. fo. 167. B.

Iudæa primò dicta est terra Chanaan, quia post diluuium inibi habitauerunt filij Cham: quibus expulsis per filios Israel tempore Iosue, nominata est Iudæa à tribu Iudæ, quę erat principalis & regia. par. 5. fo. 3. H.

Iudæa in plures partes diuisa est, quæ omnes licet Hebręa lingua loquantur, tamen singulæ domesticam dicendi speciem habēt distinctam, & aliter, pronunciatur in diuersis partibus &c. p te. 6. fo. 167. B. Item par. 2. fo. 53. B.

Iudæa tota sec'm suam longitudinem sita est super mare mediterraneum ex parte occidentis, & in latere opposito habet Iordanem fluuium, transeuntem per mare Galilææ & mare mortuū. parte. 4. fo. 97. D. & fo. 41. F.

Iudæa dicitur insula, eo q; est inter duo maria. s. mare mortuum ab oriente, & mare mediterraneum ab occidente. par. 4. fo. 41. F. Item parte. 3. fo. 178. H.

Iudæa dicitur hortus, propter eius fœcunditatem. Concluſus propter eius fortitudinem, quia ab occidēte clauditur mari mediterraneo, ab oriēte Iordane fluuio, ab aquilone monte Libani, à meridie deserto Aegypti, qd' non potest de facili transiri. parte. 3. fo. 361. H.

Iudæa habet multos fontes ita limpidos, ac si essent sigillati, ne bestia vel homo posset aquam turbare. par. 3. fo. 361. H.

Iudęam inclytam esse, & omnibus terris fertiliorē dubitari nō potest. p. 4. f. 239. A. Aegyptus tñ est fertilior & amœnior. Ibidē. C

In Iudæa tria loca fuerunt amœna & fertilia. s. Libanus, Carmel⁹, & Saron. par. 4. fo. 64. H.

Iudęa dicitur terra fœderis, quia promissa fuit Abrahę & semini eius in fœdere quod iniit cum eo dominus. par. 4. fo. 253. G.

Iudæa dicitur hæreditas domini, pro eo q; ibi viguit cultus diuinus. par. 3. fo. 190. D. & fo. 194. B. & fo. 202. D. & fo. 89. D.

Iudæa (quæ est in quarto climate orbis) derelicta fuit à suis habitatoribus in captiuitatē ductis, & postea multiplicata est in hominibus, aīalib⁹, & alijs bonis. par. 4. fol. 18. A.

Per Iudęā tempore primi templi prophetæ discurrebant, populum à malis retrahendo, & ad bonum exhortando. Tempore verò secundi templi non legitur habuisse nisi Aggeum, Zachariam, & Malachiam, & postea caruit prophetis per. ccc. annos & amplius vsq; ad tempus Iohannis baptistæ. par. 4. fo. 64. H.

Iudæa dicitur desertum, & postea gausa, quare & quando. parte 4. fo. 94. H. & fo. 70. D.

Iudæa consuetudinem habuit hanc. In aliquo celebri loco ponebantur lapides rotūdi grauissimi pōderis, quos iuuenes pro varietate virium probādarum, alij vsq; ad genua, alij vsq; ad vmbilicum, vel etiam super cerucem extollebāt: nec prius ad agonem descendebant quàm ex eleuatione ponderis sciretur, quis cui comparari deberet. par. 4. fo. 419. A.

In Iudæa is mos vsq; hodie permanet, vt sparsis crinibus mulieres nudatis pectoribus voce modulata populum trāsfundant in lachrymas. parte. 4. fo. 125. E.

Iudæa gens (qd' nulli dubiū est) quāto ceteris p̄cellebat gl̄iosior, tanto peccatis exigētibus nulla est mō inferior. pt. 4. fo. 187. D.

Iudæam tertio vastauit Nabuchodonosor. Primò cum Ioachim (qui & Heliachim) filium Iosiæ vinctum cathenis duxit in Babylonem, cum vasis domini quæ in templo suo posuit. Secundo, cum Ioachim cognomēto Iechoniam filium eius, cum matre & principibus & eunuchis trāstulit in Babylonem. Tertiò, cum Sedechiam cœpit & exęc..uit, filios interfecit, & incendit domum domini & Hierusalem destruxit. par. 1. fo. 178. B. E.

In Iudęę terra dimisit rex Babylonis de pauperibus terræ qui colerent terram, nō sicut domini, sed magis serui reddēdo tributū regi. par. 4. fo. 124. C.

Iudææ captiuitas, templiq; subuersio vsq; ad Cyrum regē septuaginta annos compleuit. par. 4. fo. 252. F.

Iudæa fuit sub seruitute. Primò Persarum, secundò Gręcorum, & tertiò Romanorum. par. 4. fo. 124. C.

Iudæam & templum cepit primus Romanorum C. Pompeius Magnus. parte. 4. fo. 418. E.

Iudææ destructio significatur per destructionem Niniue per Babylonios, & nomina consonāt, & quomodo. par. 4. fo. 186. H.

Iudæa dicitur res cōcussa q̄ huc & illuc agitur & q̄re. p. 3. fo. 71. E.

Iudæa infelix hæc sibi promittit, diuitias gentium omnium in circumitu, aurum & argentum, & vestes multas. p. 4. fo. 421. F.

Iudæam post mortem Herodis, filijs suis vt imperator decreuit, sic diuisa est, vt Archelaus haberet medietatem regni paterni, quæ dicta est Iudæa: aliam medietatem diuisit in duas partes, & vnā dedit Herodi, & factus est tetrarcha Galilææ, aliam dedit Philippo, & factus est tetrarcha Ituræ & Traconitidis regionis. par. 5. fo. 13. B.

Iudæa quę legis oneribus erat subiecta, significatur per asinā quę erat oneribus assueta. par. 5. fo. 63. H.

Iudæa quæ verum Dauid Iesum Christum despexit, per Michol significatur. parte. 2. fo. 204. B.

Iudæa & Gentilitas significantur per duas mulieres ante Salomonem contendentes. Puer autem viuus de quo duę mulieres contenderunt, significat opus meritoriū de quo fuit contentio inter Iudæam & Gentilitatem. par. 5. fo. 129. H.

Iudæa dicitur fornicaria, quæ per idololatriam cum idolo fornicata fuit, & adulter vocatur ipsum idolum, & posteri eorum dicuntur filij fornicariæ & adulteri. parte. 4. fo. 93. H.

Iudæa dicitur adultera effrenata quæ in eodem lecto recipit adulterum cum marito. par. 4. fo. 94. B. C.

Iudæus, hoc nomen imposuit populo scissura decem tribuum à duabus, sed Hebræus generale nomen erat tam duabus q̄ decem tribubus. par. 4. fo. 374. E.

Iudæi primò nominati sunt Hebræi ab Heber, ī cuius familia mānsit lingua Hebræa, quæ prius erat communis omnibus: postea nominati sunt Israelitæ à Iacob, qui noīatus est Israel, & vltra Iudæi à tribu Iuda. par. 6. fo. 7. G. Vide de hoc declarationem extensiorem. par. 5. fo. 67. B.

Iudæi sunt denominati omnes à tribu Iudæ post reditum captiuitatis Babylonicæ, qui de captiuitate ascendentes, Hierosolymæ vrbis mœnia & templum restauraverunt &c. & quare: licet inter habitantes Hierusalem & terram in circumitu essent aliqui de alijs tribubus. parte. 2. fo. 246. A. H.

Iudæorum & Gētiliū distinctio quando & per quem & quomodo initium habuit. parte. 4. fo. 91. C.

Iudæi quot, quos & quales reges habuerūt antecaptiuitatē Babylonicam. Vide ad longum. pte. 4. fo. 459. E. F. G. H. & sequēti.

Iudæi Barbaros reputabant omnes qui non erāt de lege sua. parte. 4. fo. 463. C.

Iudæi Gentiles reputant sicut canes, & vocant Gentiles oēs qui non sunt de lege Iudæorum. parte. 1. folio. 171. F. Item parte 6. folio. 24. C.

Iudæi dicunt quòd homines ante diluuium accipiebant duas vxores. Vnam ad ad delectationem cōcubitus carnalis tantū, & illi dabant sterilitatis potum ne p concepitū & partum pueroru debilitarētur & deturparētur &c. Aliam accipiebāt ad ad generationem prolis, & ad illam non accedebant nisi causa impregnationis. par. 3. fo. 49. G.

# Index in Glos. ordi.


Iudęi faciunt menses per lunationes: duæ autē lunationes faciunt quinquaginta nouem dies: & ideo primum mensem faciunt Iudæi triginta dierum, secundum autem viginti nouem dierū, & sic consequenter de alijs decem, eodem modo computando. par.1.fo.54.D.

Iudæi & filij Israel primò habuerunt iudices, postea reges à Saule vsq; ad captiuitatem Babylonicam; & tertiò duces post captiuitatem Babylonicam. par.1.fo.100.G.

Iudæi pro beneficio sibi concesso adorabant deuoti versus terrā promissionis, quando erant extra illam. part.1.folio.115.B. Itē parte.4.fo.307.G.

Iudæi adorāt versus occidentem, & quare. par.1.fo.161.G. Item parte.3.fo.177.C.

Iudæi extra Ierusalem existentes versa facie versus Ierusalem adorabant. par.3.f.93.F. & par.1.fo.161.G.

Iudæi cum sunt extra templum versus templum debent orare vbicunq; fuerint. Et Hebræi hodie existentes in partibus Europę quæ est respectu Ierusalem in occidentali plaga, non orant ad occidentem sed ad orientem. par.1.fo.162.G.

Iudęi faciunt festum tubarum in principio mensis septimi. s. Septembis ex liberatione Isaac & immolatione arietis pro eo ꝓpterqd' tunc clangunt in cornibus pecorum. par.1.fo.78.C.

Iudæi non vitant omnem neruum, sed solum neruum fœmoris ad designandum quia in Iacob emarcuit cum angelo luctante. parte.1.fo.96.H.

Iudæi propter vitulum, triplicem mortem incurrerunt. parte.1. folio.200.G.

Iudæi propter vituli adorationem ceciderūt in vniuerso vsq; ad xxiij.milia. par.1.fo.200.G.

Iudæi in signum tristitiæ non sunt induti sicut mos erat antiquitus. par.1.202.C.

Iudæi per susceptionem legis fuerunt deo desponsati & coronati ad modum sponsæ. par.1.fo.202.D.

Iudæi anno septimo an debebant seminare & colligere, variæ sūt opiniones, par.1.fo.172.F.

Iudæi in festiuitatibus non audebant coram domino apparere vacui. par.1.fo.172.G.H. & fo.349.D. Item parte.3.fol.423.C. Item par.2.fo.62.H.

Iudæi quomodo & cum quibus potuerūt mutuare. p.1.f.345.D

Iudæi tribus temporibus festa celebrabant, & quare & quomodo. par.1.fo.348.F.

Iudæi à Iacob descendentes & Idumæi ab Esau fuerunt fratres verini, vt sic Iudæi & Idumæi dicunt fratres. parte.2.fo.106.G. & fo.148.H. Item par.1.fo.84.D.

Iudęi cum audiebant blasphemiam scindebant vestimenta sua. pte.2.fo.166.C. Item par.5.fo.81.H. Itē par.4.fo.354.F.

Iudæi in quolibet nouilunio faciebāt festum antiquitus propter beneficium diuinæ gubernationis, eo ꝙ magis apparet transmutatio temporis. par.3.fo.206.B.

Iudæi propter transgressionem legis: licet puniti sunt propter vitulum, quia ceciderunt in vna die quasi xxiij.milia, tamē in die vltionis punientur adhuc. par.3.fo.206.G. & f.148.B. & folio 229.B. Item par.1.fo.200.D.

Iudæi post captiuitatem Babylonicam non habuerunt aliquam vnctionem regum vel pontificum. par.3.fo.210.F. Sed pontifices instruebantur frequenter per reges, quibus Iudæi erant tributarij, qui frequenter vendebant summum sacerdotium, parte.4.fo.64.F.

Iudæi tempore persequutionis Antiochi fugerunt ad loca deserta quæ erant afflictiua. par.3.fo.148.C.

Iudæi fingunt ꝙ lex fuerit creata ante mūdum per duo milia annorum: qd' est falsum. par.3.fo.410.H. & fo.411.B.

Iudæi ante doctrinam Christi vsi sunt sensu litterali præcise, sed post mysticē. par.3.fo.413.D.

Iudæi nō debent super esse vel dominari, sed subesse. parte.3.folio 422.B.

Iudæi quamdiu mandata dei seruauerunt, tamdiu in terra promissionis manserunt, cuius promissio facta est Abrahæ & semini eius. par.3.fo.432.H. Item par.4.fo.204.D.

Iudæorum sexcenta milia mortua sunt in deserto, à viginti annis & suprà, cum egrederentur de Aegypto. par.3.fo.434.G.

Iudæorum vestimēta non fuisse inueterata, nec lassato exitinere per desertum, quomodo & de quibus intelligendum sit. parte.2.fo.264.A. Item par.1.fo.281.F.

Iudæi quomodo ante Christi aduentum exorrueruntidola. pte.4.fo.9.F.

Iudæorum sexcenta milia exierunt de Aegypto, & duo tantum intrauerunt terram promissionis, s. Caleb & Iosue. parte.4.fo.lio.116.C.

Iudæi tēpore dationis legis, anoēs & quomodo castrametati sunt tantum ad partem orientalem montis Sinai. par.1.fo.162.G.H. & fo.163.A.C.

Iudæi hodie hoc peccatum detestantur. s. de peccato vituli. parte 1.fo.204.H.

Iudæi principaliter recesserunt à dei obedientia in duobus. Vno modo idola colendo, secundo deum irritando &c. parte.1.folio.372.B.

Iudæorum regnum sibi Assyrij & Aegyptij alternis vendicabāt vicibus. par.4.fo.41.A.

Iudæi de more habuerunt sepelire sumptuosē corpora maximè regum nobilium personarum, ita ꝙ in capitibus regum ponebant coronas, & sic de alijs. par.4.fo.123.F. & fo.203.G.

Iudæi non possunt conuerti ad bonum propter consuetudinem ad malum, vt habetur exemplum de Aethiope & pardo quę quidem similitudo tenet sed'm quid, non simpliciter. parte 4.fo.131.B.

Iudæi ad imaginem dei facti, & lege diuina directi, à deo totaliter recesserunt per idololatriam. parte.4.fo.137.C.

Iudæi reuersi de captiuitate Babylonica fuerunt frequenter in afflictione magna & abiectione & in magno timore, & intantum ꝙ vna manu faciebant opera, & altera tenebant gladiū. pte.4.fo.142.B. Item par.2.fo.259.C.

Iudæi quando aliquid volunt velate scribere, faciunt commutationem literarum, vt declaratur in hac dictione Sesach pro Babel. parte.4.fo.146.A.B.C. Item par.6.fo.277.D.

Iudæi timentes vastationem Iudææ & Ierusalem instituerunt ieiunium sicut Niniuitæ. par.4.fo.159.H.

Iudæi licet essent serui in terra Babylonis, ita ꝙ non poterant regnum exire. tamen poterant de vna ciuitate ad aliam transire, reddendo regi de bonis suis pro tributo magnam portionem: & multi etiam ex diuina monitione sic exierūt ante destructionem Babylonis. par.4.f.176.D.

Iudæi in destructione Ierusalem aliqui fuerunt translati in Babyloniam: qui erant bonę conditionis & nobiles: aliqui fuerunt dimissi in Iudęa ad colendum vineas & agros. p.4.fo.177.G.

Iudæi trāllati cum Iechonia filio Ioachim fuerunt trla milia. s. de tribu Iudę, & de alijs tribubus fuerunt septem milia. parte.4. folio.178.G. & fo.180.C.

Iudæi in destructione ciuitatis Babyloniæ, primo anno Cyri regis liberati sunt. par.4.fo.204.A. Item par.1.fo.204.H.

Iudæi de terra sua abiecti faciebāt panes subcinericios, in quibus miscebantur pulueres & arenæ. p.4.fo.191.H. & fo.218.G.

Iudęi cum ducerentur captiui in Babyloniam, cogebantur ad onera importabilia, aliquos suspendendo ratione senectutis. pte.4.fo.201.D.

Iudæi habitantes in Babylone fecerunt librum Baruch transcrib & miserunt in Ierusalem, vt ibi legeretur. par.4.fo.202.E.

Iudæi pro peccatis suis à deo percussi in pœnam non reuertebantur ad deum per pœnitentiam. par.4.fo.203.D.

Iudæi in obsidione Ierusalem multi mortui fuerunt, aliqui aeris corruptione, aliqui gladio, aliqui fame. par.4.fo.203.G.

Iudæi post reditum captiuitatis Babylonicæ non leguntur fuisse idololatræ, nisi aliqui pauci tempore Antiochi Epiphanis, ducti magis timore ꝙ infidelitate. par.4.fo.104.H. & fo.240.D. & fo.205.F. & fol.433.C.D. & fol.468.B.C. Item parte.6.fol.7.H. Item par.3.fo.369.G. Illi tamen de decem tribubus qui non redierunt &c. idola coluerunt. fo.350.F.

Iudæi aliquando in libris seu chartis numerabant anno. à iubilęo immediate præcedente: aliquando ab aliquo notabili emergenti. prout datur exemplum de multis sanctis. par.4.fo.209.D.F.

Iudæi in numeratione annorum semper à factis notabilibus incipiebant. par.4.fo.461.F.

Iudæi modo computant à tempore captiuitatis suæ per Romanos, incipiendo à destructione Ierusalē facta per Titum & Vespasianum. par.4.fo.202.D. & fo.209.D.F.

Iudæi post Sedechiam non habuerunt regem propriè loquendo vsq; ad Christum. par.4.fo.241.C. & fo.463.B.

Iudæi in afflictione positi cinerem ponebant in capite in signum humiliationis. par.4.fo.314.G.

Iudæi per sexaginta sex annos fuerunt in Babylonia, nō tamē oēs. parte.4.fo.321.F.

Iudęi de Babylonica captiuitate redeuntes, plures remanserunt in Babylone, detenti amore prolium quas ibi genuerant, & possessionum quas ibi acquisierant. parte.4.folio.116.A. & folio.

lio.379.E.C.

Iudęi redeuntes de captiuitate Babylonica nunquam habuerunt potestatem qualis describitur, ꝫ sed semper fuerunt sub seruitute.parte.4.folio.381.B.

Iudæi redeuntes de captiuitate Babylonica, statim fundauerunt templum, sed impediti sunt ab aduersarijs, & modicum fecerũt, & opus fuit intermissum vsque ad secundum Darij annũ.parte 4.folio.403.H.

Iudęi redeuntes de captiuitate Babylonica acceperũt vxores alienigenas, vbi grauiter peccauerunt.parte.4.fo.408.G.

Iudęi post destructionem ciuitatis & templi.s.tempore Sedechię, postea ieiunauerunt annuatim, & quæsierunt an deberent cessare à ieiunio vel non.parte.4.fo.413.B.

Iudæi licet ieiunauerunt, non tamen à peccatis abstinebant, ideo reprehenduntur grauiter.parte.4.fo.413.C.

Iudęis post captiuitatem Babylonicam cessauerunt aliqua dei beneficia q̃ ante habuerũt, videlicet arca Testamẽti, propitiatoriũ, & respõsio in rationali summi pontificis.parte.4.fo.443.G.

Iudæi consilio Mathiæ pugnauerunt in sabbato.parte.4.folio.433.A.

Iudæi decreto regis compulsi sunt ad ritum gentilitatis.parte.4.fo.468.C.D.

Iudæis mos erat in synagoga contra legem agentes verberare correctionis causa.parte.6.fo.75.A.G.

Iudæorum mos est, ꝙ cõsanguinitate germana ex parte patrum coniũctos fratres appellant.par.6.fo.79.F.& fo.80.A.

Iudæis mos erat & statuerunt, vt condẽnatis ad mortem daretur vinum aromaticum ad bibendum.parte.5.fo.85.C.Item parte 3.fo.181.F.& fo.339.D.

Iudęorum mos erat ꝙ super capita crucifixorum ponebatur causa condemnationis ipsorum.par.5.fo.85.G.

Iudæorum mos erat, nec ducebatur in culpam, vt mulieres sua substantia pascerent & vestirent doctores.parte.5.fo.86.B.C.&.fol.146.A.D.

Iudæis concesserunt Romani, vt dimitteretur vnus incarceratus secundum voluntatem eorum in memoriam liberationis eorum de Aegypto.par.5.fo.84.C.& fo.180.D.

Iudæorum mos erat, cum irent ad festa, vel ad propria redirent, seorsum viros incedere, & seorsum fœminas.parte.5.fo.132.E. Item parte.2.fo.63.F.

Iudæorum mos erat, cũ aliquid blasphemię audirent, scinderent vestimenta. Quod & Paulus & Barnabas fecerunt.parte.5.fo.81.E.G.& fol.117.B. Item parte.6.fol.190.B. Item parte.4.fol.354.F. Item.parte.2.fo.166.C.& fo.178.F.& fo.252.G.

Iudæis mos erat, vt quẽ morti adiudicassent, vinctum iudici traderent.parte.5.fo.117.F.

Iudæorum pueri Iudęos exercitabãt honestos ad virtutes inducentes.par.5.fo.39.F.

Iudæi vnicum licet templum haberent in Hierusalem, in quo licitum erat offerri sacrificium, tamen in singulis ciuitatibus erãt synagogæ, in quibus conueniebat populus ad orandum & audiendum dei verbũ.pt.2.fo.297.D. Item par.1.fo.165.E. Vide etiam in Templum.

Iudæi imagines quascũq; siue idolorum, siue victoriæ, dedignabantur habere in templo suo per longum tempus ante Christi natiuitatem. Similiter & post Christi natiuitatem, & ostendi tur exemplis.parte.4.fo.9.F.

Iudæis consuetudo est orare circa tempus vesperarum.parte.1.folio.82.F.

Iudæi in suis orationibus vbi solenniter petunt aduentum Messiæ, vtuntur his verbis in propria forma: Producas cornu Dauid Christi tui, & para lucernam Christo tuo.pte.3.fo.286.B.

Iudæi psalmum.cxviij.exponunt vt sit eorum oratio pro sua liberatiõe, de captiuitate moderna qua dispersi sunt per orbem in obiectione magna.parte.3.fo.249.H.

Iudæi petunt in suis orationib⁹ publicis & priuatis per Messiam liberari, cuius aduentum ipsi expectant.par.4.fo.339.H.

Iudæorum prælati, vt principes sacerdotum, & seniores populi, in maiore auctoritate regiminis. Scribę verò & Pharisęi minori loco populo præfuerunt.par.4.fo.272.B.

Iudęi habent apud se doctores pro patribus.parte,3.folio.423.G.& fo.432.G.

Iudæi nõ orant pro Gentilib⁹. Immo quotidie orant pro destructione Romani imperij, & maxime pro destructione discipulorum Christi. Et per discipulos intelligunt Christianos.parte 4.fo.92.E.& fo.359.F.

Iudæorum oblationes quare deus per talia & taliter instituit.par.6.fo.152.E.

Iudæorum doctores pauci crediturí erant in aduentu Christi.& figurantur per exploratores terrę promissionis.parte.1.fo.286.D.& fo.287.D.

Iudæi inter se vsq; ad tẽpus destructionis ciuitatis & tẽpli habuerunt cum rege & sacerdotũ principe, septuaginta viros qui arduas causas determinabãt. Vide in Canhedrin, & in Dominus.

Iudæorum doctores à tempore Christi multa illicita in lege relaxauerunt, & multa licita restrinxerunt, male interpretantes scripturam.parte.1.fo.219.B.

Iudæi præter legitimas scripturas habent traditiones nõ scriptas quas memoriter docent, & Deuteroſim vocant.par.6.fo.116.E. Item parte.4.fo.411.B.

Iudæi quædã arcana habuerunt, quæ non licebat alicui ea sciẽti, alios de illis docere, nisi tantum vnum: & hoc ĩ magno secreto, non exprimendo totam intelligentiam.par.4.fo.211.G.

Iudæi sunt capsarij nostri, qui nobis codices portant, nos Isrl: aliter putassent pagani ficta quæ dicuntur de Christo & ecclesia: sed vincuntur testimonio inimicorũ.pte.3.fo.145.A. Et fo.168.D. Item parte.1.fo.56.E.

Iudęi ruminant verba legis, sed vngulam non findunt, quia duo testamenta non recipiunt.parte.1.fo.233.E.

Iudęis quare tot pręcepta data fuerũt.pt.1.fo.235.C. Et fo.241.A

Iudęorum dicebatur esse deus specialiter, & quare licet esset deus omnium per creationem &c.parte.1.folio.245.B.

Iudęi sub decalogo constituti iam de samelica litera minime gloriantur.parte.1.fo.108.E. Interl.

Iudęi non habent panem doctrinæ, exceptis decẽ pręceptis, quia veram prophetarũ expositionẽ, Christum in plerisq; prophetarũ prædicantẽ fugiunt.parte.1.fo.261.E.

Iudęi legunt scripturas & non intelligunt, tenent membranas, sed Christum ibi scriptum fugiunt.parte.4.fo.11.A.

In Iudęis multa sunt ridenda, sicut lepra parietum, vestium, & similia.parte.1.fo.261.E.F.

Iudęi exponentes nimis literaliter, dixerunt quòd iste passus, Audi Israel &c. & ille passus de dilectione dei, in limine & ostijs domus in scedulis scripti poni deberẽt, & etiam ligari in brachio & super frontem, & adhuc Iudęi hoc obseruant in pluribus locis.parte.1.fo.338.F.

Iudęi & pręcipue Scribę & Pharisęi q literã à spiritu nõ diuidũt, signantur per camelum & quare.parte.1.fo.346.E

Iudęi scribũt hoc in scedula, & ligãt in manu sinistra, & similiter in capite quod scriptum est Exo.xiij. Et erit quasi signũ in manu tua &c. Et quare hoc.par.1.fo.150.F.

Iudæi male intelligẽtes hoc qđ scriptũ est: Erit q̃si signũ in manu tua & q̃si appẽsum qđ &c. Pictatia vel phylacteria capitib⁹ circũligabant, in quibus decẽ verba scripta ante oculos habebãt.parte.1.fo.151.A.

Iudæorum principes habebant consuetudinem, vt si pauper in via se illis iungeret, flagellatum super puluerem terræ ponerent, indignantes cum simplicibus ire.par.1.fo.16.B. Item parte.4.fo.360.F.

Iudæorum verecundia in confusione vultus Cain inutilis notatur qui reprobatis à deo carnalibus, adhuc nituntur statuere ea.parte.1.fo.45.A.

Iudæi vsq; hodie cum per scripturas eos interrogamus de Christo, respondent se nescire quæ dicimus. Et significantur p Cain parte.1.fo.45.E.

Iudæi simplices cum eis fit mentio de aduentu Christi, dicunt se non esse peritos, sed magistri eorum scirent de talibus respondere.par.4.fo.54.H.

Iudæi de duobus gloriabantur. Primũ est nobilitatis ortus. Secundum, sanctitatis cultus.parte.4.fo.83.B.

Iudæorũ populo ingrato quare deus tot beneficia fecit.parte.4.folia.82.E.F.

Iudæorũ meditatio & doctrina in sacra scriptura rugitui vrsi, & gemitui columbæ comparatur. par.4.fo.96.E.

Iudæi errando dicũt ꝙ ꝓmissiones dei de bono futuro, fiunt absolutè nec retractantur, sed comminationes de malo sunt sub conditione.par.4.fo.149.B,C.

Iudæi dicunt ꝙ in omni infortunio, vel punitione, vel afflictiõe quam sustinuerũt vsq; nunc, vel sustinebunt vsq; ad aduentũ Messiæ, semp aliqua pars expiatur pœnæ debitæ, ꝓ vituli adoratione.par.4.fo.157.D. Item parte.1.fol.200.D.

Iudæi hoc dictum Hieremiæ: Et emundabo illos ab oĩ iniquitate sua in qua peccauerunt mihi &c. non possunt exponere de aliq̃ temporali saluatione populi præterita.par.4.fo.157.D.

Iudæorũ doctor magnus scilicet Rabbi Salomon, dicit qđ ipse nescit q̃ sit ista dies, vbi Zacharias dicit: Et auferã iniquitatem

# Index in Glos. ordi.


terrę illius in die illa &c. Et ex hoc qđ confitetur hanc ignoranti am præter eius intentionem, confirmat catholicam veritatem. parte.4.folio.409.F.

Iudęorum faciem operuit dominus velamento ęcitatis, percussit plaga dispersioms, nec pepercit, quia à gratia, à templo, à lege, à solo patrio, & ab omnibus expulit sacramẽtis. pte.4.fo.193.F

Iudæi aduersarij fidei Christianę, scripturas quę loquunt de Christo nituntur deprauare, inter quas est psalmus.cix. pte.1.fo.64.B.

Iudęi passus multos veteris Testamenti corruperunt, ad suam per fidiam scripturę sensum retorquentes, quare & quo modo. Et vnus passus allegatur. parte.4.fol.24.G.& fo.344.C.D.G.

Iudęi terreno intellectu verba legis adulterantur, ne auditores eorum Christiani fiant. parte.1.fo.104.A. Inter.

Iudæorum magistri non spiritum, sed literã sequuntur, & ad terrenitatem omnia interpretantur, & per quos significantur. parte.4.folio.359.E.& folio.360.B.

Iudæi quibus ex causis deuenerunt ad tantam cæcitatem. parte 4.folio.7.C.D.

Iudæi quomodo furtum & periurium in quibusdam casibus licitum dicũt. parte.4.folio.411.D.

Iudęi multa iura iniqua ponũt in suo Thalmud. Et illorum quędam enumerantur. parte.4.fo.411.E.F.

Iudæi explenda commemorant quę nos iam expleta dicimus. parte.4.folio.420.E.

Iudęi quidã Tibianei dicti fũt, qui & quare. parte.4.fo.475.B.D

Iudęi quidã dicuntur Assidei, vnde & quare. parte.4.fo.477.A.

Iudæi moderni quotidie in suis expositionib⁹ & scripturis conãtur adinuenire aliqua falsa contra Christum. parte.4.fol.12.D

Iudæi loquuntur vanitates, Christum ter quotidie in synagogis blasphemando, Messiam adhuc expectando. parte.4.folio.96.E. Interl.

Iudæi Christum & Nazareos eius quotidie in synagogis maledicunt, quia propter eos, regnum, locum, & gentem amiserunt. parte.4.folio.84.A.& folio.90.E

Iudæi per orbem dispersi frequenter lamentantur destructionẽ ciuitatis & templi per Titum factã, & suam dispersionem per orbem, precantes in Iudæa congregari, & ciuitatem, & templũ sibi restitui; quam non credunt factam in vltionem passionis & mortis Christi, sed attribuũt hoc peccato idololatrię vituli cõflatilis. Et vnde hoc trahunt. parte.4.fo.103.G. Et erronee hoc asserunt. folio.342.A.& folio.8.A.D.

Iudæi vsque hodie perseuerant in blasphemijs, & ter per singulos dies in omnibus synagogis sub nomine Nazarçorum, anathematizãt vocabulum Christianorum. parte.4.folio.15.A.

Iudæis non exprobrat dominus idololatriã & cætera peccata, sed qꝛ abiecerunt legẽ euangelij, & blasphemauerunt sanctum domini. parte.4.folio.15.E.

Iudæorum corda torpore perfidiæ constricta intelliguntur per glaciem & gelu. parte.3.folio.72.B.

Iudęus Christum negans esse deum, est insipiens, qui in corde suo dicit: Non est deus &c. parte.3.folio.104.E.

Iudęi ex legis iustitia sperabant sibi temporalia bona, & resurrectionem, licet in ea non intelligerent alia esse bona quàm hic. parte.3.folio.174.E.

Iudæorum perfidia auctoritate valida improbatur de hoc quòd non liceat ossa sanctorum & reliquias venerari, quamuis apud eos tangentes talia, erant prohibiti ab ingressu templi donec purgarentur. parte.3.folio.215.H.

Iudæorum triplex status est: Vnus conuersorum post resurrectionem domini &c. Et ecclesiam armauerunt scripturis suis contra Iudęorum perfidiam. Secundus obstinatorum. Tertius conuertendorum in fine. parte.3.folio.168.C.D.E.G.

Iudæos partim in fide cõstare, partim à salute discedere, significat Iacob, qui tacto femore claudicauit. par.3.f.197.E.& fo.204.A.

Iudęi qui remãserunt post excidium Hierusalem pro maiori parte sunt obstinati in infidelitate. parte.3.folio.250.G.

Iudæi tenebris infidelitatis obtenebrati sunt pro maiori parte, Christo qui est sol iustitiæ ex hoc mundo per mortem recedente. parte.5.folio.211.D.

Iudæi nescientes, rem omnium fecerunt, & nobis dulciorem passione deum: sicut apes dum sibi putant reponere, alijs mel faciũt. parte.3.folio.260.E.

Iudæorum quicunque est, cum videt sacerdotium Christianorũ pollere per mundum, sibi autẽ esse subtractum, dolore & mœrore tabescit. parte.2.folio.66.E.

Iudæorum antiquorum obduratio quæ fuit. parte.6.fol.139.D.

Iudęorum ęcitas significatur per Heli, qui præsentem Saluatorẽ non agnouerunt, nec fulgorem miraculorum eius, nec doctrinam, donec sacerdotium cum populo & templo euerteretur. parte.2.folio.67.E.

Iudæi stulticiam carnalis sensus sequẽtes, per errores deuios luxũ mundi perquirunt, & per quid significentur. parte.2.fol.72.E.

A Iudæis præscidit Christus regni & sacerdotij dignitatem post resurrectionem & ascensionem. Et de hoc figura in Dauid. parte.2.folio.90.D.& folio.92.H.

Iudęi propter carnalem legis obseruantiam & sanguinolenta opera, non possunt spirituale ędificiũ domino præparare. Et significantur per Dauid &c. parte.2.folio.208.B.

Iudæorum populus cæcitatem sustinet mentis sub spe stultissima Christi adhuc nascituri, Iudæos liberaturi, & imperium magnum daturi. Et de hoc figura. parte.2.folio.290.F.H.

Iudęi libros diuinę legis ad comprobandam hæresim suam assumunt in testimonium. parte.2.folio.308.E.

Iudęi nõ ex ignorãtia, sed ex cordis duritia noluerunt credere. parte.5.folio.11.E.& folio.66.F.G.H. Item parte.6.folio.35.C.

Iudęi (vt dicit) ideo excæcati sunt, & sententię domini per parabolas eis occultatæ sunt, vt post salubrius conuerterentur. Nam quia obscurè dicta non intellexerunt, ideo non crediderunt, & sic crucifixerũt: sed post resurrectionem miraculis territi, maioris criminis reatu compũcti sunt. parte.5.folio.44.E.

Iudęi quòd excęcati sunt, non fuit dei crudelitas, sed misericordia, & quare. parte.4.folio.17.F.

Iudæorum oculos excæcauit deus: Sed vtrum vt nunquam videant, vel sic, vt aliquando videant, cæcitate sua sibi displicentes, & ex hoc humiliati pie deum quærant. parte.5.folio.44.E.

Iudæos per mulieres coeuntes accipimus qui semper adhærent doctorum suorum traditionibus, & per quos significentur. parte.1.folio.241.A.

Iudæi tenebrarum filij, illudunt Christianis, deridentes mortem Christi: quod Sara .i. ecclesia grauiter accipit, & legis literam cum carnali populo literæ dedito in sortem suam non recipit. parte.1.folio.75.F. Interl.

Iudæos impediuit à fide Christi in parte, quia solum attendebãt, & adhuc attendunt ad gloriam & exaltationẽ temporalem dãdã eis per Messiam. Videbant autẽ Christum pauperem & abiectum, & ideo non receperunt eum &c. parte.5.folio.203.F

Iudæorum noticia quam habuerunt de Christo per scripturas, phetarum, non erat certa certitudine euidentiæ, sed magis erat noticia probabilis & verisimilis coniecturę: secundũ alios erat ibi certitudo adhærentiæ, quæ tamen potest impediri in actu. parte.5.folio.66.H.

Iudęi habuerunt inter se multos ingeniosos, & in scripturis legis, & prophetarum valde studiosos: ũ ergo probari posset ex scripturis ab eis receptis, quòd Iesus Nazarenus fuisset Christus verus Messias, non est verisimile quòd tandiu stetissent in tali errore. parte.6.folio.275.E.

Iudæi quare Christum contempserunt, præcipua causa fuit ipsius humilitas & abiectio, credẽtes talia ex impotentia esse & nõ voluntarie sumpta. parte.3.folio.104.G.

Iudæi licet ignorarent modum implendi mysterium Christi quãtum ad conditiones particulares, tamen credebant in quodam generali quòd multa mirabilia in aduentu Messiæ fierent in Iudæa. parte.3.fol.424.D.

Iudæorum error est iste. Et dicunt, quòd Iesus Nazarenus virtute nominis tetragrammatõ (quod ipse vt aiunt sciebat) fecit sua miracula. Et quòd hodie quilibet sciens illud nomen faceret miracula. parte.1.folio.131.G.

Iudęorum maiores non habuerunt ignorantiam de hoc quòd Iesus Nazarenus esset Messias &c. sed de deitate ipsius oportet dicere ipsos habuisse ignorantiam &c. parte.6.folio.36.H.

Iudęi non merebantur agnoscere Christi diuinitatẽ, quem tali impietate tractabant. parte.4.folio.443.G.

Iudęi, vtrũ cognouerunt Iesum Nazarenũ esse Christũ sibi ꝓmissum? Arguit cõtra & ꝓ, cũ resp̃sione ad quæstionẽ & ad argumẽta. parte.5.fo.66.F.G.H.& fo.70.D.& fo.42.F.& fo.231.D.

Iudæorum principes credentes in Christum ante eius passionem, vtrum peccauerunt mortaliter non confitendo suam fidem. Arguitur contra & pro, cum responsione ad quæstionem, & solutionibus argumentorum. parte.5.folio.223.H.

Iudæorum principes, non ex ignorantia sed ex inuidia crucifixerunt dominum: & quia prędicabat contra vicia eorum, subuersa fuit in eis cognitio quam habebant de ipso. par.1.fol.86.D.

Iudęi æstimãt falsẽ, quòd nos cõfitẽdo Iesũ Christũ verũ deũ esse, & verũ hominẽ, cõfiteamur cõsequẽter quòd natura diuina & humana sint eadẽ numero: sic ꝙ natura diuina & humana sint eadem numero: quæ tamen æstimatio est falsa. pte.4.fol.212.H


Iudæi

Iudęi arguunt ꝙ Iesus Nazarenus non fuit Christus in lege promissus, & quo medio. Sed euacuatur argumentum &c. par. 4. fo. 28. H. & fol. 290. H.

Iudæi æstimant se habere validum argumētum contra nos qui Christum iam venisse confitemur. Dicunt enim ꝙ Sodoma & Gomorra non sunt reuersę ad pristinum statum &c. par. 4. fo. 334. H. & fo. 380. D. F. & fo. 8. F. G. H.

Iudæorum expositores credunt se habere efficax argumentū, ad hoc ꝙ status Christianitatis cōsumendus est tempore sui Messiæ inaniter spectati. Sed respondetur eis. par. 4. fo. 109. B. C.

Iudæi quibus rationibus permoti fuerunt Iohannem baptistam credere Christum siue Messiam esse. Et an malicioſe vel simplici animo venerunt ad eum interrogantes. par. 5. fo. 189. B.

Iudęorum mira inuidia cōtra dominū notaī, ꝙ Iohannē baptistam de quo nullū signum factū esse legitur, resurrexisse credebant, & Iesum dixerunt sublatum furtim, approbatū signis & virtutibus &c. parte. 5. fo. 100. E. & fo. 47. A. & fo. 148. F

Iudæorum regnum cessasse nato Iesu Christo probatur. par. 5. fo. 11. A. C. Et lōge ante nullus de stirpe Dauid in Iudæa regnauit. parte. 4. fo. 141. F. & fo. 241. D.

Iudæi moderni argumento efficaci conuincuntur ex termino hebdomadarum Danielis (qui iam lōgè transiuit in præteritum secundum omnes) quòd Messie tempus in lege promissi transierit. parte. 1. fo. 6. B.

Iudæis nulla manet excusatio ex diuersitate computationum septuaginta hebdomadarum Danielis quia qualitercunq; computetur, per mille annos trāsiit illud tempus in præteritum & amplius. parte. 4. fo. 320. G.

Iudæi moderni dicunt, quòd eadē die qua fuit destructū tēplū p Romanos, natus fuit rex Messias: sed adhuc non liberauit Iudęos de captiuitate, quia adhuc non habuit licētiā à deo propter eorum peccata, sed statim cum habuerit, exequetur. Sed potest quæri ab eis vbi stetit tantum temporis? quia à destructione templi vsq; nunc (ait Lyra) fluxerunt anni. Mcclj. Ad hoc respondent variē. parte. 4. fo. 107. B.

Iudæorū quorundam falsitas ostenditur: Dicentium ꝙ tempus pro quo debēt expectare Messiam futurum, assignatum sit per Danielem, accipiendo diem pro anno. parte. 4. fo. 328. B.

Iudæi expectant liberari per messiam ab hac captiuitate in qua nunc sunt, in quā posuit eos regnum Romanū. pt. 4. fo. 87. H.

Iudæi delirant opinantes, ꝙ in vltimo tēpore congregādi sunt à dño, & reducēdi in Hierm, & quòd dominus tradet manibus ipsorum filios & filias Romanorū, vt Iudæi vendant eos nō vicinis, sed Sabęis genti longinquæ. parte. 4. fo. 356. F. Et folio. 357. B.

Iudęi dicunt tempore Christi sui omnes nationes Iudęis seruituras, & ipsum Romanum imperium vngulis suis & cornibus conterendum parte. 4. fo. 381. B.

Iudęi in aduentu Messię quem adhuc expectant, sperant super oēs gentes eleuari & eis dominari. parte. 2. fo. 210. D.

Iudęi dicunt, ꝙ in aduentu Messiæ Iudęi erunt in maxima ptāte, & subijcient eis omnes reges terrę. par. 4. fo. 381. B.

Iudęi dicunt qn̄ à Christo eorū ædificabunt maceriæ Ierusalē lex & prophetæ quę à nobis mō tenent tollent de manibus nostris & tradent populo Iudęorum. parte. 4. fo. 384. B.

Iudęi dicunt in aduentu Christi sui, sicut ante ædificationē turris omnes vna lingua loquebant, ita omnibus conuersis ad cultū dei veri, omnes locuturos Hebraicè, & totum orbem domino seruituram. parte. 4. fo. 400. E.

Iudęi fingunt se in fine habituros Ierusalē, & more pecorum herbis virentibus pascendos, & cunctis gentibus deletis & sibi subiectis non posse esse qui eos exterreat. pte. 4. fo. 40. F.

Iudęi putant omnes gentes interficiendas à domino quæ afflixerunt Israel, & synagogā saluandā, ponendo eos in laudem & in nomē in omni terra in qua fuerunt ante captiui & cōfusi: & hoc fore cum Ierusalem reędificata fuerit & templū & omnis ordo cerimoniarum restitutus &c. parte. 4. fo. 401. A.

Iudęi fabulantur futurum vt præ multitudine hominum & iumentorum hierusalem non possit habere murum, sed murus illius domini sit defensio, & illius in medio habitantis perfruatur gloria. parte. 4. fo. 408. A. b.

Iudęi dicunt quando Christus in aurea Ierusalem regnabit non erunt idola, nec diuersa cultura, sed vnus dominus, & reuertet omnis terra ad hoc quod deseruerat, vt omnes vnum deum colant. parte. 4. fo. 421. E.

Iudęi arbitrant gētes q̄ Ierusalē impugnabūt tpe Christi sui multa mala passuras, Strabūt sup pedes & caro eorū tabescet & defluet, & oculi eorū putridi de suis foraminibus excident, & lingua intra dentes computrescet. Ibidem. F.

Iudęi in mille annorum regno futura promittunt, ꝙ debeat celebrari festiuitas tabernaculorū in memoriā beneficiorū dei, quæ facta patribus eorum, sunt habitantibus in tabernaculis in deserto. parte. 4. fo. 422. A. Item parte. 1. fo. 222. G.

Iudęi expectant Messiam venturum circa cessationem Romani imperij. parte. 2. fo. 65. G.

Iudęi falsō sibi blandiuntur, quòd in cōsūmatiōe seculi destructo Romano imperio regnum orbis veniat ad Iudęos. parte. 4. fo. 423. F.

Iudęi expectant Messiam futurum regem circa cessationē Romani imperij. Et secundum veritatem ille qui tunc veniet in maxima potestate temporali, erit Antichristus. par. 2. fo. 65. G.

Iudęi cum de aduentu Messię interrogantur, respondent quòd sermones prophetarum sunt clausi, & quòd nō sunt periti in lege. par. 4. fo. 54. H.

Iudęi & nostri Iudaizātes cōtēdunt quòd in aduētu Christi quē expectant in fine mundi, omnes bestię māsuescēt. p. 4. fo. 28. F.

Iudęi dicunt quòd tempore Messię abundabunt in omnibus deliciis ac bonis, & ad voluntatem eorum interficiēt ceruos, & alia animalia siluestria quę sunt commestibilia. pt. 3. fo. 124. B.

Iudęi dicunt quòd in aduentu Messię frumenta crescent in tanta altitudine sicut cedri Libani, & facient spicas magnas & latas, ex quibus vento flante decidet similа, de qua Iudęi pro sua voluntate poterunt satiari. par. 3. fo. 187. F. G.

Esse dei in loco & angelorum & animæ humanæ, quomodo differenter dicantur. par. 3. fo. 364. A.

Locus hominis deus est, qui cum creauit, vt in se consisteret, quẽ homo peccando deseruit, sed deus fugitiuum per incarnationẽ requisiuit. par. 3. fo. 21. E.

Locus dei est misericordia, à qua videtur egredi, quando punit sec'm rigorem iusticiæ. par. 4. fo. 377. D. F.

Locus sanctificatur ex præsentia dei qui sanctis assistit. p. 2. f. 9. B.

Locus malorum est mundus, qui & dissoluetur. p. 3. fo. 138. A.

Locus adorationis in monte Gariſim, à quo institut? fuit, de quo duplex opinio. par. 5. fo. 198. H.

Loca sancta in Ierusalem. s. passionis Christi, & sepulturæ, inclusa fuerunt intra ciuitatem per dilatationẽ muri ex illa parte, quæ prius extra fuerunt. par. 4. fo. 98. F.

Loca dominicæ passionis & sepulturæ inclusa fuerunt intra Ierusalem per Adrianum. quando restaurari fecit ipsam ciuitatem prius destructam per Romanos. par. 4. fo. 154. G.

Locus vbi crucifixus est domin?, specialiter vocatur Sodoma & Aegyptus. par. 4. fo. 85. E.

Loca seruituti Christi dedicata ante tempora Constãtini ita fuerunt deserta, q̃ nullus Christianus nisi furtim audebat accedere: sed Constantinus per totum orbem iussit ea aperiri. parte 4. fo. 88. G. Vide etiam in Constantinus.

Locus beatorum dicitur templum. par. 6. fo. 169. H.

Locus aptus Iudæis ad capiendum Christum, ex tribus. Primò, quia erat à ciuitate remotus. Secundò, quia erat clausus. Tertiò, quia erat cognitus proditori. par. 5. fo. 236. B.

Locus in quo Christus dormiuit somno mortis, est ipsa crux sancta. Locum autem istum notare est Christi passionẽ deuotè considerare. par. 2. fo. 58. H.

Locum petit à nobis Iesus Christus, quem ædificet, in quo habitet par. 2. fo. 27. E.

Nota quomodo Christus dicitur locus. par. 3. fo. 54. A. Interl.

Locus humani cordis est dilectio vitæ præsentis. p. 3. fo. 68. A.

Sapientia non potest loco teneri, nec rebus emi. par. 3. fo. 53. B.

Locus animæ spiritalis est iusticia, veritas, sapientia sanctificatio, & omnia quæ Christus est, locus animæ est. p. 1. fo. 315. B.

Locorum nomina quædam scribi diuina sapientia dispensauit, quæ mysticam interpretationem contineant, quibus indicatur, quia hæc certis rationibus, non casu fieri dispensantur. parte. 2. fo. 25. E. F.

Locus omnis in Iudæa mons ciuitas & vicus certis nominibus designatur, quibus. s. aut Chananæis in locis suis, aut Phereſæi Amorræi, euæi vel Hebræi nominauerunt. p. 1. fo. 326. A.

Locus vnus atq; idem aliquando pluribus nominibus nuncupatur. par. 4. fo. 154. H.

Locus quis & qualis dictus fuit, vbi postea Bethleem fuit ædificata, vbi angelus nato Christo apparuit pastoribus vigilantibus super gregem, & modo vocatur angelus ad pastores, vbi fũdata est ecclesia. par. 1. fo. 99. G.

Locus sacrificij non poterat esse nisi vnus, ad vitandum periculũ idololatriæ, ad quam populus Iudæorum erat pronus. parte 1. fo. 165. F.

Locus inferni debetur dæmonibus: permittuntur tamen inter homines vsq; ad iudicium, vt glorioſior sit electorum victoria in dæmonum tentantium superatione. par. 5. fo. 99. H.

Locus superior (sine quo regi populus non potest) et si teneatur & administretur vt decet, indecenter appetit. p. 6. fo. 119. E.

Locusta quid & vnde dicitur. par. 4. fo. 60. E.

Locusta & bruchus differunt sicut perfectum & imperfectum in eadem specie. par. 4. fo. 352. D.

Locusta, erugo, & bruchus, & etiam rubigo, quid significent. parte. 4. fo. 352. D.

Locustæ quibus (vt scribit Moyses) percussa fuit Aegyptus, an & quomodo grauiores fuerunt q̃ illę de quibus scribit Iohel. parte. 1. fo. 144. C.

Locustæ, de quibus Iohannes comedit, sec'm aliquos sunt animalia parua, quæ ad vsum antiquitus deputabantur. p. 5. fo. 13. G.

Locustæ quando post flagello mittuntur, non solũ super domos & muros discurrunt, sed etiam per interiora domorum huc illuc q̃ volant. par. 4. fo. 354. A.

Quando nutu dei locustæ de loco ad locum transeunt, sua multitudine solent radios solis à terra excludere, & eam quasi nubes obumbrare. par. 4. fo. 354. A

Locustæ quando à deo mittuntur, in tantum magnum sonum faciunt, vt à sexto miliario audiri possit sonitus earum, sicut tradunt illi in quorum fines consueuerunt venire. pte. 4. f. 354. A.

Locustas solet adducere Auster, non Aquilo, & quare. parte. 4. fol. 355. A.

Locustarum agmen tẽpore beati Hieronymi rotã Iudęã texit. quę orationib? sanctorũ p̃cipitatæ sũt in mare: sed ad littora refusæ fœtor noxius exiuit, & hominibus pestilentiam intulit. parte 4. fo. 355. A. B. C.

Locustæ si venerint in principio serotini imbris. id est verno tempore, quando cuncta virent, cuncta penè consumunt. parte. 4. folio. 366. E. Item par. 1. fo. 144. E.

Locustarum natura est, vt in frigore torpeant, in calore volitent. par. 4. fo. 388. G. & fo. 389. B.

Locustarum variæ sunt species, vt dicunt aliqui, vel potius secũdum alios diuersi gradus eiusdem speciei. par. 1. fo. 234. D.

Locusta: quia longiora retrò crura habet, vocatur locusta, quasi longa hasta. par. 1. fo. 144. A.

Ex locusta bruchus nascitur, & quousq; alas habeat, sic vocatur. parte. 4. fo. 60. E.

Locutionum omnium generalis vis hæc est, vt quemadmodum ipsę linguę non intelliguntur, nisi audiendo vel legendo discãtur, ita nec modi locutionum. par. 2. fo. 50. E.

Locutio impropria sec'm regulas grammaticæ si est in sacra pagina non est curandum, quia illis non subiacet theologia. parte 5. fo. 105. G.

# Index in Glos. ordi.


Locutionis duo genera noxia sunt. Vnum quod peruersa laudat, aliud quod recta vituperat: ibi fauor, hic ira. parte.3. folio.20.A.

Locutionis simplicitas magnæ virtutis laus est, quam qua arrogantes non habent, habere se asserunt, vt securius audiantur. parte.3.folio.61.F.

Locutionis finis sapiẽtium esse solet, vt vsque eo dicant, quousq; aduersarijs silentium imponant. parte.3.folio.61.B.

Locutionis, sicut intelligentię, autor est deus. parte.3.folio.73.A.

Locutiõ quę peruersio, quã ad stupra persuaderi. parte.3.fo.311.B

Locutionis quædam peccata detestãtur, vt est peccatum blasphemiæ, peccatum locutionis irreuerentis, peccatum locutionis iniuriosæ. parte.3.folio.410.B.

Locutionis integritas quid prodest, si audientem non ædificat: pro nihilo enim loquitur si ab his propter quos loquimur, non intelligimur: verbũ ergo nimis obscurum vel ambiguum vulgi more debet dici, vt intelligatur etiam ab indoctis. parte.1.folio.280.B.

Locutio incorporeæ naturę non vno modo est: aliter enim deus angelis, aliter angeli deo, aliter animę &c. parte.3.folio.6.F.

Locutio angelis quæ & qualis & quomodo fit. parte.6.fol.53.H.

Locutio dei ad diuersa & diuersimodè accipitur. parte.1. folio 44.B.D.E.

Locuturus de deo, omnibus armetur virtutibus, quarum quatuor generales sunt, iustitia, castitas, fortitudo, sapientia &c. parte 1.folio.242.B.

Locutus quomodo est deus ad Adam, an per suam substantiam, an per creaturam subditam sibi? parte.1.folio.37.F.& fo.41.F. & folio.42.A.

Locutiones de sapientia genita vel creata sunt cauendæ magis quàm extendẽdæ, quia videtur fauere errori Arij. parte.3.folio.388.C.

Locutio synecdochica est, quando minor pars accipitur pro maiori, vel pro toto. parte.1.folio.72.F.

Locutio hyperbolica est ad designandum abundantiam rerum. parte.1.folio.117.H.

Lon Longanimitas dei quę. parte.6.folio.6.F. Item parte.1.fo.242.F

Longinquitas in propheta inquantum annunciat ea quæ sunt longinqua ab hominum cognitione, potest dupliciter intelligi. parte.5.folio.210.C.

Longitudo omnis vitæ præsentis punctus esse cognoscitur, cum fine terminatur. parte.3.fo.44.A.

Longitudo terræ promissionis & latitudo secundum diuersas partes quomodo accipitur. parte.4.folio.283.C.

Longobardi cum rege suo multum affligunt ecclesiam, anno domini septingentesimo sexagesimotertio. parte.6.folio.263.C.

Longobardorum regnum quando & per quem defiuit vel defecit. Ibidem.

Loq Loquax, vt vel sic verecundiam tegat, quasi criminosus non sit, alios criminatur. parte.3.folio.28.A.

Loquaces magis solent esse vt appareant, parum scientes & parũ valentes in quacunque arte vel facultate. parte.3.folio.323.C.

Loquacitas infructuosa quasi verborum folia à diuinis resecatur dum in templo dei nemus plantari prohibetur. Indignum est vt verba cęlestis oraculi restringantur sub regulis donati. parte.3.fo.4.G.

Loquela & sermo quomodo differunt. parte.3.folio.110.E

Loqui praua qui refugit, & mysteria cęlestia exponit, auditoribꝰ per dei adiutorium pium laborem explens, ad montem fortitudinis.1.Christum feliciter ascendit. parte.1.folio.312.A.

Loquimur pro nihilo, si ab his propter quos loquimur, non intelligimur. parte.1.folio.280.B.

Loqui tantum norunt qui sub diabolo agunt, sed inania loquuntur, vtpote astrologi aliqui & Philosophi. Fidelium autem regnum quod à deo est, non in sermone, sed in virtute dei. parte 1.folio.301.B.

Loquũtur homines foris, tamen deus solus intus sensus aperit, intus instruit veritatis cognitione & amore. parte.5.folio.206.A.

Loquitur dominus vel Sathan non flatu vocis, cum sint incorporei, vt nos qui & in secreto cordis quasi post partetem corporis stamus, donec per linguam egredimur. parte.3.folio.6.F.

Loquit deus ad diabolũ quatuor modis. Vias eius arguit electorũ suorum iusticiam cõtra illũ proponit, tentandam innocentiam ei permittit, id est probationem fidelium maliciam eius contra eos laxat, aliquando ne tentare audeat, prohibet. parte 3.folio.6.F.

Loquitur diabolus ad deum tribus modis. Vias hominis insinuat, innocentes fictis criminibꝰ accusat, & rimas nocendi quęrit, & tentandam innocentiam postulat. parte.3.folio.6.F.

Loquuntur arrepticij aliquando idioma eis ignorum, & hoc est manifestum signum, quòd sic loquens sit dæmoniacus: sed an & quomodo possibile? parte.5.folio.34.H.& folio.35.A.

Loquitur rectè ille solus, vel dominum confitendo, vel alijs prędicando, cuius auditum vt cęlestibus possit auscultare & obsecundare mandatis, diuina gratia referat: cuius linguam dominus tactu sapientiæ quæ ipse est, ad loquendum instruit. parte 5.folio.104.A.

Cum ratione loquitur, qui in ea qu et? exercetur. par.3.fo.195.F.

Quicunque sic credit vt loquitur, & si non vera loquitur, tamen fideliter loquitur. parte.4.fol.68.B.A.

Ad cor loquitur qui mœstum consolatur: sicut de Sichen dicitur parte.4.folio.70.A.

Facundius loquitur, qui obstupescendo tacet. par.3.fo.24.E.

Qui loquitur, iudicio auditoris subditur. parr.2.fo.20.B.

Loqueris deo quando oras, quando legis, deus loquitur tibi. parte.3.folio.213.E.

Loqui sapienter qui nititur, timeat ne eius eloquio vnitas confundatur. parte.1.folio.191.A.

Loquitur stultè, qui inter flagella se innocentem dicit. parte.3. folio.8.E.

Loquitur ad hoc solum deus nobis per totam sacram scripturam, vt nos ad suum & proximi amorem trahat. parte.4. folio.215.A.

Sunt multi qui loqui tardè incipiunt, sed modum in cœpto non ponut indiscretè loquendo: & cũ bona intentione veniunt, bona piæ mentis præceps locutio viciat. parte.3.fo.10.B.

Deus aperit ora eorum qui verba dei loquuntur, eorum qui loquuntur mendacium, falsum testimonium &c. diabol? &c. parte.1.folio.132.E.

Loquimur cum omnipotente, dum misericordiam eius deprecamur. parte.3.folio.31.B.& folio.32.B

Loquimur deo cum faciem eius per desiderium postulamus, Respondet loquentibus, cum nobis se amantibus apparet. parte.3. folio.32.B.

Loqui nostrum ad dominum est promptis ad illum desiderijs inhiare. parte.3.folio.82.A.

Loqui Christum pro nobis, est se pro nobis hominem ostendere præter quem nullus æquus inueniretur, qui sine peccato pro peccatoribus intercederet: per hoc ergo quod se nobis similem ostendit, & in formę veritate non discrepare, patri pro nobis loquitur. parte.3.liofo.65.F.

Loqui nostrum est hominibus occultum sensum aperire: loqui nostrum ad diuinas aures, est motum mentis etiam expressione actionis ostendere. parte.2.folio.76.F.

Gratia bene loquendi est à deo. parte.1.folio.132.F.

Loquendi cõstantiam duo impediunt in homine. s.dolor de præsenti, & timor de futuro. parte.3.fo.32.C.

Loquendi vsus rectè per collum exprimitur, quia vox in collo est. parte.1.folio.190.G.

Loquendi libertatem solet auferre terror conuentuum. parte.5. folio.157.C.

Loquendum est cautè, sed si tamen ex verbis tuis aliquis scandalizabitur, habeto consolationem in eo, ex cuius dicto multi scandalizati sunt, qui hoc fecit, vt tibi esset exemplum. parte.5. folio.207.A.

Loquendi facundiam ille bene accipit qui bene viuit, nec conscientia loquentem præpedit. pte.3.fo.18.A.

Loquendi scientiam si quis habet, non sibi sed deo imputet: timeat ne præter voluntatem dei vel autoritatem sanctarum scripturarum, vel præter vtilitatem fratrem doceat, nec quod dicendum est taceat. parte.6.folio.222.A.

Loquendi artes à nostris ad philosophos, non ab illis ad nostros ascendisse perpendendum est. parte.4.folio.199.F.

Loqui veritatem est rationabiliter loqui. Vanitatem loqui, sterere est. parte.1.folio.139.E.

Qui sub diabolo agunt, tantum loqui norunt, sed inania loquũtur, vtpote astrologi &c. parte.1.folio.301.B.

Loquendi quatuor genera sunt. Alij enim ampli sunt ore & sensu: qui laudandi sunt: alij verò vtroque stricti, qui miserandi: alij sensu ampli, sed non possunt eloqui, qui sunt adiuuandi: alij sẽsu inopes, sed lingua torrentes, q despiciendi. parte.3.fo.23.E.

Loquens altiora minus capaci, non vtilitatem, sed sui ostentationem facit. parte.6.folio.35.E.

Per loquendi consuetudinem (nescio quomodo ait Augustinus) imbutis sensibus hominũ, sæpe plus videtur quod singulariter quàm quod pluraliter dicitur. Verbi gratia. Est illic miles, quã

sunt milites

sunt milites illic, est illic piscis, plus significat quàm sunt illic pisces. par. 1. fo. 140. F. G.

Loquendi modus est sanctæ scripturæ, quādo intelligitur de bonis, dicitur, populus domini, vel populus meus, vel quid huiusmodi determinans ad bonum. Quando autē de malis, dicitur absq; determinatione. par. 1. fo. 5281. F.

Loquendi originem de hæreticis trahimus, qui nobis ad loquendum quasi argenti venę sunt: reuocantur ergo ad sacrę autoritatis paginas, vt si verè loqui desiderant, inde quid loquantur sumant, & non de eloquij nitore superbiant. par. 4. fo. 121. E.

Quod loquimur transit, quod verò scribimus, manet. parte. 4. folio. 32. E.

Loqui quomodo potuerunt protoparentes, vel loquentem intelligere, qui non didicerant inter loquentes crescendo vel magisterio. par. 1. fo. 37. F.

Loramentum est congeries lignorum ad inuicem conglutinatorum, & ponitur in fundamento domus, eo q; est de difficili solubile. par. 3. fo. 409. B.

Loth quanto quotidie deteriores fiebant Sodomitæ, tāto iustior apparebat. par. 1. fo. 291. E.

Loth vidit angelum vespere in perditionem Sodomæ. parte. 6. folio. 242. A.

Loth qualiter cognouit concubitum filiarum suarum. parte. 1. folio. 74. B.

Loth per hoc q; scribitur. Et nesciuit, q; dormissent cū eo &c. nō excusatur. Appungunt em̄ desuper Hebræi obelo quasi superfluum, quasi incredibile sit: quia rerum natura non capit coire quempiam nescientem. Par. 1. fo. 74. A. B.

Loth habitauit in Sodomis. Hoc Hebræi exponunt in vituperiū ipsius Loth &c. Catholici autem hoc exponunt in laudem eius parte. 1. fo. 62. F.

Loth verum peccauit offerendo filias suas luxuriosis. Arguitur pro & contra cum responsione & solutionibus argumentorū. par. 1. fo. 72. F. G.

Lotio tangens morticinia quę fuerit, & etiam qualis. parte. 1. folio. 234. G.

Lotio pedum apostolicorum per Christum figuraliter præostēsa est. par. 2. fo. 40. A. B.

Lotio manuum de qua discipuli Christi sūt redarguti à Pharisęis & scribis, vnde habuit originem. par. 5. fo. 49. B.

Lub Luc Lubrica vita elati onocentauri nomine signatur. par. 4. fo. 63. B.

Lucas, qurs qualis quantus cuias & quotēnis fuerit. parte. 5. folio 121. E. F. & fo. 122. H. Item par. 6. fo. 163. A.

Lucas partus Christi filij dei scripsit genealogiam. parte. 5. folio. 122. B. & fo. 135. C. D. H.

Lucas qui sacerdotium Christi cæteris amplius exponendum suscepit, pulchre hoc in templi deuotione compleuit. par. 5. folio 183. F. & fo. 132. B.

Lucas plericq; tradunt proselytum Hebræas literas ignorasse. parte. 1. fo. 113. E.

Lucas euangelista tantum prosequitur in actibus apostolorum prædicationem Petri & Pauli, tum quia præcipuum quia istorum facta vidit, maximè Pauli, cuius fuit indiuiduus comes. parte. 6. fo. 167. D.

Lucas actus apostolorum Græco sermone conscripsit. parte. 6. folio. 182. G.

Lucas imagines Christi & beate Marię virginis primò descrisit. parte. 6. fo. 264. E.

Lucis ci. cem. ce. in Lux.

Lucere tantum est vanum, tantum ardere parum, ardere & lucere perfectum. parte. 4. fo. 396. G.

Lucerna & quasi lucerna differentiam habent. Iohannes lucerna erat, quia erat angelus lucis: diabolus quasi lucerna, quia transfigurat se in angelum lucis. par. 2. fo. 17. G.

Lucerna lumen in testa est. par. 3. fo. 39. B. & fo. 109. C. Itē parte. 2. folio. 121. C.

Lucerna sumitur dupliciter. Vno modo lumen naturale intellectus humani positum in corpore terreo dicitur lucerna domini, quia lumen naturale rationis est quędam impressio diuini luminis. Item deus est prędens homini per gratiam suam, & dicitur eius lucerna &c. par. 2. fo. 121. C.

Lucerna dicuntur apostoli & prędicatores & omnes homines. parte. 3. fo. 109. B.

Lucifer dicitur Christus, & nota quare. par. 3. fo. 72. F.

Lucifer voluit alijs angelis præesse indebitè, & nulli subesse, non tamē simpliciter, sed q̄tū ad regulā agendorū. p. 4. fo. 33. B. C.

Luciferiani hęretici dicunt animam de carnis substantia propagatam. par. 1. fo. 237. A.

Lucius episcopus & Arrianus grassat' est in sanctos patres Aegyptios heremitas. par. 4. fo. 263. H. & fo. 418. G. & fo. 446. D.

Luctari necesse est eum cum diaboli ministris qui vult exire de regno eius. par. 1. fo. 300. G.

Lucta Iacob cum angelo, an fuerit corporalis vel spūalis vtroq; modo declarantur opiniones multorū. par. 1. fo. 96. C. F. G. H.

Lucta Iacob cum angelo fuit, vt assecuraretur de Esau, quem nimis timebat: propter qd' dixit sibi angelus: Si contra deū fuisti fortis quanto magis contra hoies pualebis. par. 3. fo. 377. C. D.

Lucta vel hastiludium seu aliquid huiusmodi, quod semel fiebat in quinq; annis, dicitur agon, & fiebat in veneration̄em Herculis. parte. 4. folio. 65. H.

Luctus mortuorum moderatus & honestus, pcedens ex pietate naturali, bene licet & decet, sed immoderatus prohibetur. parte. 1. fo. 346. C. D. Vide etiam in Flere licet &c.

Luctus pro morte Moysi durauit triginta diebus. pte. 2. fol. 3. H.

Luctus beatitudo omnia cōcupiscibilia abdicat, & luctum voluntarie assumit pro transgressione culpę commissę, & pro dilatione cælestis patriæ. parte. 5. 18. F. G.

Lucrum spirituale est magis diligedū quàm amicus, sed magis est diligendus amicus quàm lucrum temporale. parte. 3. fo. 321. D.

Lucus à cōtrario dicitur q; minimè luceat, & abundare quod nō est. parte. 2. fo. 35. A. & fo. 152. C. Item parte. 1. fo. 324. A.

Lucus vide in Arbores.

In ludis honestis exercitare pueros ad virtutem inducentibus, & retrahentibus à vicijs expediens est. parte. 5. fo. 39. F.

Ludere secundū Hebræos est æquiuocū ad ludere & occidere, & Lud etiam ad quędā alia. par. 1. fo. 75. H. Itē. parte. 2. fo. 99. C.

In ludo literario vbi pueri elementa suscipiunt, alij dicuntur abcdarij, alij syllabarij, alij nominarij, alij calculatores dicūtur. Et cum audierimus hęc omnia puerorum profectus agnoscimus. parte. 1. fo. 324. G.

Ludentem cum vidisset Sara filium Aegyptiæ &c. dupliciter exponitur. pte. 1. fo. 75. F. & declaratiuus ibidem. H. & fo. 76. H.

Ludus circulatorius quis dicitur. par. 1. fo. 14. E.

Ludus circensis quis & vnde dicitur. par. 1. fo. 14. E.

Ludouicus rex Franciæ coronam regni Frāciæ valde iuuenis suscepit. Eius typum tenuisse videtur Iosias rex &c. p. 2. fo. 183. D.

Lugendæ sunt à toto populo personæ cōmunes, maxime deputatæ ad dei cultum. par. 1. fo. 231. H. Lug

Lugere non audebant filij Israel existentes in Chaldæa, ne viderentur dolere de regibus Babylonis victoria, & sic durius tractarentur. pte. 4. fo. 246. H.

Lugentium mos est ferre cibos, & præparare conuiuium, q̄ parentalia dicuntur, eo q; à parentibus ista celebrantur. parte. 4. fo. 134. A fo. 135. C. D.

Lugentes, lacertos incidere, mos fuit apud veteres, & vsq; hodie permanet in quibusdam Iudæorum. par. 4. fo. 134. E.

In lugētibus multa volumina sunt, dū quid apud deum decernatur, nesciunt: dum præterita sua recolunt, futura pertimescunt & in bonis suis ne errent, verentur, quos dum flagella dei corripiunt, se offendisse suspicantur. par. 3. fo. 12. G.

Lumbi mentis sunt voluntas & intellectus, ex quibus procedunt Lum cogitationes malæ. Sed lumbi carnis sunt in quibus viget motus luxuriæ & vtriq; pcingendi sunt. par. 5. fo. 158. G.

Lumbus virtutem significat. In lumbis quoq; operatio generationis. parte. 1. folio. 218. F. G.

Lumen est triplex. s. lumen rationis naturalis, & lumen cognitionis diuinorum, quod fuit in veteri Testamento, & lumen cognitionis euangelicæ. Et omnia deficiunt à perfecta lucis veritate, & quare. Lux autem diuina dicitur vera luxi, que est lux per essentiam. parte. 5. fo. 187. C.

Lumen naturale intellectus humani positi in corpore terreno: bene dicitur lucerna. par. 3. fo. 109. C.

Lumen verum est, vbi non aliud lumē, aliud vita. p. 3. fo. 63. B.

Lumen propriè quod ex se lucet, non est nisi deus. pt. 3. fo. 269. C.

Christus lumen est & lucerna: Sed lumē est Christus, dum ore nostro recensetur: lucet enim in nobis, tanquā in vasæ ficuli. parte. 3. fo. 269. E.

Lumen naturale intellectus humani, est quædam impressio diuini luminis eo q; homo secundum partē intellectiuā est ad imaginem dei. p 3. fo. 91. H. & fo. 328. H. Item. par. 2. fo. 121. C.

Lumen naturale cōparatū ad deū tenebra est. parte. 3. fo. 109. D.

Lumine duplici anima nostra illuminatur, scilicet vero siue ęterno, & temporali siue falso. parte. 2. fo. 32. G.

Lumen cognitionis naturalis, lumen cognitionis diuinorum in veteri Testamento, & lux cognitionis euāgelicæ, quomodo deficiunt differenter in cognitione diuinorum. parte. 5. fo. 187. C.

Lumen contemplationis ignorans, præsentis vitæ tenebris pressus dum venturam lucem diligēter nō cōspicit, nescit quo por

rigat operis gressum.parte.1.folio.252.E.

Lumen propheticum sicut à solo deo tearchicè creatur, ita ab eo solo multiplicatur,diffunditur,& traditur,quàmuis à creatura hierarchica per illuminationem ministerialiter deriuetur, non effectiue &c.parte.1.folio.284.F.

Lumen intellectuale quomodo requiritur ad prophetam, ad intelligendum visionis significatum.parte.6.folio.55.B.

Lumen diuinæ essentiæ videbimus in lumine creato gloriæ &c. parte.3.folio.136.A.

Lumen sacræ scripturæ lucerna dicitur.parte.3.folio.54.F.

Lumẽ diurnum quale potuit esse ante creationem siderum. parte.1.folio.26.E.

Lumẽ fuit informe aliquo mõ vsq; ad quartũ diẽ.pte.1.fo.26.C.

Lumen creatum quomodo videbitur in lumine diuinæ essentię. parte.3.folio.136.A.

Lumen sapientiæ increatæ est simpliciter per omnem modum incorruptibile,sed lumen sapientiæ creatæ non est sic incorruptibile per omnem modum.parte.3.folio.373.H.

Lumini rebelles sunt,qui sua desideria sequendo bonum despiciunt quod nouerunt.parte.3.folio.49.A.

Luminaria dicitur pia cordis intentio vniuersas errorũ tenebras expellens.parte.1.folio.302.B.Interl.

Luminaria cœli licet sint facta principaliter propter gloriam dei, tamen facta sunt consequenter ad vtilitatem hominum,sed primam harum rationũ Moyses subtricuit,&quare pte.1.fo.26.D.

Luminaria cœli deseruiunt homini ad quatuor.Primo inquantum faciunt vicissitudinem temporis apti ad operãdum, & ad quiescendum.Secundò quia ex ipsis accipitur significatio pluuiosi temporis vel sereni.Tertio distinguunt diuersas partes tẽporis.s.veris,estatis &c. Quartò deseruiunt homini quantũ ad visum qui est directiuus in operib⁹ humanis &c.pte.1.fo.26.D.

Luminaria cœli omnia à sole illustrantur.parte.1.fo.24.D.G.H.

Luminaria hæc corpora vtrum sola sint,aut habeant rectores spiritus,& ab eis vitaliter inspirẽtur,sicut per animas animalium carnes animantur?Sed tam de obscura re nihil temerè credendum.parte.1.folio.26.B.

Luminaria in firmamento cœli sunt in signa & tempora, quæ & quomodo.parte.1.fo.26.B.& folio.32.D.E.

Luminarium cælestium proprietates & vtilitates plures dantur. parte.1.folio.31.D.E.

Lun. Luminaria cœli ab antiquis dĳ vocabantur.parte.1.fo.24.G.H.

Luna vocatur diana, & pingebatur antiquitus in figura virginis tenentis in manu sagittas tanquam radios emittẽtis. parte 6.fo.197.D.

Luna dicebatur à gentilibus præses viarum,quia eas ostendit de nocte.parte.6.folio.197.H.

Lunam quidam dicunt lumen suum habere.sed globum eius dimidium lucere,dimidiũ obscurũ esse &c.Alĳ dicunt q̃ non habet lumen,nisi à sole.parte.3.folio.101.F.& folio.431.E.

Luna an & quõ possit dici regina cæli.pte.4.f.123.D.G.& f.166.D

Luna obscuratur tribus modis,& similiter ecclesia pte.3.f.101.F.

Luna q̃ æqualis vniusq; magnitudinis cum sole cernitur,hinc esse aiunt,quod sol multo longinquior à terris,atq; altior quàm luna incedit.parte.1.folio.26.C.

Luna cũ plena est,tunc noctis in exordio videt, alias nõ: & p̃ diẽ incipit videri añ plenitudinẽ,& in pgressu noctis pte.1.fo.26.C.

Luna posĭ æquinoctiũ vernale vespe plena præcedens, paschalẽ terminũ facit,quæ regula vsq; hodie viget. parte.1.folio.26.B.

Luna virtũ plena,& an prima facta fuerit.parte.1.folio.26.B.

Luna cũ ad nostros crescit oculos,paulatim à sole recedit: cũ verò ad cælos,paribus spacĳs redit.parte.1.folio.279.A.

Luna non dæmonibus seruit,sed dæmon lunæ cursum obseruãs corripit homines vt luna infametur, & per eam eius creator. parte.5.folio.54.E.G.& folio.17.F.

Luna.xiiĳ.in imolatiõe anni prefigurat tã tẽpus passiõis Christi quàm tps institutiõis sacramẽti eucharistiæ.licet in effectu fuerint abinuicẽ quasi per vnã diẽ naturalẽ distãtia.pte.1.f.151.H.

Luna & sol,vt Hebræi fabulantur,in principio suæ formationis erãt æquales in lumine: sed quia luna voluit habere singularẽ gloriã &c.sed deus motus contra lunã minorauit lumen eius: dedit tamẽ stellas &c.sed per hoc non pacificata,dixit deus:Offerte pro me expiationẽ &c.Ecce ludæorum cæcitas, imo insania.parte.1.folio.35.G.H.

Luna qũo ostensio tẽporis,signũ æui,& diei festi.pte.3.fo.431.E.

Luna quare cõparatur ecclesiæ pte.3.fo.354.F.Itẽ pte.1.f.374.E.

Lunatico assimilatur,instabilis & quare.parte.5.folio.54.H.

Lupanar suum in omnibus viarum principĳs fabricat qui doctrinę testimonĳs male abutitur.parte.4.folio.232.F.

Lupi natura commemoratur. parte.5.folio.151.F. Lupus Vide Morbus regius.

Lusus maioris ad minorem illusio est & deceptio.pte.6.fo.86.B Lus

Lutum est cum aqua terram infundit.parte.3.fo.26.F. Lut

Luto infigi dicitur quis dupliciter.parte.3.fo.131.G.

Lux solaris quæ facta dicitur prima die, adhuc fuit informis quã Lux tum ad aliqua,vsque ad quartam diem.parte.1.fol.24.G.H.

Lux fuit quædam nubes lucida.parte.1.fo.26.G.

Lux in prima die facta,licet non esset ita perfecta sicut lux solis,habebat tamen perfectionem sibi pertinentem quantum ad illud pro quo facta fuit.s.diuisionem noctis & diei.parte.1.fo.30.D H.& extense fo.32.G.H.& fol.31.A.& fo.33.G.H.

Lux quomodo circumire poterat ad exhibẽdam diurnam noctur namq; vicissitudinem,nõ solum ante luminaria,sed ante factũ firmamentum.parte.1.fo.34.G.

Lucem quare oportuit fieri prima die.parte.1.fo.24.D.

Lux primo die facta,spiritualis vel corporalis intelligitur. parte 1.folio.24.B.

Lux corporalis vbi facta est,cum abyssus omnem terrę altitudinẽ tegeret?parte.1.fol.24.B.

Lux corporalis quæ facta est ante solem, quænam est illa, quã cũ sol occiderit videre non possumus?parte.1.fo.24.C.

Lux duplex, vna iniquorum, quæ conuertit se in angelum lucis: Altera contraria est illi, quæ dicebat: Ego sum lux mundi.parte.1.folio.304.

Lux exterior si incautè diligitur,à luce inuisibili cor extra inhians cæcatur.parte.3.folio.59.B.

Lux magis propriè dicitur in spiritualibus quàm in corporalib⁹. parte.5.folio.210.H.

Lux inter omnes sensibiles effectus spiritualior est,vnde efficacior est ad producendum intelligibilium cognition em.parte.3.fo. 68.C.Item parte.1.fol.30.H.

Lux morientiũ est quã corporeis oculis cernimus,Illuminãt autẽ à luce viuentium,qui despecto tẽporali lumine ad splendorem internę claritatis recurrunt,vt ibi viuant.parte.3.fo.63.B.

Lux vera quõ dicitur Christus,cũ apostolus dicat:Nũc aũt lux in dño.Et sic ratio lucis conuenit cuilibet iusto.pte.5.fo.187.B.

Lux gratiæ dupliciter accipitur in scriptura.Vno modo per essẽtiã.Alio modo per participationem.parte.5.fo.187.B.

Lucem quis sciret bonam esse, nisi tenebras sentiremus. parte.1. folio.29.C.

Lucem maiorem qui ex se emiserit,vtrum Paulus an Petrus,Bartholomeus,an Iohannes,solius dei nosse est.parte.2 fo.33.B.

Lucem diuinorum mysteriorum Iudæi non intelligunt, sed abhorrent in lege.parte.1.fo.106.E.Interl.

Luce sparsa æstus diuiditur,dum dona spiritus dispariliter, quib⁹ accendantur singuli accipiunt &c.parte.3.fol.71.G.

Luxuria pudiciciam infestare tentat,sed vir castus bona sibi collata ad memoriam reducit,& tentationem qua pulsatur euincit. parte.1.folio.105.B.Interl.

Luxuria hamus est, quo capiuntur indifferenter per diabolum de quolibet statu homines.parte.4.fo.391.H.

Luxuria quedã est carnis,quędam cordis.parte.3.fo.70.B.

Luxuria turpius coinquinat corpus,quàm alia peccata, & nullũ peccatum intantum dehonestat corpus.parte.6.fo.41.E.F.

Luxuria viget in lumbis virorum,& in vmbilico feminarũ.parte.3.folio.77.H.

Luxuriam eo magis erubescunt homines,quia simul omnes turpem nouerunt.parte.2.fol.108.F.

In luxuriam multi per vel post superbiam corruentes, ex aperto casu malum culpę latentis erubescunt.& maiora corrigunt,cũ prostrati in minimis grauibus confundunrur. Reos enim se in minora conscipiunt,qui se liberos inter grauiora crediderunt. parte.2.folio.108.F.

Luxuriæ & voluptatib⁹ corporis si quẽ videris deditum, in quo nil animus valet,sed totum libido possidet,dicito quia deuorauit eum terra.parte.1.folio.154.F.

Luxurię malum, aut cogitatione perpetratur, aut opere.parte.1. folio.42.F.

Luxuriosis non est alia cura,nisi vt ventrem suum impleant,quorum deus venter est.parte.5.fo.155.A.

Luxuriosi idolum est adultera sua vel concubina.p.3.fo.201.D.

Luxuriosi valde dolent,quando in eis incipit deficere potẽtia coeundi.Et de hoc figura.parte.fol.223.H.

Luxuriosi qui latibula querunt ad exercitium sui peccati, dicunt idololatrare subter ligna frondosa vel in lucis.pte.1.fo.344.H.

Luxurioso qui se coniungit in malis actibus, cum iumento dormire dicitur.parte.1.fo.363.G.

Ma

MA DICTIO HEBRAICA QVID significat,& quotupliciter exponirur. parte 4.folio.69.F.G.

Mac

Macedonia est quędam regio in Græcia secũ dum omnes historiographos.p.2.fo.308.D

Macedones & Amalechitæ an sint eadẽ gens. parte.2.folio.308.D.

Macedonius hæresiarcha,& quę eius hæresis.part.6.folio.252.G. H.Contra hunc congregata fuit quędam vniuersalis synodus in Constantinopoli.cl.episcoporum.par.6.fo.253.B.

Maceratio carnis per ieiunia vigilias& cætera exercitia per quę re trahitur caro à delitiarum aquis significatur per Moysen.parte 1.folio.368.D.

Macerationem carnis deo acceptam faciunt septem conditiones. Prima q̃ sit voluntaria.Secunda q̃ sit in carne propria.Tertia q̃ sit cõcupiscentiæ mortificatiua.Quarta q̃ sit bonorũ operũ productiua &c.par.6.fo.26.H.

Maceria quid sit.par.6.fo.91.F.Item par.3.fo.358. G.& f.171.A.

Machabæorum septem fratrũ festũ in ecclesia celebratur & quare. parte.4.fo.469.D.

Machabæi septem fratres in Antiochia martyrij gloria coronati sunt cum matre sua atq; sepulti cum magna veneratione ibi re quiescunt.Sed nunc ad Coloniam Agrippinam translati referuntur,vbi in ecclesia sanctimonialiũ,ad Machabęos dicta coluntur.par.4.fo.428.D.

Machabæorum liber secundus,& maximè quantũm ad præsationem reputatur à multis multũm apocryphus .par.4.f.462.H. Receptus tamen ad legendum ab ecclesia.fo.466.A.

Machabæorum liber licet non sit canonicus,tamen maioris auctoritatis est q̃ sit Iosephus.par.4.fo.450.G.& folio.453.H.& folio.457.H.Item par.1.fo.37.E.

Machabæorum libri quomodo in ecclesiæ vsu accepti sunt.parte.4.fo.428.B.

Machabæorum tempore consules præerant reipublicę Romæ. parte.4.fo.445.F.

Machinantes dãna alijs, ipsi quandoq; primi incidũt in ea. parte 2.folio.115.B.

Machinantes malum innocentibus & per diuersas vias,per quos significantur:sed domino disponente malum supet eos reuertitur.Et de hoc exempla.par.1.fo.304.H.

Machinæ mundi sunt quatuor.par.3.fo.239.F.G.

Macula animalis immolendi quando & quomodo non immolationem impediuit.par.1.fo.348.B.

Mad

Madian ciuitas à quo vocata,& vbi sita.par.2.fo.191.B.

Madianitæ dicuntur & Ismaelitæ.par.1.fo.102.F.

Mag

Magdalenę duę fuerunt,vna soror Lazari,alia peccatrix.Gregorius tamen dicit,q̃ fuit vna sola.par.5.fo.120.F.G.

Magedan Dalmanuta & Modan idem representant.part.1.folio 325.G.& fo.375.G.Item par.5.fo.50.H.& fo.104.D.Item parte 2.fo.185.C.& fo.237.E.

Mageddo est locus in quo Iosias occurrit regi Aegypti,& vulneratus.par.5.fo.50.H.

Magi dicuntur qui superstitiosè diuinant per astra.p.1.fo.248.F.

Magi & augures in superstitionibus suis obseruant loca & tẽpora.par.1.fo.305.B.

Magi sunt intelligibiles,qui in nomine domini falsa prophetant. parte.1.fo.250.A.

Magorum differentię sunt:alij enim plus valent, alij minus. parte.1.fo.302.B.

Magi vtuntur sanguine humano & cõtactu mortuorum in maleficijs & diuinationibus.Arioli solis verbis.1.incantationibus diuinant.par.2.fo.94.A.

Magi Pharaonis cur in tertia plaga defecisse dicuntur: poterant enim in primo signo deficere,sed commendatur fortasse trinitas.par.1.fo.140.E.F.

Magi Pharaonis an post tertiam plagam non cessauerunt resistere Moysi.par.1.fo.140.D.& fo.141.D.G.

Magi resistentes Moysi,& dicentes:Digitus dei est hic:confessi sũt diuinam virtutem vt communiter dicitur:sed alijs aliter videtur.par.1.fo.140.D.G.

Magi quærentes Iesum(qui & dicti sunt reges)à scientia & regimine dicti sunt,non à magica arte.par.5.fo.11.D.

Magi in Ierusalem intrantes duplici de causa puerum Iesum quę fierunt natum regem Iudæorum.par.5.fo.11.D.

Magi à dæmonib⁹ docti,vel iuxta prophetiam Balaam intelligẽtes natum filium dei,qui magicam destrueret artem,in Bethleem venerunt,& puerũ adorauerunt,& quare.pte.4.fo.39.E.

Magi puero Iesu tria munera obtulerunt,s.aurum, thus & myrrham,& quid significant.par.5.fo.12.C.

Magi etsi tria munera obtulisse dicuntur,nõ ideo non plures fuisse quàm tres probantur.Vel tot fuerũt principes qui multos duxerunt in suo comitatu.par.5.fo.11.A.

Magi an singuli singula an vnusquisq; tria domino obtulerit munera.parte.5.fo.12.A.C.

Magi in puero Iesu diuinitatem intellexerunt, quod patet in latriæ adoratione.Ibidem.C.

Magorum genus & institutio ex Balaam in partibus orientis vigere fertur.par.1.fo.303.A.

Magorum magistri sunt spiritus maligni,null⁹ enim sanctorum spirituum obtemperat mago.par.1.fo.302.C.

Magicam artẽ designat scriptura vt eam prohibeat, sicut dæmones esse significat,sed coli vetat.Ibidem.

Magica virtute possunt aliqua miracula fieri,tamen illa pertinẽt ad curiositatem tantùm & vanitatem.par.5.fo.42.H.

Magicis artibus bene fiunt aliqua curiosa & inutilia,sed sanitates quæ fiunt ad reducendum homines in deum fiunt tantummodo virtute diuina.par.5.fo.203.H.

Magicarum artium cõsultationes & pacta cum dęmonibus,similiter auspicum & augurum, deputantur societati dæmonum. parte.6.folio.48.A.

Magicis artibus possunt aliqua quæri à dæmonibus aerem caliginosum inhabitantibus,sed non sic de substantijs formaliter separatis &c.parte.4.fo.296.H.& fo.297.

Magicam artem siue magos in infirmitatibus vel alijs necessitatibus constituti requirentes,cui assimilantur, & magnas expẽsas faciunt,& nullum commodum sed magis oppositum reportant.parte.1.folio.302.D.

Magister qui prius esse desiderat quàm discat,stulticiæ noxã non declinat.parte.3.folio.326.E.

Magister eruditus margaritæ fulgenti comparatur,quia dũ emẽdationem morum dum supernorum scientiam piè quærentibus aperit. quasi aureo ornatui maiorem insuper gratiorẽq; fulgorem gemmæ ardentis annectit.pte.3.fo.333.B.

Magister quando præcipit,indicium est obaudientis si demisso audiat capite.Si tergum vertat contẽnẽtis.pte.4.fo.114.A.

Magister in discipulo audit,& in filio pater honorat.p.5.fo.152.C

Magistri qui fiũt,& needũ puncto ore discipuli fuere in arrogantiam(quæ est ruina diaboli)incidunt.pte.6.folio.119.F.

Magistri solẽt legere in habitu ad hoc disposito secundum dispositionem facultatis suæ.parte.5.fo.225.C.

Magistrorum vita si iure reprehenditur, oportet vt subditi eos etiam cum displicent venerentur.parte.2.fo.224.B.

Magistri ecclesiæ omniũ virtutũ cultu & decore sapiẽtię illustrati honorantur diademate regię dignitatis tanquàm mẽbra summi regis.parte.2.fol.311.A.

Magistri merces crescit ex puentu discipuli.pte.1.fo.247.C.

Magistri peruersi dogmatis significantur per Ioab, qui ad altare fugit,qui ob hoc q̃ ecclesiasticos per insidias perimunt, ab altario fidei expulsi perpetua morte punientur.pte.2.fo.128.A.

Magistri scientia vigilantes, sed vita dormientes, auditores suos quos per vigilijs,prædicationis nutriunt,dum qđ dicũt facere negligunt,per somnũ torporis occidunt.parte.3.fo.129.F.

Magistrorum spiritualium persona signatur per ibices quæ in petris pariunt,quia in doctrina patrum qui pẽtræ vocati sunt,ad conuersionem animas gignunt &c.pte.3.fo.74.A.

Magister,qualiter dicitur deus,& qualiter homo.pte.5.fo.71.A.

Magisterij vel doctoratus nomen,an, quare & quomodo desiderandum sit.parte.5.fol.71.B.

Magnificari dominus deus quo modo dicatur.parte.5.folio.126. B.D.Item parte.3.fo.412.D.

Magnificentia an quomodo,& vnde locum habeat in deo.Sic & de cæteris virtutibus.parte.3.folio.186.A.C.

Magnificentia consistit in virtute & sapientia, eo q̃ per ista duo fiunt magna facta.parte.3.fo.97.F.

Magnifici modus est facere maiora quàm sit dignitas recipiẽtis. parte.2.folio.105.F.

Magnificus inclinatur ad dandum illud quod petitur,quãdo beneficia prius præstita per eum allegantur.parte.4.fo.203.D.

Magnifici proprium est exaudire illum qui recognoscit præteritum beneficium & suam potentiam.parte.3.fol.215.H.

Magnitudo diuinorum operũ,nec ex qualitate valet discuti,neq; ex quantitate numerari.parte.3.fo.17.A.

Magnitudinis solis & lunæ magnum est argumentũ,q̃ omnibus hominibus idem orbis eorum videtur &c.pte.1.fo.26.C.

Magnitudo fidei Abrahæ ex hoc patet, q̃ statim ad verbum domini iuit ad terram alienam,& ibi per totam vitam suam habi

tauit peregrinus,& de generatione Isaac credidit, nec risit sicut Saravxor sua.parte.6.fo.155.D.F.G.

Mah Mahumetus de paupertate ad diuitias eluatus cogitauit fieri rex Ismaelitarum, de quo populo ipse erat qui propriè dicuntur Agareni.parte.6.fo.259.D.

Mahumetus quomodo vsus est consilio,& auxilio cuiusdam monachi nomine Sergij,cui adhæsit vt propositum obtineret.parte.6.fo.259.D.

Mahumetus qualiter finxit se esse prophetam & legis diuinæ latorem,vbi etiam tractantur multa alia de eo.par.6.fo.259.E.F.

Mahumetus dicit se missum à deo,& conatur probare ex euangelio.par.5.fo.234.C.Item par.6.fo.260.E.

Mahumetus epilentiam passus quomodo illud obscurare conabatur.Dixit se ẽ hoc fuisse pallum propter præsentiam angeli.par.6.fo.259.F.

Mahumetus vixit.lxiij.annis tantum.par.6.fo.260.A.

Mahumeti lex per potentiam gladij incepit,& per eam tenetur.parte.5.fo.204.F.Item par.6.fo.35.D.& fo.57.C.& clarij fo.60.F. & fo.261.A.Et sic est per gladium terminanda, vt doct. dicunt. par.4.fo.184.B.& fo.382.C.& fo.417.C,& fo.43.D.H.Itẽ parte.3.fo.93.D.

Mahumeti secta cõtraria modo introducta est ad legem Christi. parte.6.fo.261.A.& fo.57.C.& fo.60.F.

Mahumeti secta nihil tradit credendum,nisi q; de facili à quolibet mediocriter intelligente naturali ingenio cognosci possit. parte.6.fo.261.A.

Mahumeti secta quomodo incœpit,& quomodo conficta fuit.parte.6.fo.259.C.D.& fo.260.B.C.D.& fo.262.B. Item parte.3.folio.276.C.

Mahumetus.licet varia dicantur à diuersis, de eo tamen cõuenientius tenetur,q; incœpit sectam suam circa finem temporis Eraclij.par.6.fo.259.C.

Mahumet⁹ multos errores posuit circa Christũ.par.6.f.260.F.G.

Mahumet vt plurmum secutus est in credẽdis errores famosorũ hæreticorum. Similiter desperandis falsa & hæretica tradidit. parte.6.fo.260.F.G.

Mahumet in suo Alchorano nefando dicit expresse,q; Iesus non fuit suspensus nec mortuus, sed q; sic assimilabatur videntib⁹ s.per apparitionem phantasticam,non veram.par.4.fo.90.F.

Mahumet dicit Iudæos corrupisse legem Moysi & prophetas, & euangelium Christianos,& veritas habetur in suo Alchorano &c.Sed reprobatur.par.6.fo.260.G.H.

Mahumet quare suis interdixit vinum bibere,cum in alijs voluptates relaxauerit.par.6.fo.261.B.

Mahumetani quare & quomodo ieiunium obseruant.Ibi.

Mahumetani circuncisionem & baptismum obseruant,quare & quomodo.par.6.fo.260.E.F.

Mahumet pseudopropheta in suo Alchorano quẽdam præcipit quæ non vult fieri.par.3.fo.276.F.

Mahumetani expectãt in alia vita in voluptatibus carnalibus & diuitijs præmiari.par.6.fo.260.F.

Mahumetani frequenter & communiter appellant Mahumetum prophetam,& apostolum dei,& quare.Ibidem. D.

Mahumetus vocat apostolos Christi viros dealbatos eo q; vsi sũt vestibus non laneis sed lineis.par.6.fo.249.B.

Mahumetus & Antichristus sunt latrones,nõ intrantes per ostiũ id est sacram scripturam,in ouile ouium.par.5.fo.216.B.

Mahumeti lex cum sit erronea & vitiosa,quomodo est tantæ durationis,par.6.fo.261..B.C.D.E.

Mahumeti sectæ quomodo tanta multitudo hominum adhæreat cum cõtineat tot errores &vicia enormia.parte.6.folio.260.H. & sequenti.

Mahumeti errores & vicia multiplicia scribit in suo tractatu frater Nicolaus ordinis prædicatorũ , qui in ciuitate famosissima Sarasenorum quę dicitur Baldacum,vbi generale studium eorum habetur,linguam & literam Arabicam didicit,& legẽ seu sectam eorum diligentissimè studuit &c.par.6.fo.260.F.

Maioribus assurgere:naturalis consuetudo est. parte.1. folio.92. F.Interl.

Mai Maioris conditiones,ad inferiores & subditos quę sint. parte.5. folio.71.A.

Maior est iniquitas mea,quàm vt veniã merear.Doctores catholici desperatiuè & affirmatiuè exponũt.Doctores verò Hebręi exponunt interrogatiuè & negatiuè.Par.1.fo.45.H.

Maioritas in regno dei non acquiritur per ambitionem & potestatem,sed per humilitatem.par.5.fo.63.D.

Maioritas Melchisedech ad ipsum Abraham quo medio probetur.parte.6.fo.147.B.D.

Maiores simul & minores nostrorum temporum secordia lædit: hos à prædicando verbum,illos ab audiendo,vtrosq; à faciendo præpediens.Et horum ratio.par.2.fo.244.F.

Maiores suos cum populus eligit,magis pax populi conseruatur. Videntur em̃ omnes quasi aliquam partem habere in principatu,vnde & omnes talem ordinem amant & custodiunt.parte. 1.folio.283.H.& fo.284.A.

Maiora quæq; & difficilia discernere & iudicare debent maiores, parua & facilia minores.par.1.fo.330.F.

Maiora bona deus dat quibusdam & non minora:vt semper animus earũ habeat,vnde se reprehendat:& dũ perfecti esse appetunt nec possunt,minime se extollant in his quę habent,qui per se parua non habere valent.par.1.fo.340.E.

Maius mihi videtur,si homo in carne positus fragilis & caducus: fide tamen Christi & verbo eius armatus superet dæmonum legiones,q; is ipse sit qui vincit in nobis:plus tamen esse dicit,q; per nos vincit.par.1.fo.287.F.

Malachias interpretatur angelus domini,ex quo dixerunt aliqui q; fuit angelus in corpore assumpto:alij verò q; Esdras;Sed ista Ma probantur.par.4.fo.423.G.

Malachias Vide in Esdras,& in angelos putant &c.

Maledicere deo est de eius munere sibiipsi gloriam præbere.parte.3.fo.6.B.

Maledicit creaturis deus,& nos maledicere prohibemur,quia dicit Apostolus:Benedicite & nolite maledicere &c.& quare hoc ab hominibus non vult fieri deus,cum tamen hoc ipse faciat, qui exemplum vitæ hominibus ponit.par.1.fo.305.A.

Maledicenti assimilatur qui fauore superfluę laudis ꝓximum extollit,vel malis fauendo,vel bona plus ęquo laudando,& quare.par.3.fo.335.A.

Maledicere deum suum & nominare nomen domini, an & quomodo differunt.par.1.fo.257.F.G.& fo.258.A.

Maledicenti patrem aut matrem debetur maior pœna q; percussori eorundem:& si percussio simpliciter considerata sit grauior q; maledictio.par.1.fo.168.D.& fo.169.F.H.

Maledicunt sancti viri,non desiderio vindictę,sed vltione iusticię Intus enim sublime dei iudicium aspiciunt,& mala foris exurgentia,quo maledicto debeant feriri cognoscũt, & non peccãt, quia ab interno dei iudicio non discordant.par.1.fo.43.B.

Maledicitur terra in pcõ Adæ,non Adam:ipse verò Cain maledicitur,& quare.par.1.fo.43.A.& fo.45.E.

Maledicta cum ex prophetia dicuntur nõ de malo voto sunt,sed prædicuntur.par.1.fo.365.E.

Inter maledicta quæ Iudæis merito superbię acciderunt, nihil pius quàm videre suam vitam.i.filium dei pendẽtem, & non credere ei.parte.1.fo.365.E.

Maledicti in corde qui recta opera,non recta intentione facit.parte.3.folio.6.B.

Maledictio parentum quomodo soboli noceat ostenditur. parte.3.folio.390.A.

Nonnulli quos aduersarios æstimant maledictione feriunt,quia virtute nequaquam possunt.perte.3.fo.59.C.

Maledictiones seu comminationes in Leuitico & in Deuteronomio differentiam habent,quoniam ille in Leuitico ad captiuitatem Babylonicam referuntur,vt Ra.Mo. Gerund. declarat &c.alię ad hodiernam captiuitatem Iudęorum,quam ipsi Romanam vocant.parte.1.fo.262.G.H.& fo.365.F.G.H.

Maledictio mulieris adulterę,quæ & quomodo & qualis fuerit. par.1.fo.274.A.

Maledictio hominum tempore Ieremię:quicunq; maledicebat alteri,dicebat:Sic accidat tibi sicut accidit Sedechiæ regi & populo eius.par.4.fo.144.G.

Maledictio gemina est,culpæ.s.& pœnæ. Sic etiam maledictum duobus modis dicitur.s.actiuè & passiuè &c. par.6.fol.81.F.Itẽ par.1.fo.43.B.

Maledictũ duobus modis dicitur.s.iudicio iusticiæ,& liuore vindictæ.par.3.fo.10.E.& fo.334.A.

Maledictum comes peccati est.Maledictus ergo omnis qui in ligno pendet.par.1.fo.355.C.

Maledictum frustra prolatum non veniet super illum in quem ꝓfertur,sicut auis vagiuolans ad locum certum non vertitur.parte.3.fo.334.C.

Maledictus à deo erit qui à malis sacerdotibus benedicitur:quia benedicunt iniquè agentibus,& adulantur peccantibus,dũmodo diuites sint.par.4.fo.426.A.

Maledictus omnis qui non reliquerit semen super terram.Quod de semine spiritualis operis dicitur,non prolis.par.4.fo.93.A.

Maledictus omnis qui pendet in ligno &c, Apposuerunt Iudæi deo

deo,vt maledictus omnis qui pen. in ligno:quando & quare. parte.6.fol.81.F.

Malefici dicuntur qui vtuntur inuocationibus dæmonum.parte 4.folio.81.F.

Malefici dum per incantationem diabolorum aliquid efficere conantur, discurrūt per mūdum & subito semina eorum, de quibus hoc agitur asserunt:sicq; ex illis permittente deo nouas rerum species producunt.parte.1.fo.138.A.

Malefici qui prestigijs magicæ artis & diabolicis figmentis agunt & etiam hæretici,à consortio fidelium excommunicandi sunt, donec maleficium erroris in eis moriatur.parte.1.fo.170.E.

Malicia est quando quis damnum molitur alicui.pte.6.fo.6.A.

Malicia,malo delectatur alieno.parte.6.fo.218.E.

Maliciam suam,qui dei bonitatem excedere putant.vere in spiritumsanctum peccant.parte.6.fo.7.A.

Malicia dicitur afflictio.parte.4.fol.70.A.& fo.78.E.

Malicia lædens ore,infideli.s.testimonio locustæ comparatur.pte.3.folio.200.A.B.

Malicia hominum vtitur deus, vt ostendat fortitudinem suam: quomodo,vt accipiatur,causaliter vel consecutiuè.parte.1.fo. 142.G.& fo.143.E.G.& fo.145.G.

Maliciam non fecit deus,tamen cum ab alijs inuentam prohibere posset,nō prohibet,sed cum ipsis vtitur ea ad necessarias causas,& quomodo.Ex exempla de hoc.parte.1.fol.303.C.D.

Maliciam inueniens deus, & prouidens quòd sit illi inutilis qui ea vtitur,facit tamen vtilem his aduersum quos exercetur. parte.1.folio.303.E.

Malicia ne vnquam in nobis inueniatur, refugere omnino debemus.In alijs verò,vincere,non eam perimere studendum est quia illi in quibus est, aliquid necessarij operis conferunt vniuersitati.parte.1.folio.303.E.

Maliciæ subtilitatem qui celat, sub locutione innocentię, induitur veste ex lana & lino.parte.1.fol.356.B.D.

Malicia affectus excæcat noticiam intellectus, maximè in moralibus quia qualis est vnusquisque.talis finis sibi videtur. parte.3. folio.370.B.

Malicia mulieris excedit omnem maliciam hominis id est sicut tristicia cordis,siue dolor eius excedit omnem plagam corporis sic malicia mulieris excedit omnem maliciam.pte.3.fo.414.D.

Malicia non vincit sapientiam:quod patet verum esse de sapientia creata& increata.parte.3.folio.374.H.

Malicia duplex imponebatur illi qui in primitiua ecclesia instituebatur populo prælatus, malicia dico, scilicet sui & populi, & quomodo.parte.4.fol.99.G.

Malicia sacerdotum & doctorum facit errare populum propter eorum scandalum.parte.4.fol.425.C.

Malicia hominis licet sit odienda,nō tamen eius natura, quę possibilis est beatificari.parte.5.fol.22.H.

Malicia pharisæorum contra Christum conspirantium fuit quadruplex.parte.5.fo.68.H.& fo.69.B.

Malignantes,sunt qui mala proximis agunt.parte.3.fo.121.A.

Maligni omnes sūt filij diaboli.Et sicut diabolus aliquando trāsfigurat se in angelum lucis,vt decipiat,sic homo malignus fingit aliquando sanctitatem.vt ascendat.parte.4.fol.459.D.

Maligni spiritus animos fidelium à meditatione sacræ lectionis priuant, ne vel ipsi per exercitium resistendi fiduciam sumant, vel alios qui legem nesciunt ad resistendum vicijs accendant. Et de hoc figura.parte.1.fo.185.E.F.

Maligni spiritus absque dei permissione, non solum nō possunt dare responsum hominibus,sed nec etiā homines possunt hoc quærere.parte.1.fol.307.D.

Maligni spiritꝰ,vel praui dogmatis autores,per vniꝰ animę corruptionem.multas corrumpere nituntur.parte.1.fol.98.A.InterF.

Maligni spiritus certis quibusque vicijs singuli obsequūtur, qui super mentē peruersi vadunt & veniunt, quem etsi aliqua mala deserunt,alij occupant.parte.3.fo.43.B.

Maligni spiritus bonis mentibus sunt horribiles pauendi atque fugiendi.parte.3.folio.43.B.

Malignus spiritꝰ vocatur ventus vrens,qui eum quem nunc succenderit igne peruersæ concupiscentiæ, rapit postmodum ad flammas gehennæ.parte.3.fo.52.B.

Maligni spiritus dicuntur nostri vicini, eo quòd habitāt nobiscum in hoc aere caliginoso.Dicuntur etiam inimici nostri,quia semper machinantur ad malum nostrum.pte.3.fo.202.D.

Malignis spiritibus,iustè datur licētia, vt quos volentes in peccati laqueo strangulant,in peccati pœnam etiam nolentes trahāt. parte.6.folio.226.A.

Malignum spiritum si senseris loqui in corde tuo,vt te ducat ad aliquod peccati opus,intellige quia vult te obsecrare alicui dæmoni,vt suscipias mysteria diaboli.parte.1.fo.311.C.

Malignitas dicitur quasi mala igneitas,quæ consistit in ardore cō cupiscentiæ.in qua consumitur iniquitas.pte.3.fol.372.C.

Malignitas,est mala volūtas,cum vltra non potest vel de beneficijs gratiam non referre.parte.6.fol.6.A.

Malogranatum dicitur,eo quòd multa grana fructus eius habeat,& est arbor medicinalis, cuius poma rubea, & ad edendum amara.parte.4.fol.352.F.

Malogranatum dicitur sancta crux, quæ est arbor fructifera, ad designandum fructum crucis qui est innumerabilis. parte.3. folio.366.H.

Malogranatum propter nimiam multitudinē granorum& inter textis mēbranis diuersas cellas, sed omnes vno cortice comprehensas:semper in scripturis sanctis in persona ecclesię ponitur. parte.4.folio.405.A.

Malum facit voluntas,non natura.parte.4.fo.33.F.

Exbonis incuriæ vicio mala nascuntur,& quomodo.parte.4.folio.153.B.

Malum est duplex.s.pœnæ & culpæ.parte.6.fol.258.F.

Malum culpæ siue peccatum non facit ad dei gloriam, sed deus punitionem peccatorum per malum pœnę ordinat ad declarationem suæ iusticiæ.parte.6.fo.9.B.

Malum pœnę,cuius deus autor est,immittit propter diuersas causas.parte.6.fol,97.B.Item parte.2.folio.285.G.

Malum pœne quædam medicina est.parte.6.fo.159.D.

Mala quæ fideles piè perferunt,prosunt, vel ad emendanda, siue demenda peccata, vel ad exercendam probandamq; iusticiam, vel ad demonstrandam huius vitæ miseriam.parte.6.fo.19.F.

Mala nobis illata in aliquo casu non expedit sustinere, quando scilicet per hoc malis datur audacia malefaciendi. Aliquando cum temporalia bona à nobis quidam rapiunt sunt tolerandi, quidam obseruata charitate prohibendi.parte.6.fo.27.H.

Mala pœnalia patienter toleremus nostris demeritis,& non alienis attribuendo,exemplo ostenditur.parte.4.fo.256.D.

Mala omnia sunt à nobis,bona verò sunt ex misericordia dei. pte.3.fo.135.C.Item parte.1.fo.175.G.

Malum fit à deo,non in eo quòd malum,sed in eo quòd iustum. parte.4.fo,67.B.InterF.

Malum quicquid nobis accidit,vicij nostri est,non dei,qui dulcē deum vertimꝰ in amaritudinem,& cogimus sæuire nolentem. parte.4.fo.117.F.

Malorum quando tāta incumbit necessitas, vt omni ploratu maior sit, vnusquisque de sua nece sollicitus, ad aliorum (quamuis proximi sint)non ingemiscit miserias.parte.4.fo.246.F.

Mala quę querit diabolus contra iustos,vertit deus ad diaboli cō fusionem & iustorum gloriam &c.part.4.fo.382.H.

Malum si quando infertur homini, duplex potest habere contra hoc remedium.Vno modo per se. Secundo modo per amicos bonos, si sibi remanserint.parte.3.folio.19.D.

Malum omne procedit ex aliqua ignorantia.parte.3.fo.353.A.

Malum,nisi experimento,non sentiremus,quia nullum esset,nisi fecissemus,quia malum natura non est,sed amissio boni sic vocata est parte.1.folio.37.G.

Mala hominum non ante credamus quàm probemus. parte.1. folio.71.A.

In malo peior est qui nocet, quàm qui non prodest. parte.1. folio.104.B.

Malum quomodo, & quomodo non, dicitur à deo esse. parte.1. folio.198.G.Item parte.3.fo.243.A.

Malum & idolum nihil sunt,nulla sua natura subsistunt. Tamen quicquid mente concipitur,dicitur esse, hoc modo peccatum potest esse.parte.5.fo.186.A.& folio.143.B.Item parte.6.folio 44.F.& folio.142.E.F.& folio.211.C. Item parte. 4.folio. 76. A.Itē parte.1.folio.37.G.

Mala quare deus in hoc mundo fieri permittit.parte.6.folio.19.F Item parte.3.folio.421.F.

Mala quæ à domino inferuntur, aut supplicia meritorum sunt, aut causa futurorum bonorum.parte.4.folio.192.G. Item parte.3.folio.30.E.

Mali quicquid sustinemus, pro peccatis nostris accidere manifestum est.parte.4.fol.219.F.

Malum maius in separatione bonorum committimus quàm in malorum commixtione fugimus,i. dum corporaliter separamus nos à bonis propter malos quàm fugimus.i.in coniuncti one malorum non remanentes.i.quàm sit illud quod fugimus fugiendo coniunctionem malorum.parte.6.fo.69.E.

Mala nostra solummodo nostra sunt,bona autem & omnipotē

# Index in Glos. ordi.


tis dei sunt & nostra. Ipse enim aspirando nos prævenit, vt velimus, adiuuando prosequitur, ne inaniter velimus. parte. 4. folio. 214. A.

Malum implere etiam per consilia qui conatur, in peruersi consilij cathedra sedet, & magna iniquitatis elatione attollitur. parte 4. folio. 240. B.

Mala cum reprobi cogitant, deus ne contra bonos prævaleant, viros tollit, vt effectu careant operis. parte. 3. folio. 17. B.

Malum non vitatur, nisi inquantum cognoscitur esse malum. parte. 6. folio. 16. G.

Malum odit, qui non solum voluptate nō vincitur, sed odit opera voluptatis. parte. 4. fo. 364. E.

Malum est peccare, peius est perseuerare, pernitiosius defendēdo se, in deum culpam refundere. parte. 3. fo. 193. B.

Malum minus an sit eligendum. parte. 1. folio. 72. F. G.

Nullus aspiciens ad malum operatur, sed semper aspicit ad bonū verum vel apparens. parte. 3. fo. 329. D.

Malum minus est, nō esse simpliciter quàm esse damnatum: quia etsi non sit minus malum ratione pœnæ adiunctę, quę non priuat rerum esse creatum, minus tamen malum est ratione culpæ mortalis. parte. 5. fol. 79. D.

Malum sustinere aliquando non necessitatis est, sed supererogationis. parte. 5. folio. 23. G.

Malum temporale fit tribus modis, cruciatu corporum, damno rerum, angarijs operum. parte. 5. fol. 22. E.

Mala quæ ex abundantia diuitiarum veniūt, sunt quatuor. s. otiositas, gulositas, ebrietas, & comessationis celebritas. parte. 5. folio. 157. G.

Malum culpę mortalis est priuatio boni diuini quod est infinitū: sed malum pœnę sensibilis est priuatio boni creati, propter qđ minus habet de ratione mali. parte. 3. fo. 417. C. D.

Malum aliquod permittere, propter maius malum euitandum, non facit illud licitum. parte. 1. fo. 359. B.

Mala quæ contigerunt Iudæis in generali fuerunt quatuor. parte. 5. folio. 73. D. F.

Mala quæ contigerunt Christi discipulis in speciali fuerunt quatuor. parte. 5. folio. 73. F. G.

Mala quæ in absentia Neemiæ pullulauerunt in Ierusalem, fuerunt quatuor. parte. 2. folio. 268. C.

Mala quatuor à quibus Galathæ cuaserunt proprer legis obseruantiam. parte. 6. folio. 86. G.

Malus etsi lingua taceat, vita blasphemat. si hymnum cantat, tamen multos intuentes mala, mittit in blasphemias. parte. 3. folio. 238. E.

Malus omnis viuit, vel vt corr gatur, vel vt per eum bonus exerceatur. parte. 3. foli. 161. E.

Malum quilibet, qui tanquam effeminatus per mulieres seducē: contra deum ad pessima se conuertit, significatur per Ochoziam seductum per consilium Athaliæ. parte. 1. fo. 228. D.

Mali permittuntur in hoc mundo cum bonis, vel per quos exerceantur, vel quorum comparatione nitantur ad melius. parte 5. folio. 45. E.

Mali quidam tolerandi sunt pro pace, nec corporaliter ab eis recedendum, sed spiritualiter. parte. 6. fo. 69. A.

Malis sicut quædam bona non proficiunt, sic quædam maculæ si sunt leues, non impediunt ad coronam. parte. 6. fo. 17. F.

Mali non temerè & quolibet modo, sed per iudicium auferendi sunt ab ecclesiæ communione, aut si per iudicium auferri nō pñt, tolerentur potius: ne peruersè malos euitando quisque ab ecclesia discedens, eos quos fugere videtur, mittat ad gehennā. parte. 6. folio. 40. B.

Malorum cōsortium qui aliquo effectu carnali exire dissimulāt, crebra bonorum admonitione cogēndi sunt, ne bonos mores corrumpant exemplo malorum, parte. 1. fo. 73. B. Interl.

Malis quasi in ventum prolata displicent cuncta quæ in sanctis sentiuntur, nec bonorum verba dicta rationis, sed stimulos furoris existimant. parte. 3. fo. 34. E.

Mali impetunt bonos duobus modis, dicentes eos vel praua dicere, vel bona quæ dicunt non tenere. parte. 3. fo. 14. E.

Mali nō solum bonos arguunt de ficta bonitate, sed etiam de erudelitate, & non solum diffamant in personis proprijs, sed etiam in sibi coniunctis, vtpote in vxoribus & famulis. parte. 3. folio 14. H. & folio. 15. D.

Mali volentes aliquando bona quasi extra se tensi ad consueta mala tentati replicantur, vel etsi aliquando victa vna nequitia pedem leuant, regnans altera, & ad eam quam vicerant, implicar, vt qui iam spreta auaricia adhuc luxuriosus est, pro precio luxuriæ ad auariciam redit. parte. 3. fo. 19. F.

Mali plerunque eo magis cōtra deum eleuantur, quo ab eius largitate & contra meritum ditantur. pre. 3. fo. 30. A. D.

Malis nihil est, quicquid de virtutibus bonorum vident, & si quādo æterna cogitant, delectatio transitoria tollit. par. 3. fo. 57. B.

Mali quærunt sapientiam quam tamen oderunt, sed si oderunt, quomodo quærunt? Quęrunt non propter ipsam, sed propter aliud quod amant &c. parte. 3. fo. 272. B.

Malus omnis iniqus quia vel sibi vel alij nocet: licet quidā mali non videntur iniqui, quia non sunt sæui, non asperi, non persequentes, & pressuras hominibus facientes: sed tamen luxuriosi, ebriosi, voluptatibus dediti, qui etsi alijs nocere non videntur, sibi tamen nocent. parte. 3. fo. 295. A.

Malis plurimum prestatur qui se regere nesciunt, cum sibimetipsis non committuntur, sed serui fiunt sanctorum & subiacēt melioribus. parte. 2. fol. 5. E.

Malos cur creauit deus, quos tales futuros præsciebat? parte. 1. folio. 40. E. F.

Mali sunt inimici bonorum, & ab eis reparantur, etsi non loco, tamen animo. parte. 3. fo. 94. E.

Mali homines licet nolint viuere vita iustorum, appetunt tamen mori morte eorum. parte. 1. fo. 305. D.

Mali dum bonum aliquod agunt, quod tamen non perficiunt, superbe inter q̄ ipsa etiam plenissimè perpetrant mala confidant, parte. 1. folio. 305. E.

Malos nec bona imperfecta adiuuant, nec bonos mala inconsummata condemnant. parte. 1. fo. 305. E.

Malus sæpe æterna iudicia admiratur, prędicationem cęlestis patriæ cum audit, diligit, & opera diuinę dispositionis obstupescit parte. 1. folio. 308. F.

Mali homines sicut semetipsos associant in crimine, sic sociabuntur ad inuicem in pœna gehennæ: & de hoc figura. parte. 2. folio. 228. D.

Malus, his duobus obseruatis non te maculat, si non consentis, & si redarguis. parte. 6. fo. 95. E.

Malus non potest habere pacem ad proximum nec ad seipsum. parte. 3. folio. 323. G.

Malos sustinet deus, vt ordinate disperdat, & vtitur illis tāquam instrumento ad salutem bonorum. parte. 6. fo. 22. B.

Malorum æstimatione in nihilo redigimur, quando ea quæ quasi summa diligunt bona temporalia, non tenemus. parte. 3. folio. 57. B.

Malis quare bona eueniant, bonis mala, nō potest facile sciri. parte. 3. folio. 189. A. B.

Mali sunt quidam ex necessitate, alij ex abundantia. parte. 3. folio. 188. E.

Malorum est solatium, vitam bonorum carpere. parte. 2. folio 63. A. Interlinearis.

Mali dicunt se delinquere vel fato, vel constellatione, vel necessitate prouidentiæ, sed error est. parte. 3. folio. 135. C.

Malus iacens miracula considerat, quia dei potētiam sciendo pēsat, sed viuendo non amat. parte. 1. fol. 308. F.

Malè vtendo patientia dei, corda obstinatorum durescunt. parte 1. folio. 144. E.

Malorum vita quę peccatorū tenebris est obscurata, significatur per Aegyptum. parte. 3. fol. 341. H.

Malorum vita aquis deliciarū irrigatur, & per quid significatur. parte. 1. folio. 343. H.

Malorum operatio diuersitate secernitur numerosa. parte. 2. folio. 238. G.

Malorom præcedentium generale iudicium magnitudo est figura sequentium incomparabiliter grauiorum. parte. 5. fo. 113. H

Mali dicuntur vel amatores seculi, vel apostoli respectu dei, qui solus bonus, ex quo omnes boni. parte. 5. fo. 28. F.

Malarum cogitationum generatio quæ procedit, ex corde facit obliuisci operis dei magni. parte. 2. fol. 33. A. Interl.

Malꝰ dicitur etiam lignum longum quod in medio tentorij erigitur, sicut malus in naui. parte. 4. fo. 61. G.

Mambre nomen est hominis potentis illius terræ, à quo denominatur vallis ista: & iste fuit federatus cum Abraham. parte. 1. fo. 62. G. & fol. 69. F. & fol. 100. A.

Mammona est nomen dæmonis & diuiciarum, & vtrisque auarꝰ seruit dominis. parte. 5. fo. 26. F. G. & fol. 166. E. G.

Mammon, est dæmonis nomen tentantis de diuitijs male acquisitis. & quid sit facere amicos de mammona iniquitatis. parte. 5. folio. 166. G.

Manhu, sunt duæ dictiones, & significant quid hoc, & subintelligitur, est. Et sic exponit Iosephus. Rabi Salomon autem & Hebræi moderni dicunt, quòd man non significat quid

quid,sed significat præparationem,vel magis proprie rem præparatam ad esum.parte.1.folio.157.G.
Man erat quasi semen coriandri,in figura & quantitate, sed non in colore.parte.1.folio.281.H.
Man habebat triplicem saporem: vnus erat naturalis, alius supernaturalis,& hic duplex &c.parte.1.folio.281.H.
Manasses nequissimus fuit.Isaiam serra lignea secuit,Amon filiũ suũ p ignẽ traduxit ad honorẽ idolorũ & Tophet.p.4.fo.132.F.
Mancipia vnde dicuntur.parte.1.folio.114.A.
Mandatum,præceptum,lex,testimonium,iudicium,differentiam habent.parte.1.folio.294.B.Item parte.3.fo.262.F.
Mandata decalogi omnia ordinantur ad actum diligendi, quia præcepta primæ tabulæ,ad deum diligendum: præcepta verò secundæ ad diligendum proximum.parte.6.folio.28.G.
Mandatum primũ prohibet surreptionẽ,secundum errorem,tertium interficit sæculi amorem,quartum impietatem,quintum crudelitatẽ,sextum fornicationem,septimũ rapacitatẽ, octauũ perimit falsitatem,nonum mundi cupiditatem,decimum aduleterij cognitionem.parte.1.folio.154.B.E.& folio.337.B.C.
Mandatum primum pertinet ad patrem,secundum ad filium,tertium ad spiritum sanctum.parte.1.folio.337.A.
Mandatorum aliqua sunt negatiua à malo retrahentia,aliqua vero affirmatiua ad bonum inducentia.parte.2.folio.256.H.& folio.258.D.
Mandata dei non pueris,non iuuenibus primo cõmunicat Moyses,sed senioribus:quia in senibus est sapientia,& in multo tempore prudentia.parte.1.folio.147.E.
Non profuisset antiquis dilexisse mandata,nisi Christus qui est salutare dei,eos liberasset.parte.3.folio.27.E.
Mandata dei sunt fidelia his qui implent,& non diffidunt de promissis.parte.3.fo.253.E.Interl.
Mandatis obtemperare diuinis cupiunt multi In populo dei, sed inopia temporalium rerum retardantur.parte.2.folio.259.E.
Mandata cælestia qui maiore animi dulcedine custodiunt, & auditoribus suis crebris exhortationibus custodiæ committunt, per cantores significantur.parte.2.folio.243.A.
Mandatum dilectionis dicitur nouum ab effectu,pro tanto,quia animam renouat:& quia differentiam noui Testamẽti & veteris constituit.parte.5.folio.226.B.D.H.& folio.227.B.C.D.
Mandatum charitatis dicitur latum,quia est tantæ latitudinis, ꝙ etiam extendit ad inimicos.parte.3.folio.269.H.
Nihil est mirabilius in mãdatis,ꝙ diligere inimicos.p.3.f.263.F.
Mandata Christi grauia non sunt,quia non trahunt deorsum ad talentum plumbi,sed sursum vehit custodia mandatorum dei.parte.6.folio.234.B.D.
Mandatum si seruetur,vitam: si non seruetur, mortem generat. Non seruantibus ergo dicuntur mandata non bona,sed admixto ligno crucis in dulcedinem versa,& spiritualiter intellecta, sunt mandata vitæ.parte.1.folio.155.F.
Mandata dei custodientes vita triplici præmiabuntur,scilicet vita naturæ,vita gratiæ,vita gloriæ.par.1.fo.245.C.& fo.246.E.
Mandatis rectis dei arctẽ arduis humana nõ cõparat infirmitas,nisi præueniens eius adiuuet charitas.parte.3.folio.263.B.
Mandatum complere, est diabolum & exercitum eius superare. Nihil enim nobis poterit nocere,si præcepta domini nostri Iesu Christi seruemus.parte.1.folio.300.G.& folio.333.A.
Mandata si quis seruet,vt videtur dicere dominus:nullam ægritudinem patiatur,vide de quibus ægritudinibus & infirmitatibus hoc intelligendum sit.parte.1.folio.155.F.
Mandata quæ videntur esse minima in habitu legis,si propter viam cælestem fiant,multum proficient.parte.1.folio.290.A.
Mandata domini quædam data sunt vt fiant,quædam vt nõ fiãt parte.1.folio.220.G.
Mandato Christi contraueniẽtes,an & quando peccauerunt.parte.5.folio.34.G.& folio.93.A.
Mandatum dei irritũ fecistis propter traditionem vestram, quomodo intelligendum sit hoc dictum secundum verum intellectum & enucleatum.parte.5.folio.51.B.
Mandata hominum in multis locis maiori sollicitudine & cura seruantur(licet frequenter non sint mala,nisi quia prohibita)ꝙ dei mandata.parte.5.fo.49.D.
Mandata in tria genera distinguuntur,moralia,iudicialia & ceremonialia.parte.6.folio.116.H.& sequen.B.C.
Mandata octo fuerunt circa manna.parte.1.folio.158.C.
Mandragora poma sunt,vt dicunt aliqui,quæ accepta in escam, adiuuant in mulieribus virtutem concipiendi.parte.1.folio. 92. E.& folio.93.A.
Mandragoræ sunt poma pulchra & odorifera & valde rara, per quæ intelliguntur excellentes viri in ecclesia Christi,odorem sanctæ per sanctam vitam & sanam doctrinam dantes in ecclesia dei.parte.3.folio.366.F.
Manducans non manducat, &:Non manducans manducat. Hæ propositiones simul possunt esse veræ &c.parte.3.folio.254.C.
Manducemus vt euangelizemus,non euangelizemus vt manducemus.parte.5.folio.17.E.Item parte.6.fo.46.B.
Manducasse legitur Christus cum peccatoribus,cum amicis familiaribus,cum cognatis pauperibus,cum pharisæis superbientibus,& de singulari ratio.parte.5.folio.145.C.
Manducatio Christi fuit alijs exemplum condescensionis & misericordiæ.parte.5.folio.39.H.
Mane secundum scripturam, est hora apta ad faciendum vindictam de peccatoribus &c.Item illa hora surgebant secũdum legem antiquam sacerdotes,& leuitæ disponebant se ad offerendum sacrificium matutinum.parte.3.folio.93.C.
Mane & vespere quid significent.parte.3.folio.125.A.
Mane est lætum post tristitiam noctis,& signat prosperitatẽ.parte.3.folio.174.B.& folio.16.A.
Mane & initium diei est vnicuiq; nostrum,tempus quo illuminamur,& ad lucem fidei accendimur.parte.1.folio.157.A.
Mane orto sole clarè omnia circunquaq; videmus:vespere caligamus,ideoq; lumine lucernæ indigemus.parte.1.folio.195.C.
Manicare latinum verbum esse mihi non occurrit, ait Augustinus.parte.2.folio.44.B.
Manichæus posuit duo principia.Vnum simpliciter bonũ,aliud simpliciter malũ: & ab isto dicit procedere corporalem creaturam.par.5.fo.186.C.D. & fo.45.B.& fo.16.C.Itẽ par.1.fo.29.E.
Manicheus negans veram carnẽ,sed phantasticam in Christo fuisse,& conabatur probare ex dictis apostoli Pauli:sed reprobatur parte.6.fo.67.H.& folio.68.B.& folio.143.B.Item parte.1.fo. 236.H.& folio.237.B.Item parte.5.folio.104.G.
Manichæus dicebat naturam bonam à deo creatam,malam verò à diabolo.parte.4.folio.130.F.
Manichæi dicunt ꝙ diabolus est dominus istorum corporalium inferiorum,sicut factor & creator eorum.Sed hoc patet esse falsum,vt deducitur &c.parte.5.folio.16.C.
Manichæi error confutatur,qui dicit vetus Testamẽtum à diabolo esse datum.parte.5.folio.193.D.Item parte.1.folio.374.F.
Manichęi dicunt,ꝙ plenitudo spiritussancti non fuit completa in apostolis,sed in ipso Manichæo,qui fuit posterior ipsis:& sic nõ recipiunt librum actus apostolorum:quia ibi expresse ponitur missio plenitudinis spiritussancti super apostolos,& improbatur error prædictorum.parte.5.folio.233.H.& folio.234.A.
Manna secundum grammaticam cuius generis & declinationis. parte.1.folio.156.H.
Manna quando & vbi & ad quid datum fuit.parte.3.fo.177.F.
Manna generabatur in aere,&propter hoc vocatur alibi panis de cœlo:quia in cœlo aereo est generatus,& à deo datus & formatus,non virtute naturæ.parte.1.folio.158.D.
Manna dicitur panis angelorum,non quia ipso vescerẽtur, quia non indigẽt cibo corporali,sed quia in descensu mannæ cooperabantur angeli.parte.1.folio.158.D.
Manna quomodo dicitur panis angelorum,cum angeli non comedant cibum corporalem?Responsio Hebræorum doctorũ, qui inter se diuersificati sunt:quorum aliqui dicunt,quod vale de applicabile est ad nostrum verum manna.s.sacramentum eucharistię:sed nolunt intelligere,vt bene agerent,dicẽtes quod penitus est impossibile, & implicans contradictionem. parte 1.folio.159.G.
Manna quomodo in terram cadebat,&quomodo inter duo strata seruabatur mundè custoditum.parte.1.folio.157.D.& folio.281.H.
Manna triplicem habebat saporem &c.parte.1.folio.281.G.H.
Manna habebat omnem saporis suauitatem.Sed hoc intelligendum est,quod non erat ex natura mannæ,sed ex merito sanctorum hominum qui eam comedebant,quibus sapiebat sicut desiderabant.parte.1.folio.158.D.
Manna fuit cibus valde sapidus bonis,sed malis insipidꝰ,sicut etiã vestimenta bonorum non sunt vetustate consumpta,sed tantũ malorum.parte.2.folio.264.A.
Manna quibusdam fuit sapidum,& aliquibus econtrario: & habuit triplicem saporem: & quod cadebat in terram tripliciter & differenter.Primò vt pruina quasi stratum mannæ:postea manna,tertio ros quasi eius operimentum.parte.1.folio 281.G.H.
Manna non fuit verus panis propriè, sed figura panis spũalis: nec descendit de cœlo sidereo & empyreo, sed de cœlo aereo,

# Index in Glos. ordi.


vt ros vel pruina.parte.5.folio.205.D.E.F.

Manna figurale,corporale & mani festum datum fuit filijs Israel in deserto:sed verum manna est ipse Christus:& dicitur absconditum hominibus præsentis vitæ &c.parte.6.folio.244.G.

Manna quandiu filij Israel manducabant, quando & quomodo desiterunt.parte.1.folio.158.A.

Manna præcessit,& fuit data ante eductionem equæ de petra.parte.3.folio.199.B.

Mansiones quot fuerunt in arca Noe.parte.1.folio.51.G.

Mansiones filiorum Israel fuerunt in vniuerso quadragintaduæ, secundum q enumerantur tripliciter.parte.1.folio.324.H.

Mansio vna fuit in Sina,sed inter omnes maxima.Ibi enim lex accepta,tabernaculum erectum:ibi Exodus,& maxima pars Leuitici,omnesq libri legis pœnè scripti sunt.parte.1.folio.161.E.

Mansiones quadragintaduæ computantur à prima quæ fuit in Ramesse vsq in cãpestria Moab super Iordanem.parte.1.folio 265.B.G.&.folio.324.H.& folio.239.A.B.

Mansiones populi Israelitici nominatim ponuntur,& quæ dominus operatus est,historicè & mysticè elucidatur.parte.1.fo.265.G.H.& fo.274.E.& fo.280.C.& fo.282.A.& fo.283.A.B.& fol.297.E.& folio.298.A.& folio.299.A.E.F.& fo.301.B.&.fo.322.C.D.E.F.G.H.

Mansiones quadragintaduę quas ab Aegypto vsq ad Iordanem habuerunt,trium tantum congruere videntur curriculi annorum,& horum deductio.parte.1.folio.330.E.F.

Mansionum cœlestium distributio pro nouissimi Adæ contemplatione futura esse creditur secũdũ diuisionẽ terræ promissionis per tribus Israel.Quis ita beatus,vt sors eius in Ierusalẽ veniat,vt sit ibi tẽplũ dei:immo ipse sit vt tẽplũ dei.p.1.fo.326.B.

Mansiones in cœlestibus siue distincti gradus beatitudinis,significantur per sortes.parte.1.folio.368.D.

Mansio potest accipi indifferenter pro stare,iacere vel sedere.parte.4.folio.222.F.

Mansuetudo est virtus iræ repressiua,quæ inter alias virtutes maxime in Dauid apparuit,& propter quam deus ipsum in bonis temporalibus & spũalibus multiplicauit.parte.3.folio.132.C.

Mansuetudo est quædam tractabilitas mentis: propter quod est debita dispositio ad recipiendum impressionem verbi diuini, sicut ceræ tractabilitas ad impressionem sigilli.par.6.fo.211.F.

Mansuetudo imaginem dei in nobis seruat,semper trãquillus est, sed ira dissipat. parte.3.folio.16.E.

Mansueti sunt qui sequuntur voluntatem dei,mites qui non erigũt ceruicẽ,necq recalcitrãt cũ iugũ eis imponit.par.3.fo.119.E.

Mansuetudo si dei est, dicitur clementia,si nostra est domitatio, & no.quare.parte.3.folio.222.B.

Mansuetudine qui suauis est,& moderatus est in verbis & in factis,monẽdo alios nõ vtitur verbis cõtumeliosis.par.3.fo.321.B

Mansuetudo & humilitas gratiam,superbia & furor pariunt ruinam.parte.3.folio.390.F.

Mansuetudo neminem spernit,humilitas se omnibus subijcit.parte.3.folio.391.F.

Mansuetus esto,non sit tumultus in corde tuo, volitantibus per corruptionem phantasmatibus & pungẽtibus te.p.1.f.140.B.

Nos pro iustitia mãsuetudinem.pro mansuetudine iustitiam derelinquimus.parte.3.folio.5.B.

Manus est organum organorum, & designat opus diuinum, ita quod opus misericordiæ dicitur manus dextra,opus iustitiæ sinistra.parte.3.folio.107.C.& folio.118.C.

Manus dei quid est.parte.6.folio.135.A.

Manus extendere est beneficia dare.parte.6.folio.24.B.

Manus vel pes vel oculus,vel aliud membrum,qualiter sit licitũ, vel non,abscindi.parte.5.folio.56.C.D.

Manus lauare tenebantur Iudæi ex statuto iudicum ordinariorũ. Quare hoc statutum sit,& quomodo per Pharisæos salsitate p mixtum fuit,volentes q per hoc acquireretur quædam mundicia spiritualis.parte.5.folio.49.B.

Manuum lotio ante comestionem vel cibariorum appositionem facit ad quandam honestatem & mundiciam corporalem.par.5.folio.49.B.

Manus vnius iungitur manui alterius in pactis &promissis ad cõfirmationem.parte.1.folio.171.G.

Manus nomine potest amicus intelligi.parte.5.folio.11.C.

Manus dicitur scriptura per manum facta:vnde dicimus: probata & electa est manus eius.parte.1.folio.355.B.

Manus quæ lutum tenent,superiectas sordes tergere non valent. parte.2.folio.104.E.& folio.205.E.Item parte.3.folio.20.A.

Manum lex vetus prohibebat,& nõ animum:quomodo hoc intelligendum sit.parte.1.folio.167.G.H.& folio.44.C.D.

Manus leuat qui bonis operibus insistens tensis manibus in figura crucis deum adorat.parte.3.folio.172.A.

Manus ad deũ rogaturus pro peccatis extendit frustra, qui has ad pauperes pro posse non extendit.parte.5.folio.140.G.

Manus porrecta ad dandum commendat orationem,non collecta ad recipiendum.parte.5.folio.112.B.

Manus tendere contra deum, est in operatione praua despectis eius iudicijs perseuerare.parte.3.folio.35.E.

Manum leuare dei vel attollere in cœlum,est potentiam æternitatis suæ super omnia excellentem ostendere.part.1.folio.371.B.Item parte.3.folio.172.A.

Manus in deo qui spiritus est,dicitur eius virtus operatiua. parte 5.folio.167.H.

Manus impositio super caput hostiæ quare fiebat, an quia offerens denotaret se esse dignum occisione pro suis peccatis.an ad resignationem spontaneam sui iuris.parte.1.folio.216.E.G.& folio.219.H.

Manus suas sacerdos supponebat manibus offerentis,& tenentis primitias suas,& eleuabat sursum:& retrahebat deorsum.posita vertendo se ad quatuor partes orbis,& quare. parte.1. folio 362.C.

Manus Eliezer posita super femur Abrahę precepto sui fuit signũ fidelitatis ratione circuncisionis secundum Hebræos. Sed secũdum catholicos fuit signum quod Christus secundum carnem nasceretur de femore Abrahę.parte.1.folio.80.D.

Manus dextra & sinistra,bona temporalia & spũalia notant.par.3.folio.113.C.

Mara natha sunt duę dictiones:& prima valet in latino,dominus noster,secunda idem est quod venit:sed propter ignorantiam idiomatis & longitudinem temporis duæ dictiones coniunctæ sunt simul:& vltima litera dictionis est submota.parte.6.folio 61.A.B.& liquidius declaratur eodem folio.C.D. Ma

Marath à filijs Israel dictus est propter amaritudinem aquæ. parte.1.fo.155.G.

Marcellus papa idolis thurificauit metu mortis,sed tamẽ resipuit parte.6.folio.250.C.

Marcialis à beato Petro missus in Galliam,prædicauit Lemouicensibus fidem catholicam.parte.5.folio.55.G.

Marcion hæreticus duos deos posuit,vnum bonum,alterum iustum,alterum visibilium,alterum inuisibilium conditorem: quorum prior lucem fecit,secundus tenebras.parte. 4. fol.78.A.& folio.223.E.F.& folio.427.B.Item parte.1. folio. 132. F. Item parte.2.folio.33.A.

Marcus Publius cum inuenisset Antiochum Epiphanem in littore maris,qui volebat intrare Aegyptum,qui Romanis erãt cõfœderati:præcepit sibi vt discederet ab amicis Romanorũ: tunc Antiochus petijt super hoc deliberationem:& tunc Marcus Publius fecit circulum in arena cum baculo quem tenebat, in circuitu Antiochi,dicens:Senatus præcepit,vt respondeas antequ exeas de hoc circulo &c.parte.4.folio.325.C.

Marcus primus patriarcha ecclesiæ Alexandrinæ. parte.6. folio 249.D.

Marci euangelium designatur in nomine leonis, & hoc propter tria.parte.5.folio.88.C.D.

Marcus licet de omnibus Christi factis scribat,sicut & alij, tamen circa eius resurrectionẽ & regnum specialiter immoratur.parte.5.folio.88.C.

Marci euangelium designatur in nomine leonis propter tria quę in Christi resurrectione reperiuntur, & proprietatibus leonis assimilantur.parte.5.folio.88.C.D.

Marcum assumpsit Barnabas,quem Paulus qui semel recessisset, dicebat non debere assumi:qui tamen intantum claruit, vt fieret vnus de quatuor euangelistis.parte.1.folio.264.F.

Marcus Petri discipulus primus Alexandriæ episcopus. parte.5. folio.88.F.

Mardochæus quot & quibus rationibus renuit exhibere honorem ipsi Aman, cum esset in statu excellenti. parte. 2. folio 309.D.

Mardochæus quomodo sciuit intoxicationem Assueri fiendam. parte.2.folio.308.C.

Mare appellatur apud Hebræos omnis congregatio aquarũ,siue salsa,siue dulcis.parte.1.folio.25.E.G.

Maria multa constat esse,in vnum tamen locum dicuntur cõgregatæ aquæ,quia cuncta magno mari iunguntur. Si qui lacus in semetipsis stricti videntur,occultis tamen meatibus in mare reuoluuntur.parte.1.folio.25.E.

Mare an & quomodo distet à centro æqualiter circunquaq.parte.3.folio.248.G.H.

Mare artatur intra ripas suas à deo, ne effluat, & submergat habitantes in arida. par. 3. fo. 21. H.
Mare Caspium sub Aquilonis plaga ab Oceano oritur, cuius vtraq; circa oceani littora loca deserta incultaq; habentur. parte. 2. fo. 251. A.
Mare mediterraneum dicitur magnum respectu maris mortui, & maris Ceneret, quæ sunt quidã lacus. par. 2. fo. 14. D.
Mare mortuum terminatur ad orientalem angulum terræ promissionis versus desertum Aegypti. par. 4. fo. 355. C. Item parte. 2. fo. 7. C. E. Item par. 1. fo. 63. A. C.
Mare mortuum dicitur, eo q; nullus piscis potest ibi viuere: quia aquæ sunt excessiuè salsę: & ideo alibi in scriptura vocatur mare salsissimũ. Itẽ quia aquæ sunt ita spissæ, q; sunt quasi lutum: ꝓpter quod vestimenta ibi ꝓiecta magis sordidãtur, q; lauentur. par. 2. fo. 7. C. Itẽ parte. 1. fo. 63. C.
Mare salis vel mortuum, nũc dicitur, & lacus Asphalti, & salinarum vallis, quæ prius dicebatur conuallis illustris. par. 1. folio 60. E. Interl.
Mare salsissimũ quod, & quis lac⁹, & in qua parte mũdi habetur. parte. 1. fo. 334. A & fo. 325. H. & fo. 63. C. Itẽ par. 2. fo. 7. C.
Mare mortuum dicitur mare salis. pte. 1. fo. 63. C.
Mare solitudinis, est magnus lacus, per quem transit Iordanis fluuius: & vocatur sic secundum modum loquendi Hebraicũ. parte. 2. fo. 7. C.
Mare solitudinis, mare mortuum est, quod in latitudine per stadia. dlxxx. vsq; ad Zoaros Arabię: in longitudine. cl. vsq; ad vicinia Sodomorum progreditur. par. 2. fo. 174. A.
Mare rubrum dicitur, non q; aquæ sint rubeæ de natura sua, sed quia terra in ripa est rubea, & commiscetur aquę: & sic videtur aqua rubea, maximè prope littus. par. 1. fo. 151. D.
Mare rubrum an fuit diuisum in duodecim locis, ita q; quælibet tribus habuit viam per se distinctam ab alijs. parte. 3. folio 289. E. G.
Mare Galileæ quod est Tyberiadis, est quidam lacus habens centum stadia longitudinis, & quadraginta latitudinis, per quod transit Iordanis fluuius. Et dicitur mare more Hebraico. parte. 5. folio. 17. C. & fo. 103. H. & folio. 203. G. H. Item parte. 4. folio. 452. B. D. Item parte. 2. folio. 7. C. Item par. 1. folio. 325. G. & fol. 334. A.
Margarita licet sit nomen speciale lapidis præciosi, tamen accipitur generaliter pro quolibet lapide præciosoꝝ. parte. 6. folio. 273. G.
Margarita dicitur vna, & præciosa, & significat vitam contẽplatiuam, q̃ dicitur vna, quia hominem vnit actiua aũt magis diuidit. Dicitur etiam præciosa, & quare. pte. 5. fo. 46. F.
Maria soror Moysi an fuerit ꝓphetissa. par. 1. fo. 155. D.
Maria quare non dicitur soror Moysi, sicut & soror Aaron: Hebræi assignant duplicem rationẽ. par. 1. fo. 155. D.
Maria soror Moysi, vocata est alio nomine sec⁹m quosdã Ephrata. parte. 2. fo. 194. D.
Maria filia Ezra, alia fuit à sorore Moysi. par. 2. fo. 194. D.
Maria soror Moysi, an fuerit vxor Caleph, habentur opiniones. parte. 2. fo. 191. H. & fo. 192. B. C. D.
Maria virgo & dei genitrix nata est de Isaac, quę per filium suum gaudium attulit mundo q; significauit risus Sare id est gaudiũ parte. 1. fo. 75. F.
Mariæ caro & Christi, licet in lumbis Adæ & Abrahæ fuerit differenter tamen ad matrem & filium traducta est, & huius notabilis declaratio. parte. 1. fol. 38. G. & fo. 355. C. Item parte. 6. fol. 145. E. F.
Maria de eadem tribu fuit cum Ioseph, & probatur ratione. par. 5. fo. 124. G. & fo. 7. G.
Maria virgo (similiter & eius spõsus Ioseph) virginitatis votum emiserunt post desponsationem. par. 5. fo. 125. D. & fo. 7. H.
Maria virgo desponsatur anteq; im pregnatur multiplici causa. parte. 3. fo. 124. E. F. & fo. 7. G. H.
Maria virgo desponsata Ioseph concepit Christum, & non ante, & quare. par. 5. fo. 124. F. G. H.
Maria dixit angelo: Quomodo fiet istud, quoniã virum non cognosco. quomodo & qualiter intelligendũ. pte. 1. fo. 282. C. E.
Maria virgo felicius concepit deum mente q; fidẽ, q; corpore per carnis assumptionem. pte. 5. fo. 155. F. H.
Maria virgo quare non reuelauit conceptum Christi ipsi Ioseph esse de spiritu sancto, & quare etiam Ioseph non petiuit ab ea de hoc. pte. 5. fo. 8. C.
Mariæ virgini indicatur Elisabet sterilis paritura, vt credat virginem concepturam. pte. 5. fo. 148. B.
Maria virgo fuit prophetissa, & ꝓbatur rationib⁹. pte. 4. fo. 22. B.
Maria virgo in suo cãtico tria bñficia recolit data sibi singulariter, & toti mũdo generaliter, & Israeli specialiter. p. 5. fo. 126. C.
Maria virgo an fuerit in partu Elisabeth, est duplex opinio. parte. 5. fo. 126. G.
Maria virgo anteq; dolorẽ partus sentiret, peperit: quia sicut virgo concepit, ita sine dolore peperit. par. 4. fo. 107. C.
Maria virgo in partu obstetrices non habuit, nec indiguit, cum Christum in gaudio peperit, & p; seipsam puerũ natũ recepit, inuoluit, & reclinauit. par. 5. fo. 129. F.
Maria si à pastoribus discit debemus à sacerdotib⁹ discere. Si Maria ante apostoli præceptum tacet, debemus post apostoli præceptum magis doceri q; docere. pte. 5. fo. 130. E.
Maria virgo purgatione non indiguit, quia ex virili semine non concepit. pte. 5. fo. 131. C.
Mariæ virginitas in partu, & quòd filium peperit cõtra cursum naturæ, ostenditur ex litera dictionis Hebraicæ, & quomodo. parte. 4. fo. 25. C.
Maria dicitur mulier ꝓpter sexum, non ꝓpter corruptionẽ. parte. 6. fo. 165. A.
Maria virgo inuptijs ex corde pñssimo voluit p̃uenire totalem defectum, ne appareret confusio: ideo inuitauit filium quẽ scie bat ad hoc potentem, non tamen ipsum inuitauit ad miracula ante ætatem perfectã &c. pte. 5. fo. 192. D.
Maria virgo licet in passione filij sui multum afflicta fuerit, tamẽ in fide semper immobilis fuit: & discipuli quantumcunq; solidi dicuntur dubitasse sed non Maria virgo. pte. 5. fo. 131. H.
Maria virgo plus quàm martyr fuit, quia in parte impassibili passa fuit. par. 5. fo. 131. H.
Mariam dicunt virginem beatam, de omnibus gentibus, quia de omnibus gentibus sunt aliqui Christiani. parte. 4. fo. 22. B. Item parte. 5. fo. 126. D.
Mariam virginẽ laudat ꝓpheta bestialis Saracenorũ Mahumet. parte. 4. fo. 22. B. Item. pte. 5. fo. 126. D. Item pte. 6. fo. 281. E.
Mariæ sanctitas ꝓbatur ex scripturis infidelium & Hebraicorũ. parte. 6. fo. 281. C. D. E.
Maria etsi mulierum pulcherrima fuit, à nullo tamen hominum fuit vnq; concupita, & huius ratio. pte. 6. fo. 281. C. D. E.
Maria cum corpore & anima creditur ingressa fuisse in regnũ cęlorum. Similiter & ab aliquibus de eius ministro Iohãne euangelista. pte. 4. fo. 49. B.
Maria non solum super omnes viros, sed etiam super omnes angelos in cælis creditur exaltata. pte. 1. fo. 313. H.
Marię beatæ virginis assumptio significatur per deportationem arcæ Testamenti. parte. 2. fo. 143. H. & fo. 218. H. Vide etiam in Assumptio beatæ virginis.
Maria virgo beata habebat sex gradus virtutum. Primus oratio solitaria, secundus virginalis verecundia, tertius discreta prudentia & c. & duodecim fructus & sex dona spiritussancti. parte. 2. fo. 147. H.
Maria beata virgo sex virtutes habuit excellentes, & sunt humilitatis tenor pauptatis amor, honestatis decor, pietatis dulcor, longanimitatis vigor, charitatis feruor. pte. 2. fo. 148. B.
Maria beata virgo assimilatur throno Salomonis, & quare. parte. 2. fo. 148. B.
Maria designatur per Hester. pte. 2. fo. 307. D. & fo. 310. B. D.
Maria per arcam tabernaculi designatur, quæ in se plura continebat, & quare. pte. 1. fo. 176. D.
Maria figuratur per virgam Aarõ, quę germinauit sicca, floruit & fructum protulit. pte. 1. fo. 292. D. F.
Maria accepit Christũ sicut vellus Gedeonis rorem. p. 3. fo. 186. F.
Maria à monte Moria, non inconuenienter intitulatur, quomodo & quare. par. 1. fo. 78. F.
Maria figuratur per terram lacte fluentem ad nutritionem paruulorum in fide & melle reficiendo perfectos in contemplatione. par. 1. fo. 338. D.
Maria significatur per lunam. par. 1. fo. 374. H.
Maria virgo beata significatur per Iahel. par. 2. fo. 36. D.
Maria virgo dicitur thronus, quę speciali modo cõiuncta est deo ratione matertnitatis: & dicitur ꝓpriè thronus ipsi⁹, quia ī gremio eius sedebat quando recepit munera. part. 4. fo. 302. A. Itẽ parte. 5. fo. 12. C.
Maria est via qua Christus venit in mundum. pte. 3. fo. 109. E.
Maria dicitur speciosa porta, & quare. pte. 6. fo. 169. H.
Maria virgo signatur per stellam. par. 5. fo. 11. D.
Maria est mater non solum Christi sed totius ecclesiæ. parte. 3. folio. 366. F. G.
Maria virgo dicta est terra. parte. 3. folio. 212. D. Item parte. 4. folio. 78. G.

# Index in Glos. ordi.


Maria Iacobi & Salo mę fuerũt sorores beatæ virginis ex parte matris, de qua certum est, ꝙ descẽderũt de stirpe Dauid, & aliorum regum à Dauid descendentium. par. 3. fo. 149. G.

Maria Magdalena quæ qualis fuerit, & quot hoc nomine vocatæ sunt. parte. 5. fo. 120. G. & fo. 146. C.

Maria Magdalena an fuerit soror Lazari vel alia, est duplex opinio. parte. 5. fo. 146. C.

Maria Magdalena ter inuenitur accusata. Primò à Pharisæo secundò à Iuda. tertiò à sorore, & totiens per Christum excusata. parte. 5. fo. 153. F. G.

Maria soror Lazari bis eodem officio functa est, quę qualis, vbi, & quid fecit. parte. 5. fo. 145. B. & fo. 218. B. D.

Maria Magdalena, quare non audebat tangere Christum. parte 3. fo. 167. A.

Maria Magdalena significatur per mulierem emorroissam, quæ multo tempore fuit peccatis pollura, sed tangens pedes (qui significantur per fimbriam) humanitatis Christi (quæ est velut eius vestimentum) fuit mundata. parte. 5. fo. 99. D.

Maritus adulteræ mulieris Christo oblatæ cum esset adulter, quare non est adductus ad Iesum pro lapidatione. pt. 5. fo. 110. F.

Marmor Parium candidum, Paros insula gignit. parte. 2. fol. 132. C. & folio. 213. D.

Marmoris duæ sunt species diuersorum colorum ad decorẽ pauimenti &c. parte. 2. fo. 36. B.

Martinus papa dãnauit hæresim Monocholitarũ negantiũ duplicem naturam esse in Christo. par. 6. fo. 262. F.

Martyrem nõ facit pœna sed causa. p. 6. fo. 20. B. Itẽ. p. 3. fo. 135. A.

Per martyrium saluantur martyres minores, qui solã fidẽ habẽt trinitatis sine operibus, & sine vlla dilectione. pte. 6. fo. 249. E.

Martyr fieri non potest qui extra vnitatem ecclesiæ patitur, sed prest quidem pati. parte. 4. fo. 121. E.

Martyres Christi, licet terrena gloria resplendeat in põpa, seu varia in cruciatibus tormentorũ incandescant genera, tamen imperterriti manẽt: adhærẽtes lateri Christi, vincunt atq; prosternunt impiorum audaciam. parte. 4. fo. 443. A.

Martyres sancti hoc semper orauerunt, ne infructuosus esset posteris sanguis eorum, vt indecresceret seges vnde putabat peritura. parte. 3. fo. 203. A.

Martyres si tanta patiuntur iniustè, quanta tormenta manẽt tortores? parte. 3. fo. 320. E.

Martyres sancti animati apostolorum exemplo, fortes facti sunt in bello, & significant per. xxiij. milia pugnatorũ. p. 2. fo. 211. H.

Martyres sicut nũc generalem vitã iustorũ in agone martyrum transeunt; ita tunc generalia eorum præmia sublimioris dono remunerationis antecedunt. parte. 2. fo. 267. C.

Martyres sunt defensores ecclesiæ cõtra tyrannos, & aliqui sustinent mortem corporalẽ, alij seruitutẽ, quæ est mors ciuilis, alij exilium, & per quæ ista significantur. parte. 1. fo. 180. H.

Martyres, qui cũ mulieribus non sunt coinquinati, primitiæ verò ecclesiæ possunt dici virgines, decimæ verò qui post coniugium continentes sunt. parte. 1. fo. 294. H.

Martyres dicuntur iuuenes, propter eorum animositatẽ, ad cõsequendũ martyrij palmã, & per quos significant. p. 1. fo. 174. H.

Martyres significantur p Orionẽ, qui Hyeme oritur, & suo ortu tẽpestates excitat; sic illi tpe infidelitatis prædicant incredulis, & excitant tempestatem persecutionis. parte. 4. folio. 364. A. Item parte. 3. folio. 24. D.

Martyres significãt p Eleazarũ, q mori voluit vt malos deuincere: sic illi tyrannos moriendo deuicerunt. pte. 4. fo. 443. D.

Martyribus adaptatur moraliter expositus psalmus: Dixit dominus domino meo &c. quomodo & quare. pte. 3. fo. 251. D.

Martyres tẽpore Diocletiani & Maximiani tot fuerũt morti dati, ꝙ per homines non poterant ad certum numerum reduci, nam infra triginta dies leguntur decemseptem milia promiscui sexus martyrizati. parte. 6. fo. 250. C.

Martyrium reputant infideles dementiam. pte. 2. fo. 164. A.

Per martyrij passionẽ remissionẽ peccatorũ fieri sciens diabolus, non vult nobis persecutionẽ gentiũ publicã mouere, quia inuidet gloriæ nostræ, vel fortassis scit nos deus idoneos nõ esse martyrio, Hæc Origenes. parte. 1. fo. 293. B.

Martius est primus mensis apud Hebræos, secundum ordinem festorum, tamẽ Septẽber est primus secundum ordinem negociorum &c. pte. 4. fo. 403. G.

Masculus nascens profert gemendo a. fœmina verò e. quasi conquerens de primorum parentum transgressione: propter quã nascuntur filij & filiæ iræ & miseriæ, & de hoc versus &c. parte. 3. fo. 373. F. G.

Masculinus sexus præcipiebatur antiquitus immolari ꝓpter perfectionẽ eius, & non femella. parte. 1. fo. 146. F.

Masculi tribus temporibus in anno apparebant in Ierusalem coram domino. s. in Pascha, Pentecoste, & festo tabernaculorum. parte. 5. fo. 132. D. Item parte. 1. fo. 349. D. & fo. 173. B. Item parte. 2. fo. 62. H.

Massa tota humani generis iustè corrupta, & lutosa est, si ide vas in honorem, misericordia est: si in cõtumeliam, iustum est: quia hoc erat ex natura. parte. 6. fo. 22. A.

Massam humani generis cõditor in manu sua habet, & secũdum voluntatem suam vasa fingit &c. & omnia iustè & ordinatè facit. Scit enim cui debeat misereri secundum præsentiam & præ destinationem suam, & quem debeat indurare secundum iusticiam. parte. 3. fo. 421. B.

Matthias prælegit viuere herbis in deserto, quàm legem transgredi. parte. 4. fo. 433. G.

Mat

Matematicorum dicta ostẽdens esse falsa, & qui respuit supputationes natalitiũ, qui docet inscrutabilia dei iudicia: nec ab oĩbus posse comprehendi: & qui asserit sidera nor. esse causas eorum quæ fiunt super terram, præcipuè eorum quę Christianis accidunt præceptum domini exequitur. parte. 4. fo. 173. F.

Mater ad exprimẽdum excellentem amorem quem habet ad filium, vtitur pluribus nominibus, vocans eum aliquãdo filium suum, aliquando cor suum, aliquando dominum suum, & sic de pluribus aliis. parte. 3. fo. 412. D.

Mater quæ principium passiuum in generatione, designatur per lunam quæ habet dominiũ super humida. pte. 1. fo. 102. D.

Matris per mãmillã panis de mẽsa trahitur, vt sic queniat idem alimentũ ad paruum infantem. par. 3. fo. 284. B.

Mater Moysi quæ fuerit. parte. 1. fo. 125. B.

Mater auium cum filijs non erat recipienda, sed dimittẽda ꝓpter idololatras qui matrem cum filijs immolabãt secundũ eorum ritum. parte. 1. fo. 254. F. & fo. 355. H.

Materia quo substãtiuat per suũ posse vel potentiã. p. 1. fo. 26. H.

Materia corporis cælestis nobilior est materia mixti vel elementi, non per aliquã formã vel actu informantẽ (si cõsideraĩ omni forma subtracta) sed per relationem, seu aptitudinẽ ad nobiliorem actum. s. formã. Ibidem. F.

Materia omnis informis intelligitur, cum dicitur: Terra erat inanis & vacua. Et hoc secundum Augustinum, licet alij aliter sentiant. parte. 1. fo. 30. C. D.

Materiæ informitas omnino an tempore pręcessit formationem eius. parte. 1. fo. 30. E.

Materiæ corporalium naturam diuersi diuersimode describunt Dicunt enim quidam, ꝙ in corporibus cælestibus non est materia ꝓpriè dicta, quæ est pars substantiæ cõpositę. Alij dicũt, quòd in corporibus cælestibus est materia, quæ est pars substãtiæ compositæ. Tertij dicunt, ꝙ in corporibus cælestib⁹ est materia: & ꝙ est eiusdem rationis cum materia generabiliũ & corruptibilium. parte. 1. fo. 23. C.

Materia corporum cælestium quę & qualis. Ibidem. C. D.

Materia corporum cælestium & materia elementorũ & corpora mixtorũ quo & qualiter differũt. par. 1. fo. 23. C. D. & fo. 26. F.

Materia vel natura subtiliũ corporum dicitur quasi nihil, eo ꝙ non est palpabilis eo modo loquendi quo aer nihil vocat pro pter suam subtilitatem. parte. 4. fo. 71. C.

Materia quomodo sit in potentia & prope nihil, ita tñ ꝙ nihil potest excogitari intermediũ. parte. 1. fo. 23. C.

Materia in corporibus cælestibus si est alterius rationis, q̃ in elementis, oportet ꝙ sit nobilior, & sic magis recedit à nihilo & per consequens perdit rationem materiæ, & accipit rationem formæ. parte. 1. fo. 23. C. D.

Materia corporum cælestium est nobilior materia mixtorum, & declaratur. parte. 1. fo. 23. D. & fo. 26. F.

Materia & forma non est in angelis, cũ angelus sit forma simplex non habens partem, nec materiam sicut habet eam in virtute sua, sed solus deus potest eam producere. parte. 1. fo. 138. C.

Materia omnium corporalium, excepto cælo empyreo ꝓducta fuit sub vna comuni forma: ꝓpter quod vocatur plurib⁹ nominibus. s. terra, abyssus, & aqua &c. par. 6. fo. 226. H.

Materia corporis non subijcitur virtuti angelicæ quantũ ad trãs mutationem, sed subijcitur, quantum ad motum localem. parte. 1. fo. 138. C. D.

Materia contemplatiui est duplex. s. humana miseria diuina vt se humiliet, & excellentia diuina, vt deum magnificet. parte. 3. fol. 430. H. & fo. 428. C. D.

Materia psalterij est sponsus & sponsa. parte. 3. fo. 86. G.

Materia petitiõis Danielis fuit duplex scilicet amotio mali, & collatio

latio boni.parte.3.folio.315.D.

Mathan & Mathat quomodo & qualiter vterq; eorum dicatur esse pater Ioseph patris putatiui Christi.parte.1.folio.361.B.

Mathan & Mathat descenderunt à Dauid,qui vnam vxorem sue cessiue habuerunt.parte.5.folio.7.C.

Mathari vel Matheri an sit nomen proprium viri,& quid significat.parte.2.folio.74.D.

Mathusalem quomodo secundum annorum computationem post diluuium viuere potuit,cum omnes præter eos qui in arcam ingressi sunt perierunt.parte.1.folio.49.A.E.& fol.53.C.

Mathusalem vixit nongentis sexagintanouem annis. parte.1.fo. 49.B.

Matthæus qui interpretatur datus, quia inter alios euangelistas primò datus est à deo ad scribendū euangeliū.parte.5.fo.3.H.

Matthæus euangeliū Hebraicè contra Iudæos Christum esse verum Nazarenum negantes scripsit parte.5.folio.4.G.

Matthæus quomodo sine dilatione Christum secutus est,& fecit ei conuiuium.parte.5.folio.33.C.

Matthæus quadrupliciter declarat Christum verum deum & verum hominem fuisse.parte.5.folio.5.C.

Matthęus in genealogia Saluatoris ponit Salomonem filium Dauid,& Lucas ponit Nathan filium eiusdem:duplici ratione.parte.5.folio.122.B.& folio.7.C.

Matthæus euangelicam suam historiam, librum generationis appellat,cum multa in se contineat,in quibus nulla generationis mentio fiat.parte.1.folio.21.F.

Matthæus quomodo interpretatur.parte.5.folio.33.A.

Matthias humilis & fidelis successit in locum duodecimum,ne vacuus remaneret,& per quem significatur.parte.2.folio.212.B.

Matrimonium est personarum legitimarum coniunctio,indiuiduam.i.indiuisam retinens coniuetudinem:&potest dissolui ex causa fornicationis probata,quantum ad thorum & cohabitationem.parte.6.folio.42.H.& folio.43.B.C.

Matrimonij diffinitio quomodo detur.parte.5.folio.60.G.& folio.61.C.Item parte.6.folio.42.A.H.

Matrimonij causa efficiens quæ est.Et causa propter quam contrahi debet.parte.6.folio.42.A.

Matrimonium instituit,prima necessitas fuit propter procreationem prolis.parte.6.folio.42.B.Vide etiam in Nuptiæ.

Matrimonij veteris Testamēti ad matrimonium noui.Test.differentia.parte.5.folio.60.G.& folio.61.C.

Matrimoniū quā & qualē coniunctionē dicat.parte.5.folio.61.E.

Matrimonij indiuisibilitas non solum est de iure diuino, sed etiā de iure naturali.parte.5.folio.58.F.Et vlterior de hoc declaratio.folio.60.D.E.F.G.H.& folio.61.B.C.

Matrimonij indiuisibilitatem per totam vitā seruandam Iudæi per libellum repudij,licet falsē,putabāt dissolui.part.5.fo.21.H.

Matrimonij materia est masculus & fœmina.parte.5.folo.58.F.& formale eiusdem.Ibidem.G.

Matrimonium an sit qualitas iustificatiua coitus ꝓuenientis instinctu naturæ,& an ex lege naturæ generaliter. parte.5.fol.60. F.& fo.61.F.

Matrimonialis actus cum non sit malus,quomodo dicit Apostolus:Hoc autem dico secundum indulgentiam:cum indulgentia non sit nisi de malo.parte.6.fo.42.a.F.

Matrimonialis actus aliquando est sine omni culpa, & est meritorius.Aliquando fit causa reddendi debitum. Aliquando fit ad satisfaciendum concupiscentię &c'.parte.6.fo.42.F.Item parte.1.folio.241.C.

Matrimonialis actus licet sit licitus,tamen annexam habet quandam turpitudinem,quam oportet excusari per bona matrimonij.parte.1.folio.162.C.& folio.282.G.

Matrimonium non est imputandum quod extra decretum dei factum est,sed cum cognoscitur,emendandum parte.6. folio.43. A.B.Item parte.1.folio.284.H.

Mai Matrimonio legitimo qui vtitur,nō patitur vxorem peccare:sed accenditur zelo ad seruandam castitatem matrimonij,vt possit legitimus fieri pater.parte.1.folio.163.H.

A matrimonio istę duæ personæ pater.s.& mater exclusæ fuerunt propter reuerentiam naturalem.parte.1.folio.39.D. Item parte.6.folio.39.G.

Matrimonio iunctæ personæ per iuga boum intelliguntur,viuētes honestæ laborantes pro sui status honestate seruanda,& pro prole ad dei seruitium educanda.parte.3.folio.5 H.

Matrimonium contemnitur propter virginitatem,non tanquā malum simpliciter,sed tanquam minus bonum maioris boni impeditiuum.parte.5.folio.18.D.& folio.31.F.

Matrimonij mysterium dicit apostolus in Christo & ecclesia esse parte.5.fo.58.H.J

Matrimonium inter Iacob & Liam nō fuit verum, q̄uis cognouerit carnaliter,nisi septimo die conuiuij,quibus transactis acquieuit placito.Nam ad matrimoniū requiritur vtriusq; partis consensus de præsenti.parte.1.fo.91.G.

Maturitas prælatorum ecclesiæ tanta debet esse,ꝙ quasi nunquā videantur ridere:etsi aliquando hoc cōtingat,debet cū tali maturitate fieri,ꝙ nullo modo debeant verecūdari.pt.3.fo.56.C.

Matutina hora dicit illa hora in scriptura,apta.s.ad faciendū vin dictam de pctōribus.Item hora illa qua disponebant se sacerdotes ad offerendum sacrificium matutinum.p.3.fo.93.C.

Maxilla percutienti est præbenda,nō quantum ad exteriorē effectum,sed solum ad præparationem animi.Et à simili est intelligendum de tunica si auferatur.par.5.fo.22.G.& fo.142.C. Max

Maximiani & Diocletiani tēporibus infra triginta dies legūtur decemseptem milia martyrū martyrizati: & sub eisdem legio Thebeorum passa est:& iudices in diuersis partibus de mādato istorum imperatorum tot interfecerūt Christianos,ꝙ nō potrāt sub certo numero redigi.par.6.fo.251.F.

Mœchator qui illam duxerit quomodo intelligatur, an de dimissa propter fornicationem,an de ducta post adulteram dimissam.parte.5.fo.60.H.&.fo.61.G. Mee

Mœchia quid sit,& quomodo prohibetur.par.1.fo.164.H.

Mœchię nomine vtrum etiam fornicatio teneatur.Ibidē.E.F.H.

Mœchia quędā est in appetendo vxorem alienam, quādo cuius non sufficit sua,etiam alienam tētare:nihil enim tam dolet patiens,nihil tam nolit pati faciens.parte.1.fo.144.F.

Mediator dicitur Christus,quia participat inter aliqua extrema. nam habebat duplicē naturā in vno supposito.s.diuinā & humanam,vnam sibi naturalem,aliam pro nobis assumptā.parte.5.fo.52.B.Item parte.6.fo.118.E.F. Med

Mediatores esse nō possunt angeli neq; boni neq; mali,& quare. parte.6.fo.118.F.

Mediator dei & hominum signat nomine statheræ,in quo equalāce merita nra pēsantur, & i cuius præceptis agnoscim⁹ qd in nostra vita minus habeamus.parte.3.fo.58.C.

Medicamine diuinæ dispensationis agitur vt exterioribus doloribus internum vulnus aduratur,& flagellorum sectionibus repellat ea quæ mētem occupare poterat interior putredo viciorum.parte.3.fo.79.E.

Medicinæ scientia à deo esse probatur.Quæ enim scientia magis est à deo q̄ sanitatis,in qua etiam herbarum vires & succorum qualitates ac differentiæ noscuntur.par.1.fo.308.F.

Medicinæ vel philosophię disciplinā vt quis cōsequatur,separat se ab omnibus actibus non tamen cōtinuo ita perfectus est,vt non peccet in aliquo:immo plurima delinquēdo vix ad perfectionem peruenit:& tamen cū ad huiusmodi scholas se tradiderit certum est eum inter medicos & philosophos numerari.Ita qui mancipatur studijs sanctitatis secundum hoc ꝙ ꝓposuit sanctus appellatur.parte.1.fo.293.C.

Medicinæ duo officia sunt,s.morbum sanare,& sanitatem custodire.pte.3.fo.95.F.

Medicina omnis habet ad tempus amaritudinem, sed fructus doloris sanitate monstratur.pte.4.fo.220.F.

Medici amarissimū antidotum solent dare stomacho nauseāti, vt noxios humores euomat, & possit coctos cibos atq; digestosin aluum trāsmittere, q̄s fleumatū magnitudo digeri nō sinebat.parte.4.fo.87.E.

Medici quasdam amaritudines medicamentis inferūt ꝓ sanitate languentium.parte.1.fo.322.G.

Medicus putribus non parcit carnibus,vt sana mēbra seruēturnon parcit,vt parcat,crudelis est,vt misereatur:nec considerat patientis dolorem,sed vulneris sanitatē.pte.4.fo.246.E.

Medico vulneratus videtur quodāmodo qui se subdit ei vt sanetur,vt in eo medicinæ opus impleatur.pte.1.fo.369.E.

Medicus sæpe prudens accedit ad languentem,& quātum ars patitur & industria medicinæ,non cessat.sed si egritudo tanta sit vt repugnet curationi, aut æger p̄ impatientiā doloris cōtra faciat quod iubetur, relinquit eum desperās medicus ne expiret inter manus eius,& mortis videatur reus.pte.4.fo.175.E.

Medicus quandoq; si prōpta est curatio,mittit seruum:aliquando mittit discipulum,& aliquando ipse p̄se venit secundū varietatem curandorum vulnerum.pte.4.fo.174.F.

Medici tradunt,ꝙ senex de fœmina prouectioris ætatis, & si mulieribria contingant ei,generare non possit,de iuuencula autem possit.parte.1.fo.70.E.

Medici sunt duplices, corporales & spirituales: & vtriq; hono-

randi,sed spirituales præferendi.parte.3.fo.425.E.
Medicus spiritualis est honorandus triplici de causa. parte.3.folio.426,B.F.G.
Medici præbent aliquando cibum vel potum ad discutiendum caliginem oculorum, nec tamen in edendo vel potando sentimus,quòd prosit,sed cum transierit dies vna & altera & tertia,suo tempore per occultos meat⁹ relata ad visum, cibi vel poculi virtus paulatim purgat aspectum.parte.2.fo.22.B.
A medicis frāgitur tortum,vt fiat postea rectum.pte.3.fo.303.B
Medicus animarum,Christus.s. omnia quæ ad proximorum salutē valere possūt tolerare ꝑcipit,q̄s ad curādos ꝓximos instruit,vt tanquā à filijs ęgrotantibus & freneticis si salus illorū hoc exigat,multa patiantur.parte.5.fol.142.A.
Mediocritate contenti (quæ est arx virtutum)qui turbulentiam huius seculi transcendendo non appetunt, significantur per Israelitas qui trans Iordanem possessionem acceperūt. parte.2. folio.211.B.
Meditari debet homo in his quæ ad dilectionem dei pertinent in tempore quietis & in tempore laboris. Similiter in ingressu lecti ad dormiendum,& in egressu ad vigilandum.parte.3.folio 293.E.& folio.315.F.
Meditatio frequens diuinæ legis extirpat vicium. par.3.fo.268. G.& fo.269.C.& fo.272.C.
Meditatio est dispositio ad gratiā habendā,& habitā ad augmētā diam.parte.3.fo.257.G.
Medius stat qui peccatum nō fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.parte.1.fo.269.F.
Nihil est medium, quicquid facis, aut ex amore dei,ex seruitute diaboli facis.parte.5.fo.26.F.
Medius,alius est malus,qui separat amicos. Alius bonus, qui reconciliat inimicos Iesu Christi.parte.6.fo.118.F.
Medorum regnum significatū fuit per argentum,quia in illo regno multū vacabant sapientiæ & eloquētiæ.pte.4.fo.299.D.
Mel Mel omnium rerum copiam significat.parte.1.fo.370.A.
Mel significat lasciuiæ dissolutionem.parte.1.fo.217.D.H.
Mellis dulcedinē quis nosset, nisi gustasset amaritudinem? parte 1.folio.291.C.
Mellis oblatio,an & qūo facienda fuit.parte.2.fo.234.D.
Mel & fermentum ab oī oblatione excluduntur, quia istis idololatræ in sujs sacrificijs vtebantur.pt.1.fo.217.C.H.& fo.324.E.
Mel siluestre quale Iohannes baptista comedit, est folium arboris in deserto Iudææ aptum comestioni.par.5.fo.13.G.
Melchisedech secundum Hebræos fuit Sem filius Noe primogenitus,& quādo vsus est regia dignitate,erat trecentorum & nouem annorū.Et quomodo fuit figura Christi.p.6.fo.145.B.C.
Melchisedech tradunt Hebræi quando Abraham natus est habuisse trecentos nonaginta annos,& Abrahæ vt nepoti obuiasse,& panē in resurrectionē ei? & suorū obtulisse vt sacerdotem dei decimas recepisse.pt.6.fo.145.A.Itē pt.4.fo.72.A.B.
Melchisedech obtulit panem & vinum pro sacrificio offerendo, quod pertinet ad sacerdotis officium.Et an fuerit sacerdos dei altissimi.Et quomodo apostolus dicit,quòd non habuerit patrem & matrem,neq; initium dierum neq; finem vitæ.parte.1. folio.64.C.D.
Melchisedech maioritas ad Abrahā quo medio probatur. parte 6.folio.147.B.D.
Melchisedech fuit rex Salē q̄ ciuitas postea dicta est Hierusalē, & est metropolis in regione illa & sec⁹m oēs Hebræos Sē noīatus est Melchisedech propter bonitatē sui regiminis, quia Melchisedech intepretatur rex iusticię, & Noe post diluuiū ordinauit q̄ Sem filius suus haberet terrā illā.par.1.fo.60.G.
Melior est tibi qui animi fraterna dilectione vel societate connectitur,q̄ germanus frater qui fidei & pietatis iura tecū habere communia negligit.parte.3.fo.335.A.
Meliores illis sicut non vidi,ait Aug.qui in monasterijs ꝓfecerūt ita non vidi deteriores illis qui in monasterijs defecerūt.parte 2.fo.15.D.Vide in Religiosi.
Melioris dilectiōe q mīta fecerat bona, diabol⁹ magis gñat q̄ de multorū mediocriter viuentiū.Et de hoc exemplū.2.fo.293.H.
Elius faceret Jude? i agro suo aliqd vtile q̄ i theatro seditiosus
Mexisteret:& melius fœminæ eorū die sabati lanā fecerēt q̄ tota die in neomenijs suis impudicē saltarent.pte.1.fo.164.G.
Melius est yt paucorum dānatione plurimi liberētur,q̄ eorū absolutione plurimi perderentur.pte.3.fo.271.F.
Melius est miseræ vitæ tormēta & tribulationes & labores moriendo euadere,q̄ ad hæc nasci & sustinere.p.4.fo.349.A.
Melius est tibi non habere quod tribuas,q̄ imprudenter petere quod non habes. parte.3.fo.418.A.
Melius est tenuem victū sub vili tugurio sumere cū securitate, q̄ splēdidas cū fatigatiōe in incertis locis quęrere.par.3.fo.418.A.
Melius est vt seruato dei timore egeas opibus,vel etiam quotidiano victu,quàm vt desiderio plura acquirendi dei timorem deseras.parte.3.folio.323.F.Interl.
Melior est victus, spūalis sensus,qui sub vili tegmine literarum à paupere populo in ecclesiæ vnitate habetur,q̄ ambitiosæ deliciæ philosophorum quæ in diuersis libris sub incerta opinione continentur,vbi labor & superflua cura.parte.3.fo.418.A.
Melius est nomen bonum quàm deliriæ multæ.Ibidem.
Mello erat quædam vorago quæ erat ante fortaliciū, in quo Dauid ædificia construxit.parte.2.folio.102.B.
Melodia multum ad hoc facit,vt reficiātur vires animales quiete & recreatione:indigent enim quiete & recreatione sicut mēbra corporis.parte.5.folio.118.A.
Melodiæ diuersę excitant diuersas passiones in homine:aliquę audaciam,aliquæ deuotionem,aliquæ lætitiam:aliquæ fletum & lamentationem.parte.2.folio.73.G.& folio.164.B.& fol.203. H.& folio.303.G.Item parte.5.folio.34.D.F.
Melodiæ virtute vtrum dæmones possint expelli à corporibus obsessis.parte.2.folio.80.G.H.& folio.81.A.B.C.D.
Melota est vestis facta de pelle taxi,quæ hirsuta est & deformis,& tali veste vsus est Iohannes bap.& Elias propheta.parte.6.fol. 157.G.Item parte.5.fo.13.G.H.Item.parte.2.folio.161.G.
Mem litera Hebraica duplex est.s.vna est clausa,altera aperta, & quale mysterium incarnationis Christi per virginem nasciturum per eam designetur.parte.6.folio.277.D.& folio.281.C.D. Mem
Mem clausa litera Hebraica semper ponitur in fine dictionis secūdum Hebræos.& nunquam in medio,nec in principio. Sed in dictione Iemarbe quod significat ad multiplicandum,ponitur contra naturam suam,ad denotandum ꝙ Christus de quo loquitur scriptura natus sit cōtra naturæ cursum de virgine clausa.parte.4.folio.25.C.Item parte.6.folio.277.D.
Membra corporis sunt à deo.& ideo non est in potestate alicuius personæ abscindere sibi membrum,sicut nec se occidere nisi in casu,quādo.s.vnum membrum propter sui corruptionem est in periculū totius corporis.parte.5.folio.56.C.& fo.89.F.G.H.
Membrum aliquod sibi abscindere propter peccatū euitandum non est alicui licitum propter causas,& enumerantur.parte.5. folio.56.D.& folio.89.H.
Membris corporis per frequentationem boni operis imprimitur aptitudo,per quàm redduntur prompte mobilia ad opus bonum.parte.6.folio.15.C.
Membris corporis, ex frequentatione operis mali, imprimitur aptitudo ad male operādum.Et ostenditur per simile,sicut per frequentem actum carpentandi,fit impressio artis in manu artificis,aptans eam ad recte & faciliter percutiendum.Ibidem.
Membra omnia concurrunt ad integritatem vnius,compositi & perfecti ex multis organis,deseruientibus diuersis animæ potentijs.parte.6.folio.53.B.
Membra & humani affectus deo locutione ascribuntur,vt secundum capacitatem nostram conformentur eloquia diuina.parte.3.folio.379.A.
Membra corporis vt manus & oculus in deo sic nominantur,qui tamen forma corporis non circunscribitur,vt ex membrorum vocabulis effectus suæ potētiæ designentur.parte.3.fol.363.H.
Membra exteriora, ornata seruat interior custodia: & qui mentis statum perdidit,foris inconstantia motionis fluit, atque exteriorum mobilitate indicat,ꝙ nulla interius radice subsistat. parte.3.folio.315.E.
Membra deseruiētia concubitui dicuntur verēda.par.1.fo.245.G.
Membris genitalibus cur non credamus homines ante peccatum imperare potuisse,sicut cæteris,quæ in quolibet opere, anima sine molestia vlla,& pruritu voluptatis habet.parte.1.fo.38.B.
In membro genitali circuncisio ponitur,vt in illa carnis sit immutio quæ tegitur pudicitiæ secreto,& quia per omnes progenies erat seruanda,in genitali membro est posita.parte.6.folio 176.A.
Membrorum castratio per continentiam laudabilis est & meritoria,non per amputationem.par.5.folio.56.F.
Memento vt diem sabbati sanctifices,quomodo intelligitur.parte.1.folio.164.C.D.
Memento,quare ponitur in tertio præcepto, cum dicitur: Memento vt diem sabbati sanctifices.parte.1.folio.164.D.& folio.166.F.G.
Memento vt diem sabbati san. Sic dicitur in prima traditione. Et in secunda dicitur:Obserua sabbat. &c.quam differētiam in hoc Hebræi assignent,& an sustinenda sit.parte.1.fo.337.F.

Memento & obserua, quam differētiā inter hæc Hebræi ponant. parte.1.fol.337.F.G. Item parte.4.fo.428.A.
Meminimus nos pueros fuisse, infantes non meminimus. parte.1. folio.22.B.
Memoria dicitur venter, quæ noticias rerum quasi escas retinet. parte.3.folio.126.E.
Memoriam suam quasi cinerem posuit, quantūlibet quis ꝓ memoria sui nominis laborat. par.3.fo.31.F.
Memoria passionis Christi qua caput dæmonum fuit deuictum. est efficax gladius contra dæmonum insultum. Et de hoc figura. parte.2.fo.87.H.
Memoria passionis dominicæ dicitur clypeus, & si constanter teneatur in manu bonæ operationis, debellatur insultus carnis vel fomitis. parte.2.fo.13.D.
Memoria sanctorum patrum defunctorum non debet in religione per obliuionem consumi, sed per iugem meditationem quotidie renouari, & significatur per calciamēta de pellib⁹ animalium mortuorum, nō attrita. parte.1.fo.366.H.
Memoria iudæorum est immortalis & simpliciter secūdū quid. parte.3.folio.371.B.
Memoria præteritorū. ſ. bonorū habitorū ꝛpe infortunij est valde tædiosa & afflictiua. par.3.fo.378.B. & fo.25.G.
Memoria mortis debet haberi ne homo peccet in æternum. inest nunquam. Et ponitur exemplum de nauta sedēti in vltima parte nauis, vt dirigat eam. parte.3.fo.395.F.
Memoria peccatorum cedit ad bonum sanctorum in præsenti per gratiam sanctificantem: nam talib⁹ peccata in bonum proueniunt. parte.6.fol.19.H.
Memphis ciuitas est Aegypti quæ nunc Damiata dicitur vbi Nilus diuiditur, vbi Apis templum, & consulta respondent oracula. parte.4.fo.254.A.D. & fo.343.E.G.
Men Mendacium est falsa significatio in voce, vel in alio signo qđ tenet vicem vocis. parte.6.fo.27.G.
Mendacium non debet dici vbi non est duplex cor. pt.3.fo.93.B.
Mendacium meditari peius est q̄ꝫ loqui: nā loqui plerūq; p̄cipitationis est, meditari, studiosæ prauitatis. pte.3.fol.51.E.
Mendacium non est substātia vel natura sed de eo quod non est. parte.3.foli o.93.A.
Mendacium semper imitatur veritatem: aliter enim non potest decipere. parte.4.fo.143.E. & fo.149.A.
Mendaciorum duo sunt genera, quæ nō sunt sine culpa, sed non cum magna: vt mendacia quædam pro salute, vel commodo alicuius, non malicia, sed benignitate: & mendacium ioco qđ non fallit, scit enim cui dicitur causa ioci dici. pte.3.fo.93.B.
Mendacium illud est leuioris culpæ cum quis mentitur præstans beneficium. parte.1.fo.124.E. Item. parte.3.fo.368.F.
Mēdacia à mendacibus serio aguntur, non ioco. Cum aūt q̄ non sunt, tanq̄ ioco dicuntur, nō putātur mēdacia. pte.1.fo.111.A.
Mendacium licet sit fugiendum ab omnib⁹ maxime tamē à iudicibus q sunt ī statu & officio cōseruādæ veritatis. p.1.fo.172.B
Mendacium, diuitiarū congregationem sequitur, mendacio em̄ diuitiæ augeri solent. parte.2.fo.383.B. Interl.
Mendaciū omne vtrum prohibitum sit. parte.1.fo.165.A & fo lio.247.A.B.
In mendacio pernicioso duo communiter occurrunt vicia. Primū est patens. ſ. falsa vocis significatio. Aliud est latēs. ſ. intentio fallēdi q̄ in corde cōsistit, soli deo nota. pte.4.fo.341.H.
A mendacio maximè officioso excusare pñes ve. Test. nō videtur magna necessitas. Certū est enim, cp apostoli nō fuerūt immunes à peccato. parte.1.fo.87.H. & fo.97.F. & fo.108.F.
Mendacia obstetricum Hebræorū vtrū approbata sunt autoritate diuina quia scriptum est, deum benefecisse obstetricibus. parte.1.fo.124.C. & fo.247.A.B. Item parte.3.fo.368.F.
Mendax iudicandus non est qui dicit falsum quod putat verum. Econtra mentitur ille qui dicit verū quod putat falsum, nec est liber à mendacio, qui ore nesciens verum loquitur: sciens autē non esse verum, voluntate mentitur. parte.6.fo.62.E.
Mendax dicitur diabolus, & pater mendacij. pte.5.fo.212.H.
Mendax ille dicitur, nō tamē pater mēdacij qui mēdacia ab alijs iuuenta solum refert, sed mendax est & pater mendacij, qui nō solum refert mendacia, sed etiam ea fingit. par.5.fo.212.H.
Mendicantium ordinum fratres quidā impudēter se ingerunt ad curias principum non vocati, aliqui vt fugiant ordinis paupertatem, & aliqui vt per hoc promoueātur ad aliquam dignitatem. parte.4.fo.244.D.
Mendicantium ordinum frater arguebat quosdā monachos de declinatione religionis suæ. Et vnus respondit: Quando mone ta vestra tantū cucurrerit sicut nostra, tunc multū erit deleta, parte.4.fo.244.D.
Mendicitas non est, sed potestas, quēd euangelizans, sibi necessaria sumit ab eis in quibus deo militat, & quos tanquam cultor vineam exercet, vel tanquam gregem pascit. par.6.fo.124.E.
Mendicus, qui petit: pauper qui sibi non sufficit. parte.3. folio.143.E.
Mendicus & indigens omnino non erit inter vos, dictum est Iudæis in veteri Testamento de mendicante publicè, quod non debebant permittere Iudæi. Sed in lege Christi quæ amoris est lex, quid faciendum sit animaduertant dispensatores ministerii orum Christi. parte.1.fo.347.H.
Mens & spiritus differunt. parte.6.fo.55.E.F.
Mens dicitur facies spiritualis ad modum faciei corporalis. parte 6.folio.65.F.
Mentem hominis iuxta substātiam nihil implere potest nisi creatrix trinitas quia tantummodo secundum operationem & voluntatis instinctum anima de his quę creata sunt impletur. parte.6.folio.172.E.
Mens humana non potest deum contemplari, nisi condescendat ei. paree.1.fo.205.E. Interl.
Mens est templum & domus dei & conscientia fidelium: quæ si in læsione proximi peruersas cogitationes profert, quasi in spelunca latrones residet, & simpliciter gradientes interficiunt, & sic mens iam non domus dei, sed spelunca est latronum. parte 5.fol.110.F. Item parte.6.fo.256.H.
Mens in quo habitat de⁹ per gratiam. per templum designatur Hoc autem templum polluitur per peccatum, & maxime si fuerit per assuefactionem continuatum, quomodo purgatur. parte.2.folio.232.D.
Mentis puritas & corporis maxime dispenit hominem ad cognitionem diuinorum. parte.5.fo.242.G.
Mens pensare non valet, inuisibilis virtus, quibus sibi meatibus influat quibus ad se modis veniat, & quibus recedat. parte.3. folio.68.E.
Mentem hominis deus dum in suo timore formar, cōcipit: dum ad apertas virtutes prouehit gignit: sed si extolluntur, relinquit, & frigidi de vtero exeunt idest à visceribus pietatis. par. 3.folio.72.B.
Mentes spiritusancto repletas dicit scriptura aquas, quia sancti qui spiritu leuante ad summa rapiuntur, ne aliqua elatione superbiant, quibusdā tentationibus reprimuntur. par.3.fo.54.B
Mentes iustorum per intentionē suam omnipotenti deo assistūt, atq; in scriptura quasi os eius intuentur. pte.3.fo.48.A.
Mens iusti studet vni semper hærere, iniqui variatur, quia prēter deum nil sufficit, & ideo quod modo petijt, mox fastidit. parte 3.folio.67.B.
Mens dum ad deum anhelat, & omnia secularia despicit, omnia mox ei vertuntur in tentationem, & eam affligunt, sed dum transitorio labore atteritur, à perpetuo liberatur. parte.3. folio.17.E.
Mens circunclusa (sicut aqua) ad superiora vnde exit redit, & laxata per ima deperit. parte.3.fol.20.B.
Mens hominis quia stare noluit cum potuit, iam non potest stare, etiam cum velit: sed semper desiderijs variatur, vt quietus actionem desideret, occupatus quietē. pte.3.fo.21.B.
Mens hominis in libertate condita dum carnis desideria nutrire voluit, in foueā deceptionis pro fœtido cibo cecidit: per gratiam autem reuocata ad veniam, carcere semper stringitur, ne per desideria vagetur. Et ponitur de hoc exemplum de captura leenæ. parte.3.fo.27.B.
Mentes nostræ sunt domus, in quibus per cogitationem habitamus. parte.1.fo.146.E.
Mens tabernaculum vocatur, in quo apud nos abscōdimur, cum foris in opere nō videmur. pte.3.fo.28.F. & fo.54.F.
Mens perfecta solerter inuigilat, vt non solum peruersa agere renuat, sed omne etiam quod in se per cogitationes turpiter ligatur tergat. parte.2.fo.59.B.
Mentis aditus tota virtute munīdus est, ne eam hostes penetrēt foramine neglectæ cogitationis. pte.2.fo.101.A.D.
Mentis custodia forti qui non est munitus, vir cōfusionis est, quia dum virtutes se agere æstimat, subintrantia vitia nescientem necant. Ibidem.D.
Mente innocenti plerūq; quælibet res respicitur, sed in ipso conspectu animus concupiscentiæ gladio confoditur. parte.2. folio.108.B.
Mens electorum dum inter aduersa vel prospera manet immota, quandram sibi inesse virturis figuram monstrat. parte.2. folio.244.C.
Mentis perfectę indicium est, cum quis pro generali fidelium

ſoſpitate, quaſi vnitatis & fraternitatis memor, ſuperne pietati ſupplicat.parte.2.fo.352.B.

Mens quando ex ſui conſideratione quod in alterum faciat colligit,lignū ſecundum ſpeciem ſuam ſemen producit,& recti operis germen parit.parte.1.fo.25.F.

Mens prouecta in actionibus turbulēti ſeculi,incipit propter vtilitatem fraterne ſocietatis,& de corporalibus agnitionibus producere opera quæ profunt animis viuis,& fortiſſimas agnitiones quib⁹ fluctus ſeculi dirumpuntur & contemnuntur. Et de hoc figura.parte.1.fo.27.E.

Mentes vſui vitæ carnalis inhærentes,euelli ab infimis non poſſunt, niſi gradatim ducta prædicatione proficiant. parte.1.folio.145.B.

Mentes carnalium pro amore ſeculi dura quædam, quaſi quędā mollia & delectabilia ferre paratæ ſunt,dum in hac vita rerum culmina apprehendere conantur.parte.1.fo.281.E.

Mens veſana iniquorum, quamuis ceſſationem à mundi labore dominus imperat,& quietis dulcedinem perſuadet, tamen pl⁹ aſſequi aſpera carnaliter,quàm tenere blanda ſpiritaliter gaudet.Ibidem.

Mentes hominum in mundo,magne naues in mari dicuntur:Vēti à quibus minantur,appetitus mentium: gubernaculum, cordis intentio: qua boni trangreſſis ſeculi fluctibus,ſalutis portū petunt reprobi quaſi Scylla vel Carybdi intereunt. parte.6. folio.113.F.

Mens quando à cogitatione carnalium fluxu vacuatur, quaſi ius ex carne liquatum in petra funditur. parte.2.fo.39.B.

Mens cùm concepta deſideria ſequitur,ſeruire rebus conuincitur quarum amore ſuperatur.parte.6.fo.41.B.

Mens quæ quieta prius,magna putabatur vilis abiectaq; in actionis oſtentatione cognoſcitur,dum inani miniſtratione operis turpitudo denudatur. parte.4.folio.81.B.

Mens prauis deſideriſs dedita,hui⁹ ſeculi labori relinquitur,vt foris mundo velut ancilla ſeruiat.quia intus deum nequaquam vt filia amat.patre.4.fo.81.F.

Mentis quies ſequitur ad ceſſationem peccatorum. parte. 4. folio. 96.B.

Mentis ſtatum qui perdidit,foris inconſtantia motionis fluxit,atque exteriorum mobilitate indicat quòd nulla interius radice ſubſiſtat.parte.3.fo.315.E.

Mens humana cum maligni hoſtis ſuaſionibus inſtigatur, tunc dicitur olla ſuccenſa:ſed cum per conſenſum in deſideriſs prauę perſuaſionis accenditur dicitur olla feruens.pte.3.fo.80.B.

Mentes terrenorum hominum quas humor carnalis concupiſcētię fluidas facit,dicuntur loca humentia.parte.3.fo.78.C.

Mentes ſecularium temporali gloriæ deditæ,appellatione calami deſignantur.Qui tanto apud ſemetipſos intus manęſcunt,quāto alti & nitidi exterius oſtendūtur.parte.3.fol.78.B

Mentes ſecularium dum ad exteriorem gloriam per ſuperficiem tendunt & defluunt, nulla intus firmitate ſolidantur. parte. 3. folio.78.B.

Mens hominis eſt mare.Quaſi fluctus maris ſunt cogitationes mētis.parte.3.folio.33.E.

Mens praua ſemper in laboribus eſt,ſicut bona ſemper tranquilla:quia aut molitur mala quæ inferrat,aut metuit ne ſibi hęc ab aliis inferantur.parte.3.fol.35.B.

Mentibus prauis nihil eſt laborioſius, quàm ſi in huius mundi laboribus non laborare præcipiantur.parte.4.fo.115.B.

Mentibus bonis,etſi vſque ad tentationem cordis flamma ardeat, vſque ad conſenſum tamen tentatio non exurat. parte. 4. folio.301.E.

Mens nili ab exterioribus abſcondatur,interna non penetrat.parte.3.folio.15.B.

Mentes iniquorum quia damna ſua conſiderare negligunt,innocentiam perdunt.Amittunt namque à corde innocentiam, ab ore veritatem,à carne continentiam, & per acceſſum temporis ab ætate vitam,ſed hæc ſe perdere non conſpiciunt curis ſeculi occupati.parte.3.fol.15.G.

Mentis domus eſt quęlibet res per quam dilectionem habitat animus.parte.3.fol.33.B.

Mentis diſpoſitio per verbum oris aperitur.parte.3.fo.60.D.

Mentis domus quatuor angulis cōſiſtit,id eſt prudentia,temperātia,fortitudine,iuſtitia,& in mente quę his quatuor erigitur cęterę virtutes quaſi cordis ſoboles ſe inuicem paſcūt,& quomodo.par.3.fo.7.F.G.

Mentem quę quatuor virtutibus cardinalibus erigitur,ſpirit⁹ ante omnia eandem contra ſingula tentamenta ſeptem virtutib⁹ inſtruit.Ibidem.G.

Mentis fames eſt ſilentium verbi dei,quo ſubtracto tentatio carnis inualeſcit,quę eſt bellum.par.3.fo.17.E.

Mens iuſti in amaritudine eſt ſemper etiam in proſperis quā amaritudinem aduerſitas ingeminat.parte.3.fo.47.B.

Mentis ſecretum intrare poſtpoſitis exteriorum tumultib⁹, eſt ad tabernaculum redire. Ibi enim dominus cōſulitur & quod foris agendum eſt publicè intus ſilenter auditur.pte.1.fo.279.C.

Mens noſtra à carnis delectatione eſt ſeparanda,nō à carnis neceſſaria cura,ne curā faciamus in deſideriis.par.1.fo.221.G.

Mentibus foris ſparcis ad ſeipſū redire cuicę difficile eſt,quia prauia itinera ſemel captos tanto qđ delectabiliter tenent quanto quod libuerit non licet .parte.1.fo.127.E.

Mentem peccatoris poſt peccatum incipientis dolere diabolus delinit blanditiis,ne ad debitam pœnitentiā perueniat. Modo em̄ aliorum facta grauiora,modo nihil eſſe quod factū eſt,mō miſericordem deum loquitur,& tempus ad pœnitentiam pollicetur,vt dum per hęc decepta mens ducitur pœnitentia differatur & tunc pleni⁹ abſorbeatur ſupplicijs, quę nunc gaudet in deliciis.par.1.fo.97.F.& fo.98.D.E.F.

Mens libidinis vi,in corpore carnalis fornicationis intantum captiuatur ſub mergitur & abſorbetur,vt in ipſo momento nihil aliud cogitare homini liceat aut intendere:quia ipſam mentem captiuam ſubdit ipſa ſubmerſio & abſorptio libidinis & cōcupiſcentię carnalis.par.6.fo.41.F.

Mentes peruerſę dulcia gratiæ per quietem dona deſpiciunt & p carnalibus voluptatibus laborioſa huius vitæ itinera etiam lachrymis plena concupiſcūt.parte.1.folio.281.E.

Mentes peruerſæ contemnunt habere,vbi ſpiritualiter gaudeant & deſideranter appetunt,vbi carnaliter gemant.p.1.fo.281.E.

Mentibus prauis ac pollutis,non ſunt ſecreta dominicæ incarnationis credenda,ſed qui ad fidem venientes cor mundauerunt. parte.1.folio.296.F.

Mentis iniquæ conſilium quando vanum eſſe probatur, quo ſe impunè peccare arbitrabatur, tunc caput inimicorum nudari dicitur.parte.1.fo.371.E.

Mentis ciuitas ſi murum ſilentij non habet,patet inimici iaculis. parte.3.folio.333.F.

Mentem tanto inimicus ſine labore ſuperat: quanto & ipſa quæ vincitur contra ſemetipſam per multiloquium pugnat.Ibidē.

Mens cùm ſe per verba extra ſemetipſam iacit, apertam ſe aduerſario oſtendit.parte.3.fo.333.F.

Mentis interior afflictio magis apparet in oculo quàm in partibus aliis.parte.3.fo.28.B.Vide etiam in Cordis diſpoſitio.

Mentis humanæ eſt proprium hoc ſibi fieri ſuſpicari quod facit: Arbitrat enim ſe deſpici qui bonos deſpicere cōſueuit, & ex ſuſpitione contemptus ad indignationē profilit & contumelias ingerit.parte.1.fo.39.A.

Mentis vehemens motus gaudij vel doloris redundat ad corpus parte.4.folio.117.H.

Mēte magis retinetur quod viſu percipitur,quàm quod auditu. parte.4.fo.137.F.

Mens dicitur venter,& quare.parte.4.fo.183.E.Item pt.3.fo.329.A.Item parte.4.folio.214.F.Item parte.2.fo.228.C.

Mens quod valde amat ſæpius replicat.parte.3.fol.12.E.

Mentis oculos ſi ab humani generis exordio ducim⁹ vſq; ad hoc tempus,omne quod finiri potuit,quàm breue fuerit videmus. parte.3.fo.42.A.

Mens quæ corporis & animæ ſalute fouetur,& in vnum vtriuſq; motus colligit,non debet diuidi.parte.1.fo.215.E.Interlin.

Mens leuis,præceps dictio,nō ante cogitat quàm loquatur.parte.3.folio.159.B.

Mentem electorum infima deſideria ſpernētem & cæleſtium cōtemplationi inhærentem,ſignificat abies.pte.1.fo.135.B.

Mentes electorum per ſpherulas ſignificantur. & quare. parte.1. folio.179.A.

Mentem per caput intelligimus,quia ſicut caput corpus, ita mēs actiones regit.parte.1.fo.221.G.

Mens humana per puerperam ſignificata,tunc parit quando aliquid præconceptum producit iſte verò conceptus poteſt eſſe dupliciter.parte.1.fo.235.D.

Mens humana per domum domini ædificandā ſignificatur,quæ inquiete voluntatis bonæ ædificatur.pte.2.fo.241.H.

Mens elata quando humilitatis bonum quod tenere debet ab afflicta carne memoratur, infamus homo à ſubiugali muto corripitur.pte.1.fo.303.G.

Mens eadem pollet ex virtute,laſſaſcit ex infirmitate,vt dum quęrit quod habere non valet,quod habet humiliter ſeruet.pte.1. folio.340.E.

Mens nostra est arca aurea, in qua sunt tabulæ Testamenti, in qua legem dei scriptam habere debemus, & debet esse aurea, id est pura, præciosa. parte. 1. fo. 293. F.
Mens p compunctionem eleuata, omnia sub se certius dijudicat. parte. 3. folio. 6. A.
Mens per Sion monte significatur, & si quid in ea per fraudē hostis pollutum est factū, instāti nisu expurget. par. 4. fo. 438. A.
Mentes fidelium quasi deo dicatæ virgines sunt. pte. 4. fo. 201. B.
Mens deo plane sub exuuijs corporis vegetatur, sicut in vestitu ouium sunt lupi rapaces. parte. 5. fol. 173. B.
Mentis qualitatem indicat incompositio corporis. pt. 6. fo. 6. A.
Mens imunda si nō fuerit in meli⁹ mutata, necabitur morte æterna. parte. 1. fo. 206. A. Interl.
Mentis duplicitas callide se defendētis, per hericium significatur. parte. 4. fo. 63. A.
Mens humana ſinfœcunda dicitur filia Babylonis, & quare. parte. 4. folio. 81. A.
Mens fidelis dicitur areola, & quare. parte. 3. folio. 364. B.
Mens hominis intelligitur per altare concauum & quadrangulum, & quare. parte. 3. folio. 261. F.
Mens infirma & indiscreta dicitur mulier. parte. 3. fo. 430. F.
Mens dicitur latere in homine, sicut viscera eius. pte. 3. fo. 72. H.
Mentis securitas est in obitu retributionis initium. par. 3. fo. 17. F.
Menti furori Hebræi omne rectum quod dicitur, peruersum videtur. parte. 2. fo. 92. A.
Mentes hominū grossas significant saga cilicina, quę occulto dei iudicio, cui quis durè pferuntur, quia seruire curis temporalibus nō timēt, vt tentatione vētos & pluuias portent. p. 1. fo. 181. C.
Mens humana cum illa superiora & cælestia vtcūq; in enigmate conspicit, iam claustra corporeæ habitationis per subleuatam cogitationem exit. parte. 1. fo. 202. B.
Mentis cōceptus interior duplex. Vnus informis & imperfectus alius formalis & perfectus. parte. 5. fo. 185. D.
Mentis eleuatio inducit ad cōtēptū vitæ præsentis. p. 5. fo. 170. C.
Mensa solis quæ à piscatorib⁹ in Milesia regione extracta est quę fuerit vel qualis dicatur. parte. 1. fo. 11. D. E. F.
Mensa propositionis quare dicebatur. parte. 1. fo. 178. G.
Mensam fortunæ parare quid sit, vt faciunt dicentes stellarū cursu vel varietate fortunæ omnia gubernari, & nihil ad deū pertinere credunt. par. 4. fo. 105. A.
Mensam ad alienam qui frequenter conuenit, ocio deditus, adulatur necesse est paſcenti se. par. 6. fo. 115. F.
Mensæ octo sunt de quibus tanq; de mensis ſpiritualib⁹ reficitur totus populus Christianus. par. 4. fo. 292. A.
Mensis magnorum imponebatur aliqua portio de immolatis illis. parte. 4. fo. 295. C.
Mensis vnde dicitur. parte. 3. fo. 431. E.
Mensis apud Hebræos incipit à prima lunatione, & secūdum lunæ cursum cōputatur, quia apud nos calendis, nonis idibusq; deuoluitur. parte. 6. fo. 274. E. Item par. 4. fo. 108. E. & fol. 253. A. Item par. 1. fo. 5C. & fo. 146. C.
Nonum mensem nō accipi in bonā partē, & liber Regum, & Ieremiæ narrat historia. par. 4. fo. 404. A. F. G.
Mensis primus anni apud diuersos aliter accipitur. par. 4. fo. 209. B. Item parte. 1. fo. 53. D. & fo. 146. B.
Mensis nonus ab aprili, qui primus est apud Hebræos, Decēber est apud nos. par. 4. fo. 404. F. G.
Mensis primus apud Hebræos Aprili deputatur, & quare. parte 3. fo. 431. E. Item parte. 1. fo. 53. D. Item alibi martius dicitur primus. parte. 1. fo. 146. C. Extensius fo. 149. F.
Mensis primus apud Hebræos semper incipit à propinquiori lunatiōe vernali, quod est. xij. die Martij, siue sit ante æquinoctiū siue post, siue in ipso æquinoctio. parte 2. folio. 248. D. & folio. 146. C.
Menses apud Hebræos antiquos nominabātur secundū ordinē numeralē tantū, scilicet primus mensis, secūdus mēsis &c. sine aliquo nomine proprio: & hoc durauit vsq; ad captiuitatem Babylonicam, aliter autem post &c. par. 1. fo. 149. H.
Menses duo attribuuntur cuilibet tempori. Est enim tempus sementis, tempus frigoris, tempus messis, tempus æstatis, & tempus æstus, parte. 1. fo. 55. C.
Menses vt doctores antiqui Hebreorum dicunt, receperunt principium & nominationem à mense in quo fuerūt redempti, & hoc ostēditur in redemptione Aegyptiaca & Babylonica. par te. 1. folio. 149. H.
Mensis nouorū dicebatur mēsis primus in quo celebrabatur Pascha, & quare sic dicebatur. parte. 1. fo. 172. G.
Menses nullos exceptis lunaribus habent Hebræi, & in ortu lunę eos incipiunt. par. 2. fo. 244. A.
Mensis septembris quasi totus est festiuus apud Iudæos propter quatuor festa. par. 3. fo. 179. D. & fo. 262. C. Itē parte. 1. fo. 256. D. & fo. 255. H. Item parte. 2. fo. 218. D. & fo. 243. D.
Mensis casleu correspondet Decembri secundum Iudæorū opinionem. parte. 4. fo. 431. H.
Menses vacuos habet ecclesia in infimis, qui terrena agunt sine vitæ præmio. par. 3. fo. 21. A.
Menses septem ætatis mundi sunt, & assignantur. parte. 1. folio. 258. E.
Menstruatę mulieres, concipientes pariunt cæcos claudos, leprosos &c. & quæ parētes non erubuerunt in conclaui, aperte redarguuntur in paruulis. pt. 4. fo. 103. E. Itē. pt. 1. fo. 241. C.
Menstruatam cognoscens, quādo, & quādo non, secundū legem morte puniendus sit. par. 1. fo. 241. F.
Menstrua in mulieribus quando incipiunt, & quando desinunt. parte. 1. folio. 241. C.
Nenstruum patiuntur communiter mulieres quolibet mense parte. 1. folio. 241. C.
Mensurarū Hebraicarū quātitates certas & determinatas nō habemus, & quare. par. 2. fol. 141. H. Itē par. 1. fo. 158. E. & fo. 171. E. & fol. 179. H. & fo. 194. D. & fo. 55. D. & fo. 282. D.
Mentiendū vtrū sit p⁹ salute & cōpensatione aliqua vbi nemo læditur, & hoc penè omnibus videtur. par. 1. fo. 247. A. B.
Mentientes obstetrices Hebræorum & Raab, quomodo & quare scriptum est eas bene fecisse. par. 3. fo. 368. F.
Mentiri est loqui contra hoc q⁹ animo sentitur. parte. 3. fo. 93. B.
Meraritarū quæ officia fuerunt circa tabernaculum fœderis. parte. 1 fo. 276. B.
Mercatores Christiani (vt ego audiui ait Lyra, à fratre fidedigno (propter lucrum temporale terram Saracenorū frequentantes impleuerunt naues pueris Christianis, à parētibus eorū pauperculis ementes, & sic vendiderunt eos Soldano pro magno prcio: qui eos faciebat instrui in lege Mahumeti, vt adulti factu contra Christianos pugnarent. parte. 6. fo. 267. F. G.
Mercennarius dies cito transire optat, vt ad laboris præmiū veniat. parte. 3. folio. 20. F.
Mercennarius de grauitate operis lassascit, nisi spe finis releuaretur: sed illo viso nihil putat quod sentit. par. 3. fo. 21. A.
Merces, an possit dici gloria cælestis & præmiū sanctorum. parte. 5. fo. 216. D. F. & fo. 218. C.
Mercedem æqualem habent, diues qui multum dat, & qui parū pauper, si æqua voluntas. parte. 6. fo. 71. F. G.
Mercimonia regionis nostræ quæ sunt, & quis mercator, & quid accipit. parte. 6. fo. 138. B.
Mercurius dicitur fuisse eloquentissimus: & ideo à gentilibus dicebatur deus eloquentiæ, & q⁹ eam daret hominibus. parte. 6. folio. 190. A. C.
Mercurium quasi medio currentem. id est inter aures & linguas latini vocant, Græci verò interpretem. parte. 6. fo. 190. A.
Mercurius dicit apud Gentiles deus ratiocinationis. parte. 3. folio. 334. C.
Meretrix & sermonis suauitatem & formositatem corporis ad capiendos miseros quærit. parte. 3. fo. 314. B.
Meretricis modus est per omnem viam & modum inducere ad actum concupiscentiæ carnalis. parte. 3. fo. 316. G.
Meretrix fouea profunda est, quia, multi cadunt in eam iuuenes, viri, & senes. parte. 3. fo. 331. E.
Meretrix dicitur puteus angustus, quia de peccato luxuriæ non exit homo, nisi cum difficultate. par. 3. fo. 331. F.
Meretrix dicitur latro, quia insidiatur quasi latro blandicijs & osculis incontinentes attrahendo. par. 3. fo. 331. G.
Meretrix speciosa & grata comparatur ad Niniue, quæ ad amorem sui penè cunctos diuersis malicijs trahit. Hæc vendit gētes in fornicationibus, dum amore temporalium & tædio bonorum, qui fuerāt mēbra Christi, fiunt mēbra meretricis, & alios secum trahunt. parte. 4. fo. 388. A.
Meretricū publicè venalis est rurpido. par. 1. fo. 358. A.
Meretrices quare permittuntur in ciuitatibus. par. 1. fo. 72. H.
Meretricium an sicut duellum permittendum vel prohibendum sit. parte. 2. folio. 84. C.
Mereturillud aliquis de condigno, quod ei secundum viā iustitiæ est reddendum, & huius ratio. parte. 6. fo. 12. G.
Mereri vitam æternam homo ex puris naturalibus non potest. parte. 1. folio. 77. C.
Mereri an homo ex naturali virtute possit p aliquodopus quod de digno & congruo deus det sibi grauam. parte. 3. fol. 263. H. & fo. 10. 275. A. D.

Mer

# Index in Glos. ordi.


Meriti principium simpliciter est à deo, & non à libero arbitrio: & ad illud natura humana de se non potest assurgere. parte. 6. folio. 215. C.

Meritum dupliciter potest cõsiderari. s. de cõdigno & de cõgruo: & quomodo aliquis meretur gratiam primam alteri. parte. 5. folio. 35. C. Item. parte. 6. folio. 246. C. D.

Meritum duplex est. s. congrui & cõdigni: & quid vtrumque istorum sit, & quis actus suus. parte. 3. fol. 363. H.

Meriti quantitas non accipitur secundum quantitatem doni absolute, sed per comparationem ad facultatem dantis, & promptitudinem suæ voluntatis & deuotionis. parte. 5. folio. 112. H. & folio. 113. B. C.

Per aduersa, virtutum merita patefiunt. parte. 3. fol. 62. E. Interl.

Merita sanctorum quo modo ad posteros descendunt: sic peccatorum flagitia si liberi nepotesq; similia gesserint, ad posteros perueniunt. parte. 4. fo. 132. F. & fo. 236. A. B.

Merita sufficientia ad vitam æternam non habent qui viuũt in hoc seculo. parte. 6. folio. 71. E.

Pro meritorum qualitate quotidie dominus, alijs ascendit, alijs descendit, quomodo & qualiter. parte. 5. fo. 149. F. & fo. 150. C.

Ex singulorum meritis præmia vel pœnæ sequũtur, & non ex præiudicio dei. parte. 4. fol. 6. A.

In futuro iuxta merita erit retributio. parte. 4. fol. 427. F. Interl.

Meritum vitæ æternæ licet non possit esse virtute naturæ, potest tamen esse virtute gratiæ diuinæ. parte. 5. folio. 60. B.

Merita præscita siue meritorium præscientia, an & quomodo sint causa prædestinationis. parte. 6. folio. 21. F. G.

Plena perfectio hominis ex graria & non ex merito possidetur. parte. 4. folio. 285. E.

Per terrena opera meremur, ad quæ non reuertemur post resurrectionem. parte. 3. fo. 37. E.

Merita alicuius si plura sunt numero quàm peccata, iustus est, & cuius peccata plura sunt numero quàm merita, impius est.

Hoc dicunt Iudæi, etiam moderni, & vehementer errant. parte. 4. folio. 237. G. H.

Merita hominis non sibi soli valent, sed etiam alijs: ex hoc vocantur reliquiæ. i. alijs relictæ. parte. 1. folio. 364. D.

Merita iustorum non dantur obliuioni, sed registranrur coram rege cælesti, vt remunerentur tempore competenti. parte. 2. folio. 38. C.

Meritorum & profectus esse differentias in populo fidelium, declaratur. parte. 1. fo. 319. F. G.

Subiectorum merita doctoribus non æquantur. parte. 4. folio 170. A. Interl.

Merita rectorum & plebium ita iuncta sunt, vt sæpe ex culpa pastorum deterior fiat vita plebium, & ex merito plebium mutetur vita pastorum. parte. 2. fo. 124. A.

Meritum & demeritum principis redũdat in subditis, sicut in corpore naturali bona & mala dispositio capitis redundat in membrum infirmum. parte. 3. folio. 283. H.

Mœrores vt homo in se semper inueniat, dignum est. qui relicto creatore, in se gaudium quærebat. parte. 3. fol. 34. B.

Mes. Mesaleth, est dictio Hebraica æquiuoca: & significat iudẽrem, idolatrantem, occidentem, & coeuntem siue lasciuientem. parte. 1. folio. 75. H.

Mesopotamia, nomen ciuitatis in capite Syriæ: est constituta ad aquilonem, & alio nomine dicitur Carran. Est etiam nomen regionis. parte. 6. fo. 175. D. G. Item parte. 3. folio. 168. F. H. & fo. 169. F. & folio. 219. G. Item parte. 2. folio. 34. D. Item parte. 1. fol. 80. G. & folio. 83. F.

Messias Hebraice, Christ⁹ Græcè, & vnctus latine, idem significãt. parte. 2. folio. 65. G. Vide etiam in Christus.

Messias, cõsolator dicitur, vt habet glossa Hebraica: Elongat⁹ est à me consolator. parte. 2. folio. 254. H

Messiæ spiritus innuitur per antiquos expositores Hebræorum notabilissime & compendiose, cum exposuerunt illud: Spiritus domini ferebatur super aquas &c. Ex quo secundum catholicã veritatem infertur, quòd spiritus sanctus ibi intelligitur qui est spiritus Messiæ &c. parte. 1. fol. 30. G.

Messiæ sex benedictiones quæ venturæ erant super eum, præfiguratæ erant per sex mensuras quas Ruth collegit, de qua per David & genealogiam regiam nasciturus erat &c. hęc Rab. Sa. parte. 2. folio. 59. B.

Messiæ aduentus est tanquam finis, ad quem vniuersi prophetæ verba sua ordinauerunt &c. parte. 3. folio. 424. B.

In Messiæ aduentu eleuatio domus domini erit, intelligendo secundum magnitudinem signorum & mirabilium quę fient ibi Sic dicit Rab. Sa. Et ex hoc suo dicto arguitur cõtra eum & Iudæos. parte. 3. folio. 215. B.

In diebus Messię (inquit Ra. M.) non deficiet aliquid de via huius seculi, vel innouabitur aliquid de operibus sex dierum, sed ibit mundus iuxta solitam viam. parte. 4. folio. 28. H.

In diebus Messiæ, sic erit de crediturís, sicut mensuratus est egressus de Aegypto in ingressu in terram promissam: quia duo tãtum de sexcentis milibus ingressi sunt. Hæc glosa Hebraica super illud: Assumam vos vnum de ci. &c. parte. 1. folio. 287. D.

In Messię aduentu (vt dicit quædam glossa Hebrica) ciuitas Ierusalem dilatabitur vsque ad fines terræ. Et quomodo hoc verificetur secundum catholicos, quia de aliqua ciuitate materiali inueniri non potest, vt Iudæi fingunt. parte. 4. folio. 422. C.

Messiæ tempore pueri Israelitici sunt demonstraturi deum digito &c. sic dicit Ra. Mo. Gerundẽ. Quæ quidem verba manifestè consonant catholicę veritati &c. parte. c. folio 262. F.

Messiam quem venturum expectant Iudæi moderni, dicunt hominem fore purum, prophetam tamẽ sanctissimum, etiã Moyse sanctiorem: & quòd regnabit super omnes Gentes quas subijciet sibi & Iudæis, & ædificabit ciuitatem & templum materialiter &c. parte. 4. folio. 290. F. H.

Messias dum venerit (vt Iudæi dicunt) reddetur eis arca testamenti, & altaria Holocaustorũ & incensi, & cætera ad cultum veteris legis pertinentia, & vasa sanctuarij. parte. 4. folio. 116. C. Itẽ parte. 3. folio. 190. B.

Messias exaltabitur plus quàm Abrahã, & eleuabitur plus quàm Moyses, & sublimis erit valde plus quàm angeli superiores. Illa concedunt Iudæi, Christiani inferunt, ergo ipse est deus &c. parte. 4. folio. 89. E.

Messias quòd educturus sit captiuos de obscuritate limbi, probatur per glo. Hebraicam &c. parte. 4. folio. 349. F. G.

Messiam quem expectant Iudæi futurum, hominem purũ (Moyse tamen sanctiorem) credunt, ne cogantur illius diuinitatem confiteri. Istam fugam quærunt, sed frare coguntur. parte. 4. folio. 142. F.

Messias promissus in lege & prophetis, quòd sit verus deus & verus homo: probatur ex scripturis autenticis Hebræorum. parte 6. folio. 276. G. H. & sequentibus. Item parte. 4. folio. 290. F.

Messiam Iudæi expectant futurum & dominaturum toti mundo temporaliter, & educturũ eos de captiuitate, & positurum eos in maxima gloria & honore super omnes Gentes. parte. 5. folio 137. C. Item parte. 2. fol. 4. D. & fo. 65. F. & fo. 210. D. & fo. 243. C

Messiæ aduentus quare tardatur secundum Hebræos, & quomodo acceleraretur, & statim veniret filiꝰ Dauid. i. Christus. parte 6. folio. 140. C.

Messiæ tempus esse de proximo, erat opinio famosa tempore prędicationis Iohannis baptistæ & maxime in Ierusalem. part. 5. folio. 188. H.

Messiam expectant Iudæi liberaturum eos de captiuitate quarta, qua templum destructum, & ciuitas & populus captiuatus sub Tito & Vespasiano. parte. 4. folio. 103. B.

Messias (vt moderni Iudæi dicunt) fuit natus eadem die qua fuit destructum templum per Romanos &c. quare eos non liberat & vbi sit, querunt Christiani &c. parte. 4. folio. 107. B. C. Item parte. 7. folio. 275. F.

Messias qui dicitur Christus, quòd venerit, probatur, & reproba tur perfidia Iudęorum, & ostenditur veritas. pte. 1. fo. 117. F. G

Messis dicitur collectio frugum, & ad similitudinem hui⁹, messis spiritualiter dicitur vocatio hominum ad fidem. parte. 5. folio. 199. G.

Messes duæ. Prima fuit in præsenti vita, & est per quam homines ducuntur ad fidem, & in hac messe messores fuerunt apostoli. Sed vltima messis erit in iudicio, & messores erunt angeli. parte. 5. folio. 199. H.

Mesraim fuit filius Cham à quo denominata est Aegyptꝰ. Et vbi in toto veteri Testamento ponitur Aegyptus, in Hebræo habetur Mesraim. parte. 1. fo. 57. H. Item parte. 3. fol. 200. G.

Meta terrarum & camporum non debebat transferri in damnũ alterius. parte. 1. folio. 353. B. Met

Metalla igne conflata, sordem in se alienam atque inutilem non retinent. parte. 3. folio. 137. E.

Metallum conflatum metaphoricè punitionem filiorum Israel notauit. parte. 4. folio. 242. C. H.

Metaplasmus quid est, & an etiã sit mutatio dictionis in dictionẽ, sicut syllabæ in syllabam. parte. 4. folio. 99. H.

Metreta, est quædam mensura continens decem sextarios. parte 5. folio. 192. H.

Metrificantes quotiens vno versu vel duobus sensum explere nõ possunt, in principio vel in medio alterius distinctiones faciũt.

parte.4.folio.188.C.
Metricè plures libri veteris Testamenti conscripti sunt. parte. 4. folio.2.C.
Metrum quid sit,& vnde dicatur.parte.4.folio.2.C.
Metu præsidentis plerunq; fit obediens potestati qui est saluti ingratus,vt necessitatē sobrietatis agnoscat,qui noluit ac nequiuit gratiam pietatis agnoscere.parte.1.folio.352.G.
Metus iudicij ianua est conuersionis,si addatur discretio dilectionis.parte.3.folio.253.E.
Michaelis in officium & societatem vt assumaris satage, & quo modo.parte.1.folio.303.F.
Mic Michael lignifer representet eas in lucē sanctam,quam olim &c. vnde hoc trahitur.parte.3.folio.265.H.Item part.1.folio.65.C.
Michael sicut modo est princeps ecclesiæ,sic tempore Danielis fuit princeps synagogæ.parte.4.folio.321.H.& folio.326.H.
Michael non fuit ausus blasphemare dæmonem propter eius naturam bonam.parte.6.folio.238.C.
Michael vt angelus superior præfuit toti populo Iudæorum.parte.4.folio.407.C.
Michael & angeli eius designant Eraclium & eius exercitum, & per draconem & angelos eius notatur Cosdroe.parte.6. folio 258.A.
Michael archangelus,ex præcepto dei interficiet Antichristum,& magnam partem sibi adhærentem,vt dicunt sancti doctores. parte.4.folio.91.H.& folio.418.F.
Micheas & Vrias occisi sunt propter prophetias promulgatas. parte.4.folio.147.D.E.
Michol dicitur sola vxor Dauid,quia eam Dauid in adolescentia sua sortitus est vxorem,& in partu dicitur occubuisse. parte. 2. folio.99.E.G.
Mig Migma quid sit.Dicit tamen Lyra:Quid autem intellexerit Hieronymus per migma,nescio.Sed in Hebræo habetur sic,Mixtū forte comedent &c.parte.4.folio.57.F.
Mil Miles sine oculis dicebatur quantuncunq; fortis carens sapiētia. parte.3.folio.328.G.
Militi vnicuiq; qui à primæua conuersatione proficit,deus præsidet.parte.3.folio.76.A.B.
Milites antiquitus per quatuor partes noctis in exercitibus vigilabant.parte.5.folio.48.D.Item.parte.3.folio.221.H.
Milites ad tria communiter sunt proni.s.oppressionem pauperis ad impositionem falsi criminis, & non sunt cōtenti propriis stipendijs.parte.5.fo.134.G.
Milites dicuntur angeli,quia decertant contra aereas potestates, non labore sed imperio.parte.3.folio.50.A.C.
Militum status significatur per Neptalim,& eorum labore respublica conseruatur,ac etiam dilatatur.parte.2.folio.26.G.
Milites distinxit Dauid p duodecim cohortes,& in qualibet erant vigintiquatuor milia bellatorum,vt regi secundum vices deseruirent.parte.2.folio.211.F.
Milites solent habere lineas quas camisias vocant,sic aptatas membris:& strictas,vt expediti sint dirigēdo iaculo, tenēdo clypeo. parte.1.folio.191.E.& folio.227.F.
Militiæ Christianæ princeps esse debuit spiritualis,qui primo legitur prædicasse gentilibus:& de hoc figura.parte.2.fol.200.H.
Quærere verbum in latina lingua accipit præpositionem, & acquiri dicitur, quod satis apertum est. Sine præpositione etiam quærere intelligitur acquirere, ex quo lucra vocantur quęstus. parte.2. folio.76. E.
Quærunt sapientiam boni & mali, sed differenter. &c. parte.3. folio.272. B.
Quæstio grauis inter Scribas & Pharisæos: Quod esset primum mandatum & maximum in lege. Et diuersi diuersa assignabāt. parte.5. fol.112. A.C.
Quæstio mota ab aduersario, discendi existit occasio. parte.6. folio.50. A.
Quæstuarij prædicatoribus, qui multa falsa dicunt vt quæstum extorqueant à simplicibus, potest dici illud: Nunquid deus indiget vestro mendacio? parte.3. folio.31. H.
Qui est, an & quō sit nomen dei, ppriè propriū, & an æqualiter cum nomine tetragrammaton apud Hebræos. pte.1. fol.129. F. Qui
Qui cito dat, bis dat. parte.3. folio.312. H.
Qui offenderit in vno, factus est omnium reus, quomodo intelligendum. parte.6. folio.213. D.
Quid est hoc, aut quid est illud, ad quid valet hoc vel illud? q. ad nihil. Sic dicunt homines fatui de animalibus venenosis & cō

similibus.parte.3.folio.427.G.
Quid prodest pro peccatis ieiunare,& iterū peccare:Quid prodest lauari,& iterum inquinari?parte.2.folio.4.A.
Quidam,non dicitur,nisi de eo quem exprimere nolumus, vel non possumus.parte.3.folio.15.E.F.
Quies hominū delicioſa est in memoribus.parte.1.folio.35.F.
Quies nulla est vbi spiritus sancti cōsolatio deest.pte.4.fol.193.F.
In quiete & silentio lex discitur.parte.1.folio.134.B.Interf.
Quietis in tpe,& sic in tpe laboris,meditari debet homo quę ad dilectionē dei ptinēt.Similiter in ingressu lecti ad dormiēdum & in egressu ad vigilandum,& enumerantur quatuor, & vbi illa tanguntur.parte.3.folio.293.E.& fol.315.F.
Quies inchoatur in via,sed perficitur in patria,vbi charitas consummatur.parte.5.folio.40.F.
Quies dei & beatorum eadē est realiter & obiectiuè accepta:sed formaliter differūt sicut creatum & increatum.parte.4.folio.140.H.
Quiescere in cubili vel domo hominem tria non sinunt,fumus, stillicidium,mala coniunx.parte.3.folio.135.E.
Quiescit in futuro qui quiescit à malo opere.parte.4.folio.108.E.Interf.
Quinarius sicut sapientes indicat & insipientes,ita centenarius fideles & infideles.parte.1.folio.261.A.
Quinarius simplex,sicut solet quinq; sensus significare, quorum ministerio bona foris operari debemus,sic p seipsum multipli catus,eosdem maiori pfectione demonstrat.pte.2.folio.260.E.
Quinario numero filij Marathię proponuntur,& sic quinq; species denotantur in illis personis quas diuina vocatio ad magisterium ordinauit ecclesię,& quomodo ista simul coaptantur. parte.4.folio.432.F.
Quindecim gradibus ascendebatur ad templum Salomonis,& totidem ascenditur ad cęleste templum,& qui sunt illi gradus. parte.3.folio.275.E.
Quindenarius ex septem & octo cōficitur:Septem ad sabbatum refertur,octo ad circuncisionem.Si verò ad nouum Testamentum respicias,habes septem dona spiritus sancti:& in octauo resurrectionem Christi.parte.1.folio.377.B.
Quingenti anni vel circiter fluxerunt à tempore Esaiæ vsq; ad tempus Christi.parte.4.folio.53.B.
Quinio an & quid significet.parte.4.fol.396.E.
Quinquagenarius siue quinquagesimus numerus,quid mysterij habeat,& quæ sub illo numero facta sunt.pte.6.folio.166.E.& fol.197.E.Item pte.4.fol.11.A.B.Item pte.3.folio.5.B.H.Item parte.2.folio.135.G.& folio.216.A.& folio.220.E.& folio.160. E.Item pte.1.fol.51.B.& folio.71.A.& folio.162.A.& fol.258. E.& fol.263.A.& fol.272.E.
Quinquaginta& quingenti cognatus est numerus,decades enim quinquaginta faciunt quingentos.pte.1.fol.272.G.
Quinq; libri Moysi ppriè dicunt lex,licet nomine legis Iudęi accipiunt aliquando totū vetus testamentū.parte.5.folio.223.B.
Quinq; scribit Iohannes euangelista in sui euangelij principio, per quę eliduntur quinq; errores circa filium dei humanatum. parte.5.folio.185.H.
Quinq; debent annunciare prædicatores scilicet credenda, agenda,vitanda,timenda,& speranda.parte.6.folio.56.B.
Quinq; sensus qui superat sed'm legis doctrinā (q̄ quinq; libros habet)restringendo carnis concupiscentiā,victoriā capiet salu berrimā,& triumpho gaudebit nobilissimo.pte.4.fol.438.A.
Quinquepertita est continentia in carnalibus illecebris.parte.5. folio.76.E.
Quintusdecimus numerus mysticè qd repręsentat.pte.5.fol.183. E.F.Item parte.2.folio.298.A.Item parte.1.folio.256.C.
Quinq; personis genus hominum in die iudicij discutiendum signatur.parte.5.folio.172.F.
Quis,non impossibile,sed difficile in scripturis sanctis sæpissimè significat.parte.3.folio.346.B.
Quis plerunq; nō pro nullo,sed pro raro & pro eximio habetur, vt cum dicitur:Quis cognouit sensum domini,aut quis consiliarius &c.parte.1.folio.308.C.
Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra,quomodo & de quo exponendum est,scholasticè disquiritur.pte.4.folio.101.C.D.F.& fol.103.B.C.
Quis audeat dicere,quòd hæc quę scribuntur per verbum domini nihil habeant vtilitatis aut salutis,sed solam narrent historiam.parte.1.folio.321.F.
Quisquam,quomodo exponitur cum dicitur:Non quia patrem vidit quisquam nisi is &c.parte.5.folio.206.C.D.
Quo Quoadusq;,hæc dictio aliquando tenetur finitè,aliquando infinitè,& de hoc dantur exempla.parte.6.folio.251.B.C.
Quod quisq; super omnia diligit & colit,hoc illi deus est.parte.2.folio.33.B.Interf.
Quod deo præcipiente est factum,non est inhonestum.parte.1. folio.128.E.Interf.
Raab quandoque est nomen proprium,quandoq; est nomen appellatiuum.parte.3.folio.215.E. Raa
Raab quę & qualis fuit.parte.6.folio.157.B.C.& fo.281.C.Itē pte.2.fol.5.F.& fo.6.B.
Raab accepit duos vos,& absconditeos,exponi tripliciter per Hebræos.pte.3.fol.5.G.
Raab quæ erat de genere Chananæorum quomodo coniuncta fuit ipsi Salomō in matrimonium,quia erat prohibitum filijs Israel &c.parte.5.folio.5.H.
Raab quomodo adiuncta est domui Israel vsque in hodiernum diem,an maigstri posteritas ascribitur.parte.2.folio.11.A.
Rabbi Salomon ordinauit glosas Hebraicas super totum vetus Testamētum.parte.2.folio.101.B. Rab
Rabbi Salomonis expositio in expositione hebdomadarū septuaginta Danielis,tantæ est autoritatis apud Hebræos,quòd non possunt ab ea deuiare,nec qualitercūq; ab eisdē recedere,sed tenenda sunt tanq; in textu sacræ scripturæ contenta.parte.4.folio.318.F.& fol.345.D.
Rabbi Salomon reputat apud Hebræos solennis doctor in thalmudicis,non tñ in his quæ pertinēt ad fidei & sacræ scripturæ expositionem,sed alij &c.pte.1.fol.6.F.& fol.8.G.
Rabbi Salomon dicens,quòd in aduentu Messiæ Gentiles dicēt, quòd Iudæi afflictiones quas modo sustinent in hac captiuitate,fuerunt propter peccata Gentiliū &c.in hoc sibi ipsi contradicere ostenditur.parte.4.folio.90.B.
Rabbi Salomō & alij Hebræorum expositores sæpe corrumpūt verum intellectū scripturarum, prosequendo literam plus q̄ oporter.parte.2.folio.108.H.
Rabbi Moysi Aegyptij summa, apud Iudæos est solennissima, qui scribit de autoritate thalmudicæ doctrinæ.parte.4.folio. 63.H.
Rabbi Abenhazra,inter alios expositores Hebręos fuit pfectior in sua grammatica.pte.3.fol.217.G.Et inter Hebręos fuit maximus expositor ad literā.fo.246.D.Item pte.1.fol.6.F.
Rabbi Abenhazra declarans istud verbū:Est ostendā illi salutare meum &c.dicit verba notandissima in testimonium fidei.parte.3.folio.225.E.
Rabbi Moyses Gerūdeñ,sic dicit,q̄ in futuro tpe.s.Messiæ,pueri Israelitici sunt demōstraturi deū digito.Quæ qdē verba manifestè consonāt catholicæ veritati &c.Vtinā iste autor intellexisset seipsum,vt bene ageret.pte.1.fol.292.E.F.
Rabbi Moyses Gerundeñ.sup illo:Istud est cerimoniū legis,pręcipe filijs Israel &c.sic ait:Nos autē qui pro peccatis nostris sumus cōtaminati in hac captiuitate,ignoramus mundiciā sanctitatis,donec veniat sup nos spūs de alto,& effundat deus aquas mundas super nos,& mundemur:amen:sic fiat in diebꝰ nostris. Hæc ille.Vtinā iste rabbi saperet,& seipsum intelligeret.parte.1. folio.297.D.
Rabsaces(vt cōmuniter dicit)erat apostata à fide Iudæorū,cōuersus ad Gentilitatē.Et dicunt aliqui,q̄ fuit filius Esaiæ.parte.2. folio.235.C.G.Item pte.4.fol.18.G.
Racha verbum Hebræum,& interpretatur cenos id est vacuus, quod dicimus sine cerebro,quod est magna contumelia.parte. Rac
te.5.folio.20.F.
Rachel fuit principalis mulier Iacob,Lia vero minus principalis: quia in secundam primo consenserat.pte.1.fo..91.G.
Rachel afflicta est,eo quòd desiderabat habere filios à Iacob,de quo Christus erat nasciturus.Et inuidit sorori, non quòd illa habebat filios,sed quia ipsa carebat filijs.parte.1.folio.92.B.C.
Rachel idola patris sui furripuit,non ad colendum, sed ad retrahendum patrem suum ab idololatria:& ideo nō commisit furtum propriè loquendo.pte.1.fol.94.D.
Rachel mortua,sepulta fuit in via:quia sepulchra antiquitus extra ciuitates erāt.pte.1.fol.99.G.Vide etiam.parte.4.folio.152. H.& folio.153.C.
Radebantur in veteri Testamento sacerdotes: vt sic carnis vicia Rad
deposuisse viderentur.parte.3.folio.143.E.
Radiare debet ecclesia quasi aurū,tā interni vitę splendore,q̄ exterius sapientiæ & doctrinæ claritate.parte.1.folio.211.A.Interf.
Radices arboris sunt ori similes per alimenti susceptionem.parte.5.folio.111.D.
In radice substantiæ simul sunt, quæ non simul prodeunt per temporis

temporis incrementa,vt fructus & semen in herba.parte.1. folio.22.H.

Radicis sanctitas,qua populus Gētilis insertus est ramis,nō est patriarcha,nec propheta,nec opus eorū secundū legem,sed fides Christi,p tūc venturi,& sanctitas fuit & radix.pte.1.fo.376.H.

Ram Rama est nomen æquiuocū,vno mō est proprium nomen loci, & alio modo est nomen appellatiuum.parte.4.fo.152.H.

Ran Rana ad nihil aliud vtile est,nisi q̄ sonum vocis improbis & importunis clamoribus reddit.parte.1.fo.139.E.

Ranarum tria sunt genera,vnum fluuiale & vocale,alterum minimum,tertium maximū pessimū & venenosum.p.1.f.139.E.

Rana significat loquacem vanitatem.parte.3.fo.200.A.

Rancoroſi significantur per Palestinos.parte.4.fo.248.B.

Rap Raphaelis(qui medicinę præest)in officium & societatem vt assumaris farage,& quo modo.parte.1.fol.303.F.

Rapina omnis,violentiæ mixta est.Et sancta violentia & optabilis rapina.parte.4.fo.236.G.

Raptores significantur per pisces.parte.4.fo.397.H.

Raptores sunt boni & mali &c.parte.1.fo.223.A.

Raptus importat quandam violentiam alicuius rei contra motū sibi connaturalem:Quod pōtesse dupliciter.parte.6.fo.76.C.

Rar Rarus est,domino propter dominum seruiens.Oues Christi,nō ad lucrum,sed amore Christi pascens,prudens,in futuro sibi prouidens.parte.5.fol.75.F.

Ras Omnia rara preciosa.parte.4.fo.31.E.F.

Rasa capita habet superstitio gentilis.parte.4.fo.282.B.

Rasura barbæ & capitis sacerdotibus & Nazareis prohibebatur in detestationem idololatriæ.parte.1.fo.274.G.

Rat Ratio naturalis est defectiua in cognitione diuinorum,& huius ratio.parte.5.folio.187.B.& fo.186.F.

Ratio humana nō comprehendit folium arboris vel aliquod huiusmodi quantum ad omnes conditiones.s.quare sit talis figuræ,coloris,& huiusmodi.parte.5.folio.188.D.

Ratio superior intelligitur per mulierē.Ratio inferior per filiā, quare & quomodo.parte.5.fo.50.D.

Rationis vsum & acuendi habebat fructus arboris scientiæ boni & mali,vt dicit Iosephus.Sed dictum suū improbatur.parte.1.fo.36.H.&fo.41.G.H.

Rationis vis quæ intra nos est,princeps potest dici.p.1.fo.220.E.

Ratio deliberatiua aliter mitigat seu minuit dolorem inferiorem animæ,& aliter dolorem sensibilem exteriorem in carne.parte.3.fo.114.G.

Ratio quam primis operibus deus concreauit,an id habuit:vt secundū ipsam ex viri latere fœminam fieri necesse esset:an hoc tantum vt fieri posset?parte.1.fo.38.E.

Rationem reddere debemus de spe nostra & fide duobus modis. parte.6.fo.221.A.

Rationem in terra ponere quid est.parte.3.fo.72.F.

Rationabilissimum secundū veritatē,frequenter irrationabilissimum iudicatur ab ignorante.parte.5.fo.224.H.

Rationale iudicij vestis summi sacerdotis,& fuit habitus pectoris parte.1.fol.188.E.Et quare sic dicitur.fo.189.G.H.

In rationali iudicij erat doctrina & veritas secundum translationem nostrā:in Hebræo habetur vrim rummim &c.& erat quidā fulgor procedens de lapidibus rationalis.Ra.Sal.dicit fuisse nomen dei tetragrammaton.pte.1.fo.188.Vide etiam fol.190. F.H.&fo.192.D.G.Item parte.2.fo.242.G.H.

Rationale iudicij,non solum illa vestis legalem induebat pontificem,sed etiam prænunciabat euangelicum.parte.1.fol.190. F.& fo.227.H.

Ratiocinatio etiam dicitur computus,in quo antiquitus vtebantur homines lapillis,sicut modo denarijs plumbeis vel stanneis.parte.3.fo.334.C.Item parte.2.fo.245.H.

Rau Raucedo vnde nascitur.parte.3.fo.180.F.

Rea Reatus similis quos cōcordi pertinacia sociat,etiam defensio peruersa constipat.parte.3.fo.80.A.

Reatus sæpe fit criminis,quod putatur causa virtutis,dum quod bono studio agimus,discernere caute negligimus.parte.1.folio.45.C.

Reatus omnis contra decalogum committitur peruniuersum hominem.parte.1.fo.53.A.

Reb Rebecca quo iuit vt consuleret dominum,cum nondum essent prophetæ vel sacerdotes tabernaculi aut templi domini.parte.1.fo.84.A.& fo.85.A.

Rebellio corporis & animam,& omniū virtū inferiorū ad partē animæ superiorē,& difficultas acquirēdi scientias & virtutes ex peccato Adę in totā naturā humanā ꝓpagata est.p.3.fo.350.E.

Rec Recanare proprium est asinorum.parte.4.fo.176.C.

Recedere à consuetudine,difficile est.parte.1.fo.134.F.Interl.

Recidiuantes ad corporalem infirmitatem,similiter ad spiritualem ęgritudinē.s.in peccata,curantur difficulter.p.1.fo.288.B.

Recidiuatio ad infidelitatem & alia vicia propter ingratitudinem diuini beneficij præaccepti aggrauat peccatum.parte.6.folio.226.D.

Reclusio in carcere intelligi potest per hastā.parte.5.fo.80.H.

Recordatio bonorum,malorum causas lamentabiles facit.parte.1.fo.304.E.

Recordatione præteritorum bonorum mala præsentia mitigari asserit stulta sapientia Epicuri.parte.4.fo.69.A.

Recordari & obliuisci quando & quomodo dicitur deus.parte.1.fo.54.B.& fo.56.B.& fo.135.H.

Rectitudinis & humilitatis subtilis via tenenda,vt sic magistrorum facta displiceant,vt subditorum mens à magisterij reuerētia non recedat.parte.2.fo.124.B.

Rectoribus bonis inesse debet iustè consulens misericordia,& piè sæuiens disciplina.parte.2.fol.35.H.& folio.55.H.Item parte.1. folio.375.H.

Rectores dati sunt ne mala fiant.parte.2.fo.28.B.

Rectoris illa est conditio vt in eo misceat & regendi autoritas,& benignitas consolandi,vinum & oleum.parte.3.fo.56.A.

Rector superbus totiens ad culpam apostasiæ dilabitur,quotiēs præesse hominibus delectatur,& honoris sui singularitate lętatur.parte.3.fo.64.E.

Rectores boni quotidie hoc faciunt,cum se res dubias discernere nonposse cognoscunt,ad secretum mentis,velut ad quoddam tabernaculum recurrentes,diuina lege perspecta quasi coram posita arca dominum consulunt.parte.1.fo.279.C.

Rector cū se ad loquendum præparat,q̄: caute loquatur attendit,ne inordinate loquens,corda audientium errare faciat.parte.1.fo.191.A.

Rectores sunt mali qui munere & dono diuino abutuntur,& falso sibi nomen iusticiæ vsurpant.parte.2.fo.186.A.

Rectores mali per negligentiam suam principes tenebrarum prouocant in ecclesiam qui scientiam scripturarum & opera virtutum subtrahunt in cautis & desidiosis.parte.2.fo.222.E.

Rector potens tribuitur à deo in ecclesia pro meritis populi,aut si malum facit populus,talis ecclesiæ iudex datur,sub quo famem verbi dei & sitim populus patiatur.parte.2.fo.35.E.

Reddere bona pro malis.Non reddere mala pro malis.Nō reddere bona pro bonis:Reddere mala pro bonis.Reddere bona pro bonis,mala pro malis.Sex differentiæ sunt & quales sint in bonitate & malicia.parte.3.fo.250.A. Red

Redemptionem humani generis qui fidedigna non celebrauerit & vitam suā in meliora non conuerterit,ad resurrectionis gloriam non pertinebit.parte.1.fo.279.F.

Redemptor absolute intelligitur ille qui est redemptor antonomasicē,i.Christus.parte.3.folio.111.F.

Redemptorē diabolus veniſſe senserat,sed propter humilia quę passus est,quicquid de deitate suspicatus est,ei in dubium euenit pro sua superbia &c.parte.3.fo.6.G.

Redemptor noster Mosaicæ legis literam,quam ille populus legalis resonabat,assidua lectione contriuit,ac sensuum spiritualem in ea intelligere eos docuit.parte.2.fo.177.A.

Redemptor,quem ego ex vobis suscitabo sine parre erit:Sic ait quidam rabbi Iudęorum.Vide latius.parte.3.fo.252.D.

Redimere est per doctrinam & formulam vitę familiam liberare, & quicquid sanctimoniæ obuiat dilucre.parte.1.fo.263.E.

Redimit qui perdit,vt dans numum pro vino.Das numum & emis vinum.Aliud das,aliud accipis,aliquid amittis,aliquid acquiris.parte.6.fo.96.A.

Redeuntes de negociatione aut peregrinatione,amici suscipere debent,prius deo gratias agendo,q̄: de rumoribus & nouitatibus interrogando.parte.2.folio.290.H.

Reędificatio ciuitatis Ierusalem potest dupliciter intelligi.Vno mō quantum ad domos inhabitantium.Alio modo quantū ad mores & portas ciuitatis.Et his duobus ædificata est ciuitas Ierusalem &c.parte.4.fo.79.B. Ree

Refectio dei & sanctorum est salus peccatorum.pte.5.fol.165.E.

Refectionem eandem habituri sunt in æterno conuiuio beati,& qui maiora habent merita,& qui minora.Et de hoc figura. parte.6.folio.71.F. Ref

Refectio beatorum non intelligitur à nobis,nisi per similitudinē corporalium.Ad refectionem autem corporis duo requiruntur.s.cibus & potus,& ista quomodo erunt in patria.parte.6. fo.274.B.C.

Reficit dominus,primò quinq; panibus quinque milia,secundò

# Index in Glos. ordi.


septem panibus quatuor milia,tertiò discipulis carnis & sanguinis mysteria tradidit.Ad vltimum dat electis,vt edant & bibant super mensam in regno.suo.pte.5.fo.101.E.& fo.149.A.

Refugium vnicũ ecclesiæ contra hostes est hoc,oratio.s.ad deũ, & industria doctorum,qui die noctuq; in lege eius meditãtes, corda fidelium præmuninnt.parte.2.fo.258.F.

Reg Regalia insignia apud gentiles fuerunt quatuor,purpura.s.fibula vel torques aurea,annulus,& diadema.parte.4.fol.36.B.

Regenerationes duæ sunt,ista & duæ adoptiones,& duę resurrectiones.parte.5.fo.60.A.

Regentium ordines quatuor accepit sancta ecclesia ad eruditionem fidelium. parte.4.fo.272.A.

Regentes populum,debent vigere intellectu,prudentia & scientia.parte.2.fo.240.B.

Regentium acta disponuntur pro qualitatibus subditorum,& sæpe fit vt pro culpa gregis vere boni delinquat vita pastoris. parte.1.fo.198.D.

Regere deum superiora quibusdam visum fuit,sed hęc inferiora despicere,& ęp à casibus regerentur. Sed error esse ostenditur. parte.3.fo.305.A.

Regere licet possit deus omnia immediate per seipsum, tamen ad seruandnm vniuersitatis pulchritudinem & ordinem regit inferiora per media.parte.2.fo.32.B.fo.62.C.

Regimen nullum potest bene procedere sine his tribus.s.constantia contra malignos insultus,diligentia diuini cultus,perseuerantia in bonis actibus.parte.3.fo.121.H.

In regimine ecclesiæ non decet eum iustis præferri qui adhuc est seruus peccati.parte.3.fo.327.B.

Regiminis gradum qui prius ęp subesse didicerit,præposterus accipit,in nouissimo mercede retributionis,quæ bonis rectoribus debetur,carebit.parte.3.folio.328.E.

Regimen qui in populo dei suscipiunt,sed degenerantes relabuntur in viciorum fœditatem,& se & subditos conuertunt ad impietatem,significantur per Sedechiam.parte.2.fo.237.G.& folio.238.A.

In regimine seculari vel ecclesiastico non est aliquis ponendus propter maiorem ętatem,nisi conditiones alię ad regendum requisitæ concomitentur.parte.1.fo.115.H.

Ad regimen ecclesiæ & ad spiritalem militiam se non habilẽ esse cognoscat,qui carnalibus deliderijs se obligat.pte.1.fo.359.A.

Ad regimẽ ecclesiæ ille est aptior qui est verè humilior.parte.3. fo.177.D.

Regiminis dignitatem refugientium tria genera hominũ sunt,& per quos significantur.parte.2.fo.43.H.

Regimini temporali ex spirituali tria sunt necessaria,quę per contenta in arca veteris testamenti designantur.parte.2.fo.103.D.

Regimini populorum qui virtute laboriosa accommodi sunt, etsi scientiæ vacare delegerant,suscipiant experientiam tentationum pro vtilitate communi.parte.1.fo.92.F.

Regimen & cura animarũ(q̃ in actione consistit)& contemplationis status an simul haberi possint,& quãdo.pte.5.fo.153.G.

Regiminis iura omnis qui in commissis fidelibus possidet,quid aliud ęp terram incolendam tenet?parte.3.fo.59.F.

Reginæ solent molles esse & delicatę,nec seipsas ferentes præ teneritudine.parte.4.fo.81.B.

Reginę sexaginta quomodo Rab.Sal.hoc exponit.p.3.f.364.G.

Regio superna in ciuibus suis ex parte damna pertulit,ex parte fortiter sterit,vt electi angeli dum alios per superbiam cecidisse conspicerent,tanto robustius quanto humilius starent. parte.1.fo.340.E.

Regiones,vt cosmographi scribunt à flumine Indo,qui est ab oriente,vsq; Tygrim,qui aboccasu,hæsunt,Aracusa,Parthia, Assyria,Persida,& Media & montuosæ & asperæ.A septentrione habent Caucasum montem &c.parte.2.fo.293.E.

Regiones Indiæ præ cæteris Plinius dicit venis aureis abundare. parte.1.fo.37.B.D.

Regio elementaris tota subiecta est lationi astrorũ,vt omnis virtus eius inde gubernetur.parte.2.fo.65.B.

Regio Pentapolis est quinq; ciuitatũ subuersarũ à domino propter peccatum contra naturam &c.parte.3.fo.377.B.

Regnat non ætas sed mores.parte.5.folio.170.H.& fo.sequenti, A.& folio.108.B.

Regnum distinguitur à tyrannide,per hoc ęp tyrãnus propriam vtilitatem quærit per subditorum oppressionem,rex autẽ bonum commune quærit &c.parte.3.fo.149.G.

Regnum Christi vtrum sit vnũ de illis quæ Danieli ostensa sunt. Arguitur contra & pro,cũ responsione & solutionibus argumentorum.parte.4.fo.311.D.

Regnum meum non est hic,tic non dicitur,sed non est hinc,& quare.parte.6.fo.104.E.

Regnum Christi esse temporale credebant Iudæi sicut & apostoli ante ascensionem domini.parte.5.fo.172.D.

Regnum quare non acceptauit Christus,cum populus eum in regem rapere voluit,& cum esset suum ex diuina promissione. parte.5.fo.204.H.

Regnum Christi confirmatum est per duo.Primum, quia inter persecutiones atrocissimas creuit numerus Christianorum.Secundò,fuit multitudo & magnitudo miraculorum &c.parte. 3.fo.227.G.H.

Regnum Iudęorum cessasse ostenditur nato Iesu Christo.parte. 5.fo.11.A.C.

Regna quatuor successiue populum Iudaicum afflixerunt.parte. 4.fo.209.D.&.fo.212.E.& fo.352.A.B.& fo.353.G.& fo.407. E.Item parte.3.fo.103.B.

Regna quatuor quæ in paruo tempore fuerunt valde prosperata,& per quid significantur.parte.3.fo.338.G.

Regna significare per cornua,consuetudo est scripturarum.parte.4.fo.404.E.

Regna omnia contra se inuicem superbientia destruxit admiranda dei prouidentia,& enumerãtur.quomodo & per quos.parte.4.fo.41.E.

Regnum confertur à deo malis hominibus,aliquando ad punitionẽ peccatorum,aliqũ hoc fit etiam ad exercitium & flagellationem sanctorum.parte.4.fo.297.F.

Regnum Israel anteq; fuit in manu Dauid simpliciter,fuerat multipliciter afflictum & vastatum.parte.3.fo.169.C.

Regnum sacerdotale dicebatur in veteri Testamento.Nunc verò in nouo dicitur regale sacerdotium,& quare.parte.6.fo lio.220.B

Regnum Græcorum & regnum Romanorum probãtur esse diuersa contra quendam Hebræum conantẽ probare eorundem identitatem.parte.4.fo.311.H.

Regnum Christi & regnum Romanum non esse vnum & idem probatur.parte.4.fo.312.A.B.

Regnum nullam conditionem habet vitæ presentis.p.5.fo.21.F.

Regnum cęlorum duobus modis accipitur,aut supernũ in quo nondum sumus,aut præsens ecclesia in qua adhuc viuimus,& iam quodammodo regnamus.parte.5.fo.39.A.

Regnum cælorum quinq; modis accipitur. Primo pro ecclesia militante,secundo pro ecclesia triumphante,tertio pro lege Moysi,quarto pro euangelio Christi,quinto pro ipso Christo.parte.5.fo.35.C.

Regnum cælorum non fuit promissum in lege Mosaica in præmium,sed tantũ terrena.In lege autem gratiæ hoc fuit expresse ore Christi promissum.parte.3.fo.257.G.

Regnum æternum omnibus indifferenter datur,sed pro qualitate accipientium singulis distribuitur,& significatur per coronam interalilem.parte.1.fo.178.B.

Regnum cælorum quõ vim patitur à diebus Iohannis baptistę? Nisi essent inde aliqui expellendi,nũquam diceret pervim esse diripiendo,& nisi cum aliquibus nobis esset prælium,nõ diceret Apostolus:Nõ est nobis col.ad.car.&c.parte.1.fo.287.A.

Regularis disciplina dicitur sagena,& quare.parte.5.fo.46.H.

Regulæ religiosorum dicuntur a regẽdo:ex has iuratur malus religiosus,quomodo & quando.parte.2.fo.11.D.

Regula scripturarum est.Vbi manifestissima prophetia de futuris texitur,per incerta allegoriæ nõ extenuare quę scripta sunt. parte.4.fo.424.B.

Regulæ ponuntur sub quibus significationibus nominum,ad quas tribus per prophetas sermo domini dirigatur.parte.4.folio.332.A.

Regulæ duæ exponendi sacram scripturam.parte.3.fo.142.F.

Regulę septem exponendi sacram scripturam traduntur & vocãtur ab aliquibus claues,& quare.parte.1.fo.3.H.

Regulę quatuor sunt sacræ scripturæ,quibus quasi quatuor rotis tota diuina scriptura volutur.parte.1.fo.21.H.

Indignum est vt verba cælestis oraculi restringantur sub regulis Donati.parte.3.fo.4.G.

Regulis bene operandi non semper artabimur,sed completa operatione bona palma beatę retributionis est sperandа.Non em vasa semper in formis argillæ tenentur inclusa.parte.2.folio.217.G.

Regulę quatuor generales pro obseruantia oblationum in veletenendæ,quid,quibus,& quomodo cedebat.par.1.fo.225.C.

Regulus qui & basiliscus ex ouis aspidis generatur.pte.4.fo.96. E.& fo.29.A.& fo.34.A.

Regulus quomodo aliter accipitur.parte.5.fo.200.D.F.
Rel Relatores solent plus dicere q̄ sit in veritate.parte.2.fo.88.E.
Relaxantur quędam in futuro.Quod de minimis intelligendum est.parte.5.fo.96.E.
Religio à religando nomen accepit.parte.4.fo.369.A.Item parte.3.fo.149.D.
Religio omnis vnde exordium habuit.parte.6.fol.169.D.& fol.179.D.Item parte.4.fo.149.H.
Religionis professione firmatum,propositum cauendi recidiuū & etiam obseruatum,similitudinem habet ad angelicam vitā.parte.5.fo.69.H.
Religio est vinea spiritualis,cuius dominus Christus est,procurator,p̄sidens illi religioni.parte.5.fo.61.H.
Religio quęlibet potest dici templum,quę sic destruitur q̄ non manet lapis super lapidem quando non remanet ibi conformitas aliqua ad primum fundatorem.parte.5.fo.113.D.
Religio quęlibet approbata potest dici vitis,agricola religioni præsidens.Huius autem vitis palmites sunt religionem intrātes,quorum quidam non manent in vite sed apostatant,alij remanent & fructificant &c.parte.5.fo.230.D.
Religionem ingrediēs,quomodo,& qualiter debet se habere.parte.6.fo.172.D.
Religionis status,significatur per vas Petro apparens.parte.6.folio.183.H.
Religio peccatori est abominatio.parte.6.fo.231.F.
Religio omnis quantumcunq̄ bene steterit in obseruantijs regularibus,tamen multum declinasse videtur à paternis traditionibus.parte.6.fo.243.D.
Religiones duæ in generali, quarum vna est possessiones habētium,alia mendicantium,significantur submetaphora duarum mulierum adulterarum & vnius matris filiarum.Et vtraq̄ nō relinquit mores seculi.parte.4.fo.243.H.
Religiones duæ sunt possessiones habentes.s.monachi & canonici regulares,quorum temporalia bona frequenter vsurpare nititur terrena potestas.parte.4.fo.260.D.
Religionis statū valde dedecent pompæ in equitaturis & familijs.parte.4.fo.243.H.
Religionem ingressus & acidiosus existens,significatur per episcopum Laodicensem.parte.6.fo.246.D.
Religionem intrantes deuotè,qui consilio Christi dimittunt tēporalia,& ibi viuunt sanctè,consolationem recipiunt à domino gratiæ in præsenti,& gloriæ in futuro.parte.4.fo.226.H.
Religionem intrantes,aliqui ibidem proficiunt,aliqui deficiunt.parte.4.fo.24.D.
Religionis clausirum,per diabolum (quem Antiochus Epiphanes figurat)subuertitur,& ille multa abstulit à religiosis.parte.4.fo.430.H.
Religio significatur per Galileam,& quare.pte.4.fo.440.D.
Religionis Christianæ tres status notantur,duo in præsenti vbi meremur,tertius in futuro vbi triumphabimus.pte.3.fo.246.B.& multipliciter illi tres status figurantur.Ibidem.
Religionis diuinæ tanta est sanctitas,vt eam plerunq̄ etiam qui foris sunt venerentur,& cum his pacem habeant quos deo seruire perfectè considerant,quamuis religione discordent.parte.3.fo.314.E.
Religionē nō putāt homines esse sine auro & argēto,quia in his delectātur,& horū nitor perstringit oculos eorū.p.3.fo.380.A.
Religionem esse in diuitijs arbitratum est apud vetustos.Hic error vsq̄ ad nos peruenit.parte.4.fo.126.A.
Religio est vel creditur apud multos,quod cupiditas humana miratur,vt quanto ornatiora sunt templa,& pulchriora simulacra,tanto plus maiestatis habent vel habere dicuntur.parte.3.fo.380.B.
Religionem ingredienti debet prælatus omnia grauia religionis exprimere,& si fuerit promptus ad sustinēdum,recipitur eius sacrificium,quod facit de seipso per religionis ingressum.parte.1.fo.160.D.
Religionem si prudentes & literati homines ingrediuntur,consilium eorum propter nouitatem non est contemnendum,sed gratanter accipiendum.parte.1.fo.161.C.
Religionem ingredi,ad offerendum domino,personæ nōnullæ ineptæ sunt:Et figurantur per animalia inepta ad sacrificium.parte.1.fo.253.H.
Religionis ab ingressu qui deuotos quantum possunt,impediūt, & ingressos,per se & per alios impedire nituntur ab actu professionis,tales priuari merentur ab ingressu patriæ cælestis.parte.1.fo.357.H.
Religionis ingressum vel nouum sacerdotium qui inchoat,domum nouam ædificat.parte.1.fo.356.D.
Religionis habitum deuotè accipientibus,tanta gratia datur quā ta fidelibus in baptismo datur.parte.1.fo.60.D.
Religionem intrans tentat & probat deus per internam inspirationem sicut Abraham,dicens,Tolle Isaac.i.mundanum gaudium auferà te &c.parte.1.fo.78.D.
Religionis habitu quicq̄ insignes,abdita scripturarum(vt est mystica scientia in prophetis)illustrato corde penetrant,& assiduè legunt & meditantur.parte.2.fo.258.A.
Religionis status extractus de delitijs mundanis,significatur per Moysen qui fuit extractus de aquis.parte.1.fo.134.D.
Religionis status per Iacob peregrinantem insinuatur,in qua auctoritas & altitudo sunt &c.Altitudo religionis per scalam significatur,cuius latera sunt lectio & oratio deuota:gradus autem scalæ,sunt pœnitentiæ opera.parte.1.fo.89.H.
Religionis in deserto,non solum decalogi præcepta,sed etiā euangelij consilia saltem aliqua sunt seruāda.pte.1.fo.366.H.
Religio significatur per desertum.parte.2.fo.156.H.
Religionis status intelligitur per solitudinem.pte.1.fo.341.F.
Religionis status significatur per margaritam,& est vna &c.parte.5.fo.46.F.Item per sagenam.Ibidem.H.
Religio significatur per torcular,& quare.parte.4.fo.378.D.
Religio est quędam mors ciuilis,& ideo religiosi dicuntur mundo mortui.parte.2.fo.46.H.
Religionis ardua qui statū facere volunt.& non potentes recedunt à religione,significantur per illum qui querebat de primitate dignitatis.parte.5.fo.112.D.
Religionem intrantes possessiones habentium non ex deuotione,sed vt ex pauperibus diuites fiant,& ex cōemptibilibus honorati,significantur per Scribam,qui dixit Christo:Magister sequar te &c.parte.5.fo.31.D.& fo.215.H.
Religionis duplicis transgressio.s.possessiones habentiū & mendicantium,significatur per gentem Israel & Iudā.parte.7.folio.115.D.
Religionis castra qui ingreditur ad pugnandum contra demones & ideo egreditur de tenebris mundanæ conuersationis,significatur per istos qui egressi fuerunt de Aegypto ad pugnandū contra Chaldęos &c.parte.4.fo.160.H.
Religionis desertū & potissime mendicantium ingredienti,dicere congruit psalmus,Dominus regit me &c.pte.3.fo.113.H.
Religionis mendicantis locum intrans & fugiens à seculo tanq̄ à loco periculoso,confidens de diuina prouisione dicere habet psalmum,Dominus re.me &c.parte.3.fo.114.C.
Religionem querentes cum moribus secularibus,significantur per Gabaonitas.parte.2.fo.14.H.
Religionis clausurā professus,qui postea egreditur per tentationes diaboli,mundi,vel carnis,significatur per Semei.parte.2.folio.128.E.
Religionis habitu multi prediti sunt,& ab eis quibus præsunt importabile vectigal secularium rerum exigunt,& nihil saluti eorum,vel verbo,vel exemplo,vel pietatis opere complent aut conferunt.parte.2.fo.259.E.
Religionis cuiusq̄ probatę patet posse conuenienter significari per Manassen,qui interpretat obliuio,quā quilibet ingrediēs obliuisci debet populi sui & domus patris sui.pte.1.fo.334.D.
Religionem ingredi parentibus non licet,omissa cura filiorum omnino.parte.5.fo.31.H.
Religionis ingressum potest vouere filiusfamilias dum ad annos pubertatis venerit,sicut & matrimoniū potest contrahere,quia extūc est sui iuris in his quæ pertinēt ad psonā suā.p.1.f.317.H.
Religionis ingressum quando parentes impedire possunt,& quādo non.par.1.5.fo.31.G.
Religionis voto emisso,an filius teneatur exire clausirū propter necessitatem parentum,etiam contra voluntatem sui superioris.parte.5.fo.49.C.
Religionem intrare potest licitè alter coniugum ante carnalem copulam.Et vnde illud ecclesia traxit.parte.5.fo.192.D.
Religionem ingredientium vocatio ex secularibus hominibus significatur per vocationem Matthęi ad apostolatum,& quare.parte.5.fo.33.D.
Religiosi debent habere habitum distinctū secundū professionē ad quā sunt per votum astricti,sicut Iudęi habuerunt habitum distinctum in signum electionis.Vide de hoc comparationē, quare & quomodo.parte.1.fo.290.A.
Religiosorum tres regulæ per tria fata significantur.parte.5.folio.46.D.
Religiosi debent vti cibis frigidis & vestibus.parte.1.fol.269.H.
Religiosi & homines spirituales debēt in asperitate & austeritate

# Index in Glos. ordi.


viuere,& non in mollicie delitiarum. parte.5.folio.136.d.Item parte.2.fo.260.H.

Religiosis ad memoriam reducitur feruor deuotionis suæ in religionis ingressu,vt conuenientius arguatur tepor & remissio in progressu.parte.4.fo.112.H.

Religiosi debent orare pro pace ciuitatis vel regni in quibus habitant.parte.4.fo.149.H.

Religiosus bonus in claustro religionis significatur per Ieremiã clausum in atrio carceris.& quare.parte.4.fo.155.H.

Religiosi quidam sanctam & honestam habent consuetudinem, vt qui est hebdomadarius,per totam hebdomodam maneat intra claustrum.Et vnde hoc initium habuit.parte.5.fol.124.D.

Religiosus bonus contemplationi diuinæ intendens,tribulationẽ super populum imminenti,debet feruenter orare,vt deus eam auertat.parte.4.fo.366.H.

Religiosi boni omnia dimittentes amore Christi,debent esse purgati & colati ab omni impuritate peccati.parte.4.fo.426.H.

Religiosi vnum patrem vel fratrem &c.dimittentes, possessiones & agros relinquentes,recipiunt multos patres & fratres,& ex possessionibus omnium sustentantur.parte.5.fo.108.G.

Religiosi viri moribus & scientia impugnant arcem superbię,sed aliquando impediuntur quando potestas eorum restringitur vel suspenditur,& significantur per Ionathan.pte.4.fo.450.H. Item parte.2.fo. 259.H.

Religiosi pauperes necesse habent petere à potentibus huius seculi eleemosynarum subsidia,& econuerso potentes à religiosis orationum suffragia.parte.4.fo.451.H.

Religiosus bonus non debet fugere laborem in monasterij vel ecclesiæ regimine,quando ex boni prælati morte imminet periculum religionis monasterij,vel ecclesiæ.parte.4.fo.454.D.

Religiosi possunt intelligi per inhabitantes Ierusalem.parte.4. folio.23.D.

Religiosi siue sint nobiles genere vel de humili plebe,cõtenti sint eundem cibum sumere.parte.4.fo.29.D.

Religiosi significantur per domum Israel.parte.3.folio.257.D. & folio.260.D.

Religiosis mos est septem vicibus laudem dicere domino.parte. 3.fo.273.B.

Religiosi mendicantes à longo tempore plura scripserũt in theologia quàm alij,& quare.parte.3.fo.426. G.Item parte.2.folio.24.G.

Religiosi mendicantes inter alios magis obliuisci debent temporalium,& per quid hoc figuratur.parte.2.fo.24.G.

Religiosorum pauperum patres & eorum filij non habent immobilia bona,nec victum delicatum,nec mansionem stabilẽ, & quare,& per quem significantur.parte.2.fo.270.G.H.

Religiosorum status bona naturæ & fortunæ exponit pro mercede regni cęlorum,& significatur per Isachar.parte.2.fo.26.D

Religiosus bonus per obseruationem trium votorum efficitur triplicatus,& per quem significatur.parte.2.fo.123.D.

Religiosæ conuersationis,& simplicis fidei prima elementa sunt morum correctio,& disciplinæ emendatio.parte.2.fo.36.E.

Religiosi prædicatores in claustro vacare debent contemplatiuę vitæ per studium & orationem,& exterius actiuę,docendo populum exemplo vitæ & verbo doctrinæ.parte.1.fo.374.H.

Religiosi ad ædificationem aliorum apti,ad prædicandum & cõfessiones audiendum,à suis superioribus sunt mittendi.parte. 1.folio.334.D.

Religiosus bonus verbo & exẽplo,superbos reducit ad humilitatem bonorum,& sic vertit nomina eorum & facit eos habitacula dei &c.& per quem significatur.parte.1.fo.334.D.

Religiosi docendo populum verbo & exemplo,& pro bono statu populi deprecando,dati sunt à deo quasi murus defensionis post prælatos ecclesię populo Christiano.parte.1.fo.272.H.

Religiosus qui sub habitu religioso seculariter viuit.per quid significatur.parte.1.fo.247.H.

Religiosorum in congregatione seu aliorum bonorum,non debet esse aliquis bonis operibus sterilis.parte.1.fo.173.H.

Religiosi & clerici deputati ad cultum dei,significantur per aues volantes.parte.1.fo.214.H.

Religiosi multi Christiani in cœnobijs magnis ducentorum,trecentorum,& amplius monachorum per gladium Saracenorũ transierunt ad regnum cęlorum.parte.6.fo.262.B.

Religiosi qui gemere debent pro peccatis proprijs ac etiam populi,significantur per turtures.parte.1.fo.214.H.

Religiosi dicuntur mortui mundo,sicut Leuitæ consecrati diuino cultui dicebantur mortui.parte.1,fo,264.H.

Religiosi habitantes in amaritudine pœnitentię & luctu significãtur per Meraritas.parte.1.fo.269.H.

Religiosorum noui Testa.figura præcessit in Nacareis,& in quibus.parte.1.fo.274.D.

Religiosus postq̃ profecit in doctrina seculari ad claustrum redire debet,ad agendum deo gratias,& orationi studioq̃ vacandum.parte.1.fo.62.D.

Religiosus subditos malos & rebelles debet ab alijs separare per reclusionem vel electionem de ordine,durum tamen debet esse prælato q̃uis hoc cogatur facere ratione.parte.1.fo.76.D.

Religiosi mendicantes tres puteos foderunt per quos significantur prædicatio,confessio,lectio,pro duobus primis contendebant pastores,ne in suis ecclesijs prędicarent.parte.1.fol.86.H.

Religiosos pauperes impugnant plerunq; sacerdotes & clerici,& subditos suos impediunt ne pro confessionibus recurrant ad eos ad habendum sanius consilium,& per quos significantur. parte.2.fo.152.H.Item parte.4.fo.418.D.

Religiosi pauperes sunt parati fructificare in ecclesia dei.Sed clerici & diuites religiosi mali dissecant eos,impedientes prędicationes eorum,& consilia confessionum.parte.4.fo.360.C.

Religiosi boni intelliguntur per bonas ficus,& è regione per malas ficus mali religiosi.parte.4.fo.144. G. Item pte.2.fo.15.D.

Religiosi primi in desertis habitauerunt:Sed nunc migrauerunt ad habitandum in ciuitatibus.parte.4.fo.180.C.

Religiosi primi contemplationi vacantes,tumultus secularium fugerunt,sed modo mutatum est prædicamentum:quia multi se ingerunt negocijs secularium,vt ascendant ad prælationis statum.parte.3.fo.131.H.

Religiosi possessionem habentes,similiter mendicantes nõ cõueniunt in ecclesia ad solẽnitatem.& quare.parte.4.fo.180.D.

Religiosi dicuntur cor,& quare.Sed nunc est subuersum,& quomodo,parte.4.fo.183.H.

Religiosi qui in claustro debent esse clausi,expositi sunt tumultibus secularium negociorum.parte.4.fo.195.H.

Religiosi multum solliciti sunt de receptione nouiciorum,& postea non curant de bona nutritione eorum.parte.4.fo.196.D. Sed faciunt eos peiores multipliciter.fo.359.H.

Religiosi alios ad religionis ingressum inducentes,& postea sua peruersa vita scandalizantes,assimilantur hypocritis.parte.5. folio.71.F.H.

Religiosi mendicantes citius declinauerunt, vt videtur,à perfectione patrum suorum,q̃ alij.parte.4.fo.244.C.

Religioso cuidam prædicanti contra vanitates mundi,quidam mordaciter respondit:Frater compatiamini mundo,quia vanitas etiã religionem intrauit.parte.4.fo.373.H.

Religiosi frequenter operantur ad salutem popularium cosulendo populis,& prædicando verbũ dei:ipsi tamẽ hac salute priuãtur in personis proprijs,suis operibus & intentionibus peruersis.parte.1.fo.321.H.

Religiosi carnales q̃uis sint literati,non tamen sunt inter seculares mittendi:quia plus nocerent mala vita q̃ proficerẽt doctrina,eo q̃ in moralibus magis mouẽt facta q̃ verba.p.1.f.334.E

Religiosus vel clericus pro patenti crimine infamis effectus,cadauer dicitur.Et dicitur pendens in ligno.i.in aperto,nam ex eo maius scandalum nascitur q̃ ex laico.& ideo debet sepeliri per inclusionem.parte.1.fo.355.F.

Religiosi mali & clerici ad dei cultum deputati,concupiscentias mundanorũ videntes,inducunt ex hoc diluuium viciorũ.Nã laici imitantur mala eorum,dicentes:Quare non faceremus talia,cum sacerdotes,clerici,& religiosi faciant ea?pte.1 fo.50.D.

Religiosi,officium religionis assumentes,non pro augendis virtutibus,sed pro requirendis subsidijs temporalibus,per quem designentur.parte.5.fo.205.D.

Religiosi quidam Christum relinquentes cui elegerunt seruire, quęrunt excellentias cum militibus,& pecunias cum mercatoribus,& delitias cum carnalibus.parte.4.fo.113.D.

Religiosorum inuerecundia arguitur sub meraphora meretricis inuerecundæ,qui gerunt se sicut seculares.parte.4.fol.114.H.

Religiosorum malicia videtur minus curabilis q̃ secularium cõmunium &c.parte.4.fo.116.D.& fo.144.G.

Religiosi mali & ingrati qui non sunt contenti conuentualibus sibi ministratis,cum tamen frequenter talia & pauciora sufficiissent eis in seculo.parte.3.fol.198.H.Item parte.2.fo.165.H.& fo.297.H.Item parte.1,fo.156.H.& fo.281.H.

Religiosi quidam pauperes ex defectu victus & vestitus iniustè murmurant contra suos superiores,emendare non potentes, cum tamen in religionis ingressu ordinis grauia diligenter eis fuerunt

eis fuerũt explicata. Et de hoc figura. parte. 1. fo. 194. D.

Religiosi quidam modica diligenter obseruant, & negligunt maiora, vt magis ponderant silentij fractionem vel inclinationis omissionẽ, q̃ defraudationẽ proximi, vel aliquid huiusmodi pro monasterij sui vtilitate tẽporali. pte. 5. fo. 71. H. & f. 156. D.

Religiosi multi profitẽt seruare magna. s. euangelica cõsilia, cũ tñ nõ obseruãt etiã p̃cepta: ꝓpter quod seculares etiã pc̃tores, tñ postea pœnitentes, eis corã dño præponunt. pte. 5. fo. 65. D.

Religiosi frustra gloriant, q̃ sint filij secũdũ habitũ alicuius sancti nili opera sua secundũ possibilitatẽ imitentur. pte. 5. fo. 212. H.

Religiosi multi magis adhærent aliquibus opinionibus, eo q̃ sunt opiniones magistrorum sui ordinis, vel patriq̃, quàm pro pro ipsa veritate. Et significantur per discipulos Iohãnis bap. parte. 5. fo. 196. H.

Religiosus professus qui per blanditias mulieris deceptus trahitur ad impudicos tactus & amplexus, significatur per Samsonem deceptum à Dalida. pte. 2. fo. 51. D.

Religiosi ad bonum opus tepidi qui ante religionis ingressum erant fortes & agiles ad luctandum & saltandum, significantur per Samsonem, qui ante tonsionẽ capillorum fuit fortissimus. parte. 2. fol. 51. D.

Religiosi pingues redditibus! in cupiditate clerum imitantes, per quos significentur. parte. 4. fo. 417. D.

Religiosi mali qui reuertuntur post professionem ad modum viuendi secularem, per quem significentur. parte. 4. folio. 343. D. & fo. 430. D.

Religiosi cõtumaces & apostatæ multi reuertuntur magis coacti fame & nuditate q̃ deuotione. parte. 4. fo. 117. D.

Religiosorum peccata grauiora sunt quàm secularium cęteris paribus. parte. 4. fo. 238. H.

Religiosi proprietarij morientes ecclesiastica sepultura carebunt. parte. 6. fo. 172. G. H.

Religiosę personę viri vel fœminę proprietatis vicio deprauatę, per Ananiam & vxorem eius significantur. parte. 6. fo. 172. H.

Religiosi proprietarij significantur per Ephraitas. parte. 2. folio. 48. D.

Religiosus malus furatur regulam auream &c. parte. 2. fo. 11. D.

Religiosi rebelles & clerici facientes litigia & appellationes, declinant à veritate euangelica. parte. 4. fo. 128. D.

Religiosus vel secularis insufficiens scięntia pariter & vita, cum ad ecclesiæ regimen eligitur, est quasi lignum quod de saltu accipitur vt inde fiat idolum. parte. 4. fo. 126. C.

Religiosi debent obliuisci domum patris sui, sed sunt inter eos aliqui valde mali. vnde Augu. Sicut non inueni meliores his qui in monasterio profecerunt, ita non inueni deteriores illis qui in ipsis defecerunt, & per quid significantur. parte. 1. folio. 320. D.

Religiosi per multi licet habeant malam vitam, multi tñ eorum habent sanã doctrinã, & sic per bonã doctrinã alios ad terram viuentiũ inducũt, & ab ea seipsos per malã vitã excludũt. Ibidẽ

Religiosorum status significatur per hortos. parte. 4. fo. 370. A. Et per Nacareos. folio. 436. H. Et per ligna cedrina. parte. 2. folio. 131. D. Et per filios prophetarum. fo. 165. H. Et per vberem oliuam. parte. 4. fo. 128. D.

Religiosi nõ dimittentes mores & gestus parentum secularium, inaniter habitum sumunt religiosum. Exemplum de asino qui assumpsit pellem leonis. parte. 1. fo. 60. D.

Relinquit multum qui cum re possessa, etiam concupiscentijs renunciauit. parte. 5. fo. 60. D.

Relinquere oĩa, & renunciare omnibus differũt. pte. 5. fo. 164. C.

Relinquere omnia sicut etiam Socrates fecit, non saluat, sed etiã sequi oportet Christum. parte. 5. fo. 60. D.

Reliquię cogitationis dicuntur memorię de aliquo facto. parte. 3. folio. 194. F.

Reliquię Israel in extremo creditur̃ per quem significantur. parte. 2. fo. 43. E. & fo. 58. A.

Remedia cõtra peccata fuerunt tria ante baptismum, & tria post baptismum. parte. 2. fo. 26. G. H.

Remedia propter quę deus parcit populo siue cõmunitati, sunt quatuor, scilicet populi iusticia, sacerdotum sanctimonia, templi sanctitas, & doctorum veritas. parte. 4. fo. 118. F.

Remigius qui fecit librum de interpretationibus nominum Hebraicorum, videtur parum sciuisse de Hebraico, quia in pluribus interpretationibus defecit, propter quod Hieronymus frequenter eum redarguit. parte. 1. fo. 113. C.

Reminisci licet debeamus bonorum actuum nostrorum, tamen peccatorum nostrorũ frequẽtius debemus memorari, dolẽdo de ipsis, & veniam postulando, & quare. parte. 1. folio. 341. H.

Reminisci debemus nostræ primæ conditionis, & dum hoc cogitamus q̃ primus pater factus est vermis & cinis, & nos in cineres redituros non dubitamus. parte. 1. fo. 216. F. G.

Remissibile est peccatum hominis, sed remissio actualis est occulta nobis. parte. 3. fo. 27. D.

Remissiones quanq̃ sunt in euangelijs audi. Prima in baptismo, secũda in martyrio, tertia p̃ eleemosynã, quarta, quia fratribus remittimus. quinta &c. sexta &c. septima &c. parte. 1. fo. 217. E.

Remissio pœnę & culpę quàm differenter, & per quid significentur. parte. 3. fo. 238. C. & fo. 239. A. B.

Remissionis culpę impedimentum, est eius celatio sub sanctitatis specie. parte. 3. fo. 128. F.

Remissio offensę quot modis fiat, & quo modo deus remittat. parte. 3. fo. 229. E.

Remissio offensę est de necessitate, sed non remissio iniurię. pte. 5. fo. 111. B. Item parte. 3. fo. 416. G.

Remissio peccatorum non datur alicui sine propria fide, sed sanitas & aliquid huiusmodi dari bene potest alicui propter fidem alienam. parte. 5. fo. 32. G.

Remissionis duplex effectus, scilicet carere pœna, & frui gloria. parte. 6. fo. 9. F.

Remittere, non imputare, tegere, eiusdem rationis & sensus sunt verba. parte. 6. fo. 11. A.

Remota à naturali cognitione humana sunt in triplici gradu, & horum subdiuisio. parte. 3. fo. 83. H.

Renascitur homo duobus, aqua & igne spiritus, sicut duobus cõ Rensti. 1. corpore & anima. parte. 5. fo. 15. A.

Renatus nisi quis fuerit ex aqua &c. quia peccatum vnius transit in oẽs, ideo legislator virũ de quo egreditur semẽ ꝓ generandis filijs, sed & mulierẽ quæ, cõcepit, lauari p̃cepit. Corpus em̃ ab originali sordidũ, semẽ trãsfundit immũdũ &c. p. 1. f. 241. A.

Renes sunt genitalium feminum ministeria, cum ventre & femoribus communicantes. parte. 1. fo. 218. E.

Renum & cordis est quędam affinitas. parte. 1. fo. 218. E.

In renibus carnis delectatio accipitur. parte. 1. fo. 147. A.

Renibus propagatio carnalis, & in fide virtutum generatio spiritualis designatur. parte. 4. fo. 191. C.

Renouabitur corpus humanum in resurrectione ad immortalitatem, ad quam & quo modo. parte. 1. fo. 28. B.

Renouatio hominis in septenario potest figurari, & quomodo. parte. 3. fo. 423. B.

Renunciare his quę possident non sunt plerię idonei, etiamsi & moribus perfecti, & communicent sacramentis ecclesiasticis & spiritualibus magistris. parte. 2. fo. 300. A.

Renunciare qui mũdo & prauis operibus volunt, sęuioribus tentationibus a diabolo impugnantur. parte. 1. fo. 134. F.

Renunciantibus omnibus, & renunciare prædicantibus dicitur: Videte quomodo seducuntur homines, & peruertuntur adolescentes, ne militent &c. Quid est seruire deo? laborare nolũt, & ocij occasiones quęrunt &c. & de hoc figura. parte. 1. folio. 134. E. F.

Renunciationis initiũ illi non accipiant, quibus melius est vt in actiua vita cõsistant, quàm tepidè contemplationem exequentes, maiori se discrimini inuoluant. parte. 1. fo. 353. E.

Renunciaturum seculo retardat duplex retinaculum. parte. 1. folio. 19. D.

Repetere sua, an, quando, qualiter, & quo mõ licet pfectis & religiosis & imperfectis. pte. 6. f. 40. F. H. & f. 113. C. Itẽ p. 1. f. 19. F. Rep

Repetitur sæpe quod per gaudium dicitur. parte. 3. fo. 15. A.

Reprehẽdere si vis aliquem, primũ vide vtrum similis sis ei. Qđ si es, pariter ingemisce. Quòd si nõ es similis, tamen quia olim fuisti vel esse potuisti, condescende: & non ex odio, sed ex misericordia argue. parte. 5. fo. 28. B. & fo. 142. F.

Reprehendendus non est aliquis tempore quo est vehementer cõtristatus, & ad irã dispositus, quia alias videtur reprehensor potius quærere subuersionem quàm correctionem. parte. 3. folio. 20. F. & fo. 10. C. & fo. 36. B.

Reprehensibilem se esse tanto amplius quisq̃ cognoscit, quanto maioris gratiæ lumen percipit. parte. 3. fo. 82. D.

Reprehensor iustus ille qui non habet in se quod reprehendatur, Hic est inter homines solus Christus. parte. 3. fo. 157. E.

eprehensor quomodo possit à detractione excusari, & quot & quæ illa sint. parte. 3. fo. 20. F.

Reprobatio dei in punitione iniustorum & malorum nullam habet iniusticiam, & accipitur dupliciter. Vno modo largè, alio modo propriè. parte. 6. fo. 21. H.

Reprobi cum redarguere electos ex infirmitate actionis non valent, ex crimine tumoris accusant. parte. 3. fo. 28. F.

# Index in Glos. ordi.


Reprobi plærunque eo magis contra deum superbiunt, quo ab eius largitate & contra meritum ditantur. pte. 3. fol. 30. A. D.
Reprobi zelum rectitudinis, vel spiritualem gratiam sanctæ prædicationis insaniam furoris æstimant. parte. 3. fo. 39. A.
Reprobi cum iniquitate sua corripiuntur, quibus valent tergiuersationibus se excusare conantur, & quasi quasdam defensionis squamas obiiciunt. parte. 3. fo. 80. A.
Reprobi non tantum virtutes non assequi, sed & persequi, & quãtum valent in bonis obruere festinant. parte. 3. fo. 329. E.
Reprobis hic licet ad deum venire in iudicium: quod non tunc, etsi desiderarent. Hoc iudicium est quo hic nos iudicamus. parte. 3. fol. 64. F.
Reprobi non resurgent ad gloriam, sed ad pœnam & ignominiam. parte. 4. fo. 49. H.
Reprobi & hæretici tempore Antichristi, detecta eius falsitate, omnes finaliter ad Christum conuertentur. parte. 6. fol. 126. F.
Repudiare vxorem quando & quot modis fieri potuit. parte. 5. fol. 60. H. Item parte. 1. fo. 358. E.
Repudij libellus an & quomodo licitus erat. parte. 1. fol. 358. E.
Repudij libellum quare Moyses permisit. parte. 5. folio. 21. F. G.
Repudij libellus quare datus fuit & ob quas causas. parte. 5. folio 60. H. & folio. 61. A.
Repudio facto supermanet vinculum, sed in veteri Testamento vterque permittebatur nubere, & quare. parte. 5. fo. 61. G.
Repudium an sit de expresso mandato dei. parte. 5. fol. 60. H. & folio. 61. G.
Repudiũ siue repudiatio vxoris in lege antiqua & nunc, quomodo sit vel fuerit licita. parte. 1. fo. 358. H. & fo. 360. E.
Req Requies mensę est refectio satietatis internæ, quę pinguedine plena dicitur. parte. 3. fo. 67. A.
Requies duobus modis dicit. s. vel à cessatione ab opere, vel pro completione desiderij: & secundum hoc dicitur requies sanctorum. parte. 1. fol. 34. D. H.
Requies tres enumerantur. Vna sabbati. secunda in Palestina, tertia vera, quæ in cælo. parte. 6. fo. 139. A.
Requies beatorum vtrum fuit præfigurata per requiem filiorum Israel in terra promissionis. Arguitur contra & pro, cum respõsione & solutionibus argumentorum. parte. 6. fo. 41. F. G.
Requiem sanctis in hoc mundo non esse promissam per nouum Testamentum, significat columba. parte. 1. fo. 54. E.
Requies patrię cælestis significatur per annum quinquagesimũ, propter quod dicebatur iubilæus &c. & quare. parte. 1. folio 258. H.
Requiescere quomodo dicatur de⁹, & multis modis intelligitur. parte. 3. fo. 34. C. D. E.
Requieuisse quomodo dicitur deus in die sabbati ab operib⁹ suis, cum non videamus vel tunc factum esse in die septima, vel etiam nunc fieri. parte. 1. fo. 315. C.
Requieuisse in seipso quomodo dicitur de⁹ in die septimo, cum scriptum sit, Et requieuit deus die septima, quasi non in seipso. Quid est ergo dies septimus? & quomodo requieuit in die septimo quem non fecit? parte. 1. fo. 34. F. & fol. 39. E.
Requieuisse licet dicatur deus à faciendis generibus creaturæ vsque nunc, tamen operatur administratione eorundem generum, quæ tunc instituta sunt. parte. 1. fo. 34. C. D. & fo. 315. B.
Res Res vna multis sermonibus dicitur. parte. 4. fol. 238. A.
Res naturalis quælibet eoipso quòd naturali desiderio appetit aliquod bonum, quodammodo clamat ad deum. parte. 3. folio. 73. D.
Res eadem significat diuersa, & aliquando oppositа, propter diuersas sui proprietates. parte. 3. folio. 289. H. Item parte. 2. folio 51. D. & folio. 135. E. Item parte. 1. folio. 24. D. Item parte. 5. folio. 51. G.
Non res ac sensus propter literas: sed literæ ob manifestationem rerum sunt repertæ. parte. 2. fo. 86. F. Interl.
Rerum substantia simul creata est, sed non simul per species formata est: & simul extitit per substantiam materiæ, nõ simul apparuit per speciem formæ. parte. 3. fo. 404. A.
Res duas fecit deus ante omne tempus: angelicam creaturam, & materiam informem. parte. 1. fol. 23. E.
Rebus corporeis insunt per omnia elementa quædam occultę seminarię rationes: quibus cum data fuerit opportunitas temporalis atque causalis, prorũpunt in species debitas, suis. s. modis & finibus. parte. 1. fo. 138. A.
Rerum omnium formatio & distinctio duplici modo à doctoribus datur. parte. 6. fo. 226. H. & fo. 227. C.
Res aliquas deus duobus modis considerat. s. secundũ merita, & secundum rei naturam, & secundum suum consilium. parte. 4. fol. 68. B.
Res quæ est figura vel signum alicuius potest tripliciter considerari. parte. 6. fol. 134. H.
Res concussa huc & illuc agitur. parte. 3. fo. 71. E.
Res nulla seipsam gignit, vel ad esse producit. parte. 3. fo. 411. B.
Res perditur quando non attingit proprium & debitum finem, quod patet de medicina, & vita præsenti. parte. 5. fo. 38. F.
Res dicitur demonstrari, quando de nouo alijs innotescit. parte. 5. folio. 202. D.
Res quælibet sæpe per historiam virt⁹ est, per significationem culpa. sicut aliquando culpa in facto, in scripto prophetię virtus. parte. 2. folio. 108. B.
Rem alienam qui cupis occulte, interius fidem perdis, seruis enim non charitate sed fraude, velut amans eum quem mori desideras, vt succedas. parte. 1. fol. 148. A.
Res tantum valet quantum vendi potest. parte. 1. fol. 114. D.
Res aliqua in sacra scriptura dicitur fieri secundum acquisitionem alicuius dispositionis accidentalis. parte. 1. fol. 25. C.
Res temporalis fit in itinere, desideretur æterna in peruentione. parte. 2. fol. 298. E.
Reseph vt tradunt Hebræi, nomẽ est dæmonis qui principatum tenet inter alios, ipsumq; esse qui in paradiso mulieri locutus sit, & quare sic dictus. parte. 4. fol. 394. F.
Resina quid sit, & quoruplex sit, & ad quid valeat. parte. 4. fol. 167. A. & fol. 124. G.
Resina cedrina liniti libri nec tinea nec senectute deficiunt. parte 3. folio. 412. A.
Resistere malo, & non resistere malo, quando bonum vel malũ est. parte. 6. fol. 282. H.
Resistere malo aliquando est præceptum, & aliquando consilium, & aliquando non resistere est malum. parte. 5. fol. 22. G.
Respicere dei quid sit. parte. 3. fol. 54. A.
Respicitur plerunq; res quælibet innocenti mente, sed in ipo conspectu animus concupiscentiæ gladio confoditur, & de hoc exemplum. parte. 2. fo. 108. B.
Respiratio in hominibus licet fiat per os & per nares, tamen illa quæ fit per nares est melior, & est respiratio vitæ humanæ saluatio. parte. 4. fo. 198. H. Item parte. 3. fo. 51. G.
Respondere nostrum ad vocationem dei quid est. parte. 3. fol. 32. B. & quando ipse respondet. Ibidem. & fo. 82. A.
Respondere, est factis digna recompensare. parte. 3. fol. 26. B.
Responde stulto iuxta stulticiam suam, & Non responde stulto &c. non sunt contraria. parte. 3. fo. 334. A.
Respondens inepto verbo iram discordiamq; fraterno ex corde prouocat, & quasi vltra modum emungens vbera, elicit sanguinem. parte. 3. fo. 338. F.
Respondens prius quàm audiat, stultum se esse demonstrat. Hoc dupliciter exponitur. parte. 3. fo. 34. A.
Responsioni accingit se, qui nequit recta pati, negligens corrigi. parte. 3. folio. 28. A.
Responsionis diuinæ triplex modus. parte. 3. fo. 62. C.
Responsum accipit gratum, qui modestè proximum alloquitur & quasi de vberibus in quibus lac quærebat, butyrum exprimit. parte. 3. fol. 338. F.
Restitutio in veteri lege, quare præcipitur in bobus & ouibus, cum in alijs rebus sufficiat reddere duplum. parte. 1. folio. 170. B.
Restitutio virtutis & gratiæ adiuuatur per quatuor. Primum est pura confessio, secundum præseruatio à recidiuo, tertium boni operis multiplicatio, quartum propriæ conscientiæ testificatio &c. parte. 3. fo. 169. G. & fo. 170. A.
Resurgent corpora in quantitate, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. parte. 6. fo. 94. B. E.
Resurgentium conditio & gradus. Item eorundem diuersitas q̃tum ad electos & reprobos. parte. 4. fo. 327. B.
Resurgere idem numero quomodo fieri possit, cum corruptibile & incorruptibile genere differant &c. parte. 6. folio. 60. D. Item parte. 3. folio. 41. H.
Resurrectio quid est. parte. 6. fo. 163. F.
Resurrectiones duę sunt. parte. 5. fo. 60. A.
Resurrectio duplex, animæ. s. & corporis. parte. 6. fo. 4. C. & folio 125. A. Item parte. 3. fol. 87. E.
Resurrectio hominis futura ostenditur per rationem. parte. 3. folio. 33. D.
Resurrectionis necessitas accipitur ex tribus. pte. 6. fo. 60. C.
Resurrectionẽ futurã cõcesserũt qdã philosophi, & et Iudęi, filii & Saraceni

Saraceni,sed aliter & aliter.par.6.fo. 59. B. Item parte,3. folio 21.D.& fo.23.G.

Resurrectionem futuram non esse omnium simul,dixit Lactantius,sed error est,sed successiuè secundum dignitates.parte.6. folio.60.B.

In resurrectione vnusquisq; aut in tribu Ruben spiritalibus indicijs ascribitur,quia.s.aliquid in actibus vel in moribus simile & consanguineum habuit.Alius in tribu Symeon,& quare, & sic de reliquis tribubus.parte.1.folio.265.E.& folio.325.B. & folio.326.A.

Ad resurrectionem bonorum qui vult peruenire, offerat verò sacerdoti.i.Christo castitatem mentis & corporis & simplicitatem in fide catholica.par.1.fo.274.F.

Resurrectio nostra potest triduano numero signari,quia dominus die tertia resurrexit.par.2.fo.248.E.

Resurrectio domini in floritione virgę Aaron figuratur:cunctis enim virgis in ariditate remanentibus,virga Leui ad florem rediit,sic corpus domini in mortis ariditate positum,in florē resurrectionis erupit.par.1.fo.292.F.

Resurrectionis dominicæ solennia singulis annis celebramus,& quare.par.4.fo.455.F.

Resurrectionis dominicæ festiuitas significatur per solennitatem paschalem veteris legis.pte.1.fo.348.H.

Resurrectio domini per circunciſionē figuratur.p.5.fo.127.A.B.

Resurrexit Christus primus ad vitam immortalem,Lazarus & alij resurrexerunt ad vitam mortalem:ideo rursus mortui,parte.6.fo.58.C.& fo.104.H.

Resurrectio Christi probatur fuisse vera ex parte corporis,& ex parte animę.pte.6.fo.163.F.G.

Resurrectio Christi vtrum debuit argumentis probari.parte.6. fo.163.F.& fo.166.D.

Resurrectio spiritualis à morte culpæ ad vitam gratiæ, quæ est arra gloriæ.par.5.fo.69.H

Ret Retrahentia à malo tria sunt specialiter.s.vicij fœtor,iudicij terror,supplicij horror.parte.2.fo.253.H.& fo. 258.D.

Retribuere deus nobis dicitur,& non tribuere,& quare.parte.3. folio.258.F.

Retribuit deus dupliciter hic in præsenti & in futuro.parte.3,folio.109.A.

Retribuit deus aliquando per alios,vel pungens vel medicans p dolorem ,aliquando per se&c.parte.4.fo.174.F.

Retributio perfecta non est in anima sine corpore, ad qđ informandum habet naturalem inclinationem.par.3.fo.33.C.

Retributionis initium est,in obitu securitas mentis.par.3.f.17.F

Retributio finalis,an possit dici seminatio vel fructus seminum. par.4.fo.54.A.C.

Retribuuntur mala pro malis,vel bona pro bonis,vel bona ,p malis,aut mala pro bonis. Duæ priores pertinent ad iusticiā, tertia ad misericordiam,quartam nescit deus.p.3.fo .263.F.

Reu Reuelare possunt veritates aliquas hominib⁹ angeli boni & mali,sub differentia tamen.par.1.fo.301.H.& fo.345.G.H.

Reuelatio quid est.par.6.fo.55.E.& fo.75.H.

Reuelatio est quædam diuinę præscientię impressio.parte.4.folio.322.D.

Reuelationes diuinæ sunt sermones dei,quæ fiunt primò angelis superioribus,& per illos medijs,& per medios inferioribus, & per inferiores sanctis hominibus.par.3.fo.238.G.

Reuelatio de diuinis in ve.Test.erat imperfecta ,sub velaminib⁹ & figuris.pte.5.fo.187.B.

Reuelationes diuinæ secundum processum temporis procedūt de imperfecto ad perfectum,sicut ars & natura.par.2.fo.67.C

Reuelationes factæ patribus ve.Test.de mysterio Christi & futura beatitudine clariores factæ sunt posterioribus q̄ primis,parte.1.fo.90.B.& fo.119.F.

Reuelatio veritatis quę fit à deo & angelis bonis, non solum fit hominibus bonis,sed etiam aliquando malis.parte.1.folio. 301.H

Reuelatio quæ fit à deo & ab angelis sanctis,nullam continet falsitatem,sed illa quæ fit à dæmonibus frequenter habet admixtam falsitatem.par.1.fo.301.H.

Reuelatio cum fit hominibus per dæmones,tales dicuntur ,pphetæ dæmonum. Cum autem à deo fit,immediate vel mediantibus sanctis angelis,dicuntur prophetæ dei.par.1.fo.301.H.

Reuelatio prophetica est quædam impressio cognitionis diuinę facta in mente prophetę,futurum autem contingens duplicter cognoscitur.par.1.fo.351.F.

Reuelatio prophetica licet fiat multis modis, tamen duo modi sunt magis generales.par.2.fo.122.C.

Reuelatio aliquando fit per visionem corporalem,aliquando p visionem imaginariam,aliquando per visionem intellectualē tantum.par.6.fo.133.H.

Reuelationes diuinæ solent fieri mentibus quietatis, & à perturbationibus passionum sedatis.par.1.fo.62.G.

Reuelationes diuinę fiunt habitantibus in deserto pœnitentię.pte.5.fo.189.H.

Reuelationes ad instructionem hominum,frequentius dantur de nocte q̄ de die,quando animanon est impedita exteriorib⁹ tumultibus.par.3.fo.65.H.

Reuelationes falsæ designantur per oculos ceti,quas tanq̄ veras recipiunt prophetæ diaboli.parte.3.fo.80.D.

Reuelationes indebito modo factæ peccatorum occultorum & personarum,ad diuersorum statuum personas designantur & prohibentur.parte.1.fo.245.D.E.

Reuelatio & indebita detectio criminis fit duodecim modis,& enumerantur.par.1.fo.246.C.D.

Reuelationes diuinæ circa dimissionem peccati sunt plures. parte.3.fo.128.D.

Reuelationem clariorem an habuerit Iacob de mysterio Christi & futura beatitudine q̄ ipse Abraham.par.1.folio.119.C.F.& fo.120.G.H.& fo.121.F.G.

Reuerentia,honor & gloria, habent se per additionem .parte.3. folio.313.B.

Reuerentia est,quando aliquis defert honorem alicui quacunq; ex causa,etiamsi ex timore hoc faciat.Ibidem.

Reuerentia aliqua seu seruit⁹ exterior,vna vel plures,est soli deo exhibenda seu exhibendæ.In hoc doc.Hebræi & Latini conueniunt,sed quæ sit illa vel illę,variè dicitur.par.2.fo.309.B.

Reuereti est cum timore honorem impendere.par.5.fo.159.A.

Reuertentes de negociationibus seu peregrinationibus,prius debent gratias agere de diuina protectione,q̄ se ponant ad narrandum rumores & truphas.pte.2.fo.290.G.

Reum quis iudicat,qui qđ confessus est lingua,voluntate se ,p tulisse negat.parte.1.fo.237.E.

Rex institutus per vnctionem ,est filius episcopi in spiritualibus, Rex
& eius dominus in temporalibus.par.5.fo.112.D.

Rex à regendo dictus est,si ergo in te animus regnat,& corp⁹ obtemperat &c.meritò rex vocaris.par.2.fo.37.B.

Reges sunt qui tentationum suarum motibus non consentiendo succumbere,sed regendo præesse nouerunt.parte.3. fo.lio 66.E.H.

Regem te omnium esse facis,si regnat Christus in te.parte.2.folio.37.B.

Reges dicuntur sancti, quia adhuc viuentes in terris domuerunt motus sensualitatis.par.2.fo.163.H.& fo.209.F.

Rex vocatur quicunq; sanctus,qui viciorum bella in se vincere, virgulta maliciæ nouit extirpare.par.3.fo.329.A.

Reges & principes dicuntur sodales dei,eo q̄ cum eo participāt in nomine.Dicuntur em̄ reges & domini sicut ipse deus, vt dicit Ra.Sa.par.3.fo.356.G.

Rex bon⁹ vel princeps qui se recognoscit esse facturam dei,& in principio regni sui erigit animum suum ad quęrendum honorem dei,& bonum populi sui sibi cōmissi,significatur per Asa regem &c.pte.2.fo.223.H.

Rex bonus debet esse gratus subditis sibi de facto fidelitatis & pietatis.par.2.fo.98.G.

Rex bonus nullus potest esse in regimine sui & aliorum, nisi ab ijciat à se superbię vicium.par.2.fo.79.H.

Rex malus tempore malitiæ suæ non est secundum veritatē rex dicendus,sed tantum æquiuocè,sicut oculus lapideus aut depictus.par.2.fo.76.D.

Rex bonus vel prælatus qui rex est in spiritualibus, de eo moraliter exponitur psalmus centesimus.parte.3.fol.234.H.

Regis clementia:Vide in Clementia.

Regis ad prouidentiam bonam,non solum pertinet habere diuitias artificiales,sed etiam naturales.par.2.fo.212.D.

Reges & principes magis sint solliciti de preseruatiōe diuini cultus,& boni communis,q̄ de personis proprijs & sibi coniunctis ,exemplo Ioachin regis & Codri regis Athenienſis.parte 2.fo.185.H.

Reges in necessitate positi, & extra necessitatem positi , alia & alia iura statuunt in subditos,an & quomodo liceat.parte.2. folio 71.A.

# Index in Glos. ordi.


De regis iure in necessitate positi, ppter bonum commune, sunt omnia, & exponenda vel expendenda pro bono communi, & de hoc simile in corpore naturali. parte. 2. fo. 71. A.

Reges quomodo plures vxores habere poterãt, & sub conditionibus. parte. 1. fol. 350. F.

Reges si plures vxores vel concubinas nunc habent, peccatum est quia figuræ transierunt, pro quibus hoc aliquando venia le fuit. parte. 2. fo. 102. A.

Reges olim non accedebant ad vxores suas de nouo acceptas, nisi post anni circulum. parte. 1. fo. 61. B.

Rex vel princeps ad quod & quæ primò & principaliter debet inducere filios suos. parte. 2. fol. 27. D.

Reges antiquitus non permittebãt aliquem assistere sibi nisi mũdum & honestum. parte. 3. fo. 33. D.

Reges antiquitus in curribus & elephantibus portantibus castra lignea pugnauerunt. parte. 4. fo. 430. G.

Reges facit & sacerdotes apud Iudæos vnctio, apud Romanos diadema. parte. 4. fo. 78. A. Apud Gentiles quatuor insignia. s. purpura, fibula, annulus, & diadema. folio. 36. A B. & folio 450. D.

Regem quare populus Israel petijt sibi dari à deo. parte. 2. fo. 62. D. & folio. 65. G.

Regem cum desiderauit populus Iudaic⁹, cur hoc displicuit deo, cum alibi inueniatur esse permissus. parte. 1. fol. 350. A. C. G.

Regem petendo super se filij Israel, vtrum peccauerunt? Arguitur pro & contra, cũ responsione & solutionibus argumentorum. parte. 2. fo. 71. B. C. D. E. F. G. H. & fo. sequẽti. A. B. C. D.

Reges de Esau descendentes regnauerunt vsque ad tempus Dauid, qui fecit sibi Idumæam tributariam. pte. 2. fo. 191. B. C.

Regibus (vt Hebræi tradunt) fiebant reuerentiæ causa conbustiones preciosarum vestium simul cum aromatibus. parte. 2. folio. 225. A.

Regum ornamenta preciosa post obitum eorum pro exequijs in pyra vrebantur, sed sine cadaueribus. Hic erat mos apud veteres parte. 2. fo. 225. A.

Reges decem tribuum omnes per idololatriam à deo recesserũt. parte. 4. fol. 344. E.

Reges non habebant Iudæi toto illo tempore post captiuitatem nisi aliquos paucos parum ante tempus Christi, & propriè loquendo non fuerunt reges, quia non fuerunt per diuinam electionem, & per sacram vnctionem instituti. parte. 6. fo. 63. F. & folio. 100. C. D. & fol. 241. D. Vide plenè & extensè fol. 459. E. F. G. H. & fo. 375. B. Item parte. 2. fo. 193. D.

Reges tres Iudæorum fuerunt confusibiliter tractati, qui & quo modo. parte. 4. fol. 203. A.

Reges infideles qui onagri dicuntur, quomodo afflixerunt Iudæos. parte. 4. fol. 60 B.

Reges Aegypti omnes vocabantur Pharaones, sicut & aliquo tempore omnes imperatores vocabantur Cæsares. parte. 1. folio. 61. C.

Regum Assyriorum & Medorum supputatio. parte. 2. folio 292. E. F.

Regum liber in duas partes secundum Hebræos diuiditur, ita quòd ibi duo tantum sunt libri. parte. 2. folio. 62. D.
Apud Latinos in quatuor volumina distinguitur. parte. 1. folio. 15. D.

Regum libros quis conscripserit. parte. 2. fo. 60. G. H. & fo. 61. A. Item parte. 1. folio. 15. D.

Regum liber primus, sicut rationabiliter attribuitur Samueli, simili modo possunt attribui secundus & tertius regum Nathã prophetæ seu Gad. parte. 2. fol. 214. C.

Regum liber secundus quomodo dicitur ipsius Samuelis sicut & prim⁹, cum tamen non potuerit scribere post mortem &c. parte. 2. folio. 90. H.

Rex Messias secundum Hebræos, cum venerit, erit equitaturus illum asinum, qui portauit ligna holocausti, cum Abraham filium suum Isaac immolare voluit. parte. 1. fo. 133. C.

Reges suos singulæ nationes ante aduentum domini habebant nec licebat de vna regione transire ad aliam: Romani autem omnes in vnam redegerunt. parte. 4. fol. 41. A.

Reges catholici non debent esse superbi, nec lubrici, nec cupidi aut ignaui, sed humiles. Debent etiam esse continentes, liberales, & diuinæ legis zelatores, & iusticiam omnibus conseruantes. parte. 1. folio. 350. D.

Regem instituit deus pater filium in assumpta pro nobis humanitate, & figura de hoc. parte. 2. fo. 212. H.

Rex Christus dum nos regit, & sensus mentis nostræ, quæ & qualia operetur in nobis. Econtra rex Aegypti, id est diabolus, si regnauerit super nos: qualia nos agere opera cogit. parte. 1. folio. 123. E.

Rhamnus genus herbæ, prius mollis, sed post in spinas vertitur, & eius moralitas. parte. 3. fol. 166. B. Item parte. 2. fo. 44. A. C. Rha

Rhetor circa tria genera causarum versatur, & quę illa sint. parte 4. folio. 351. D. Rhe

Rhetorica Tullij, cuius facũdiam & subtilitatem sermonis pauci intelligunt, nullam in se habet sapientiam quantum ad diuina. parte. 4. folio. 62. B.

Rhinoceros est indomitę naturæ, qui si captus tenetur, ilico moritur. parte. 3. folio. 74. F. H. Rhi

Rhinoceros vel rhinoceron, diuersos habet accusatiuos, Ididem.

Rhythmus quid est. parte. 3. fo. 3. D.

Rhythmus habet non determinatum numerum pedum sed pro voluntate conditionis proenditur. parte. 3. fo. 3. D.

Ridens Sara arguitur, & non Abraham cum similiter riserit, & quare. parte. 1. fo. 70. E. Rid

Ridere dei est afflictioni nolle misereri. pte. 3. fo. 25. B. & fo. 56. A

Rinocorula, fluuius qui diuidit Palæstinam & Aegyptum. parte 1. folio. 66. A. Interl. Rin

Rinocorula riuus est non magnus, & etiam ciuitas. parte. 4. fol. 51. E. G. Item parte. 2. fo. 145. G. Item parte. 1. fo. 325. D.

Ritum sacrificiorum plerique audiunt, obseruantiam sabbaro rum, vel similia in ecclesia recitari, offenduntur, & dicũt: Quid prosunt nobis præcepta Iudaica? Iudęi de his viderint, &c. parte. 1. folio. 285. B. Rit

Ritus purificationis Leuitarum in quatuor continetur. parte. 1. fo. 277. H. & fo. 278. C.

Rixa pastorum Abrahæ & Loth quare fuit, & assignatur ratio. parte. 1. folio. 62. D. Rix

Rixa inter Mariam sororem Moysi, & Aethiopissam eius vxorẽ quare fuit, & tanguntur opiniones. parte. 1. fol. 284. G.

Roboam non erat iuuenis ætate, sed sensu, qui quadragesimo primo ætatis suæ anno cœpit regnare. parte. 2. folio. 222. A. Rob

Robur hominis in corpore perficitur vsq; ad annũ tricesimum, & mente vsque ad quinquagesimum, & tunc incipit fortitudo corporis debilitari. parte. 1. fol. 271. D.

Robur exercitus in principe consistit, sicut virtus naturalis in corde. parte. 2. folio. 303. A.

Roditur quod comedi non potest. parte. 3. fol. 65. E. Rod

Rogatur frustra pro aliquo, qui non meretur accipere. parte. 4. folio. 128. B. Rog

Rogaturus pro peccatis frustra manus ad deum expandit: qui has ad pauperes pro posse non extendit. parte. 5. fol. 41. E.

Roma vocatur Babylonia. parte. 6. fo. 225. B. C. D. Rom

Romæ reges fuerunt à principio vrbis cõditæ vsque ad Tarquinium superbum, deinde consules: post hoc tribuno⁹ plebis & dictatores habuit, & rursus consules vsque ad Iulium Cęsarem &c. parte. 4. fo. 445. F.

Romæ templum pacis ædificauerunt Titus & Vespasianus captiuatis Iudæis, in quo vasa templi & vniuersa donaria consecrauerunt. parte. 4. fol. 356. E.

Romani interpretantur sublimes, siue conantes, & quare. parte 6. folio. 3. B.

Romani de gente Gallorum quos ceperant effœminabant, vt qui Romam ceperant, hac ignominia feritentur. parte. 4. folio 338. B.

Romanorum legiones instructę, Syro milite custodiebant Aegyptum, & vtraque gens sibinuicem exhibuit seruitium. parte. 4. folio. 41. A.

Romani diuersis temporibus alia & alia idola assumpserunt, & quare. parte. 6. fol. 5. E.

Romani antiqui diu coluerunt deos absque simulacris. parte. 1. folio. 163. H.

Romani audientes quod Nabuchodonosor rex Assyriorum incurrerat maliuolentiam & rebellionem subditorum, eo quòd omnes deos eorum exterminari iusserat: propter quod ad dilationem sui imperij statuerunt omnes deos diuersarum gentium coli. parte. 6. fol. 5. G.

Romani quæsierunt dominium totius terrę & orbis, non multitudine populi, nec fortitudine, sed sapientia consulum, exercitio armorum, & bono regimine. parte. 6. fo. 5. D. Item parte. 4. fol. 298. F. & fo. 445. C.

Romani postquam acquisierũt dominium totius mundi, & deo ingrati, superbierunt, & cęcitatem mentis incurrerunt, & peccata grauia commiserunt, propterea puniendi erant ex diuina iustitia. parte. 6. fol. 5. D.

Romani imperatores sicut vocati sunt Cæseres Iulio Cęsare primo imperatore,

mo imperatore,sic noiati fuit Augusti,& adhuc noiant ab Augusto Cæsare,eo q multū auxit imperiū.pte.6.fol.204.G.
Romani quomodo se eis pacifice subdentes donabant,& libertatibus suis gaudere faciebant.parte.6.folio.127.E.
Romani ciues omnes ingenui erant.parte.6.folio.202.C.
Romani constitutione fecerunt,tempore belli quicunq; aliquem occidisset infantem, capitali sententia puniretur.parte.4.folio.170.H.
Romani destruxerunt ciuitatem & templum Ierosolymitanum. &c.non tamen ea intentione,quia Christum occidissent,sed vt Iudæos debellarent tanq; rebelles Romano imperio .parte.3. folio.192.C.
Romanus princeps cum suo exercitu veniens contra Ierusalem, quæ occidit prophetas domini,& tandem dominum prophetarum,per quem significatur.parte.2.folio.169.H.
Romanum imperium somniant Iudæi subire:quidquid contra Idumæam dicitur.parte.4.folio.372.B.Item parte.1.folio. 101.D.
Romanum imperium communiter intelligūt Iudæi Romanam ecclesiam.parte.4.folio.372.G.
Romanum imperium Iudæi asserunt esse vnum & idem cum regno Christi seu ecclesiæ:quod tamen manifestè est falsum,& ab eis malicioſè fictum.&c.parte.1.folio.85.A.& fo.101.D.
Romanum regnum per bestiam significatur,non tamen illa nominatur proprio nomine,sed Hebraicæ glosæ dicunt ipsum nequam.parte.4.folio.309.F.G.
Romanum regnum quomodo Apostolus velatè innuit ante Antichristum destruendum.parte.4.folio.146.A.
Romanum regnum depopulabitur Messias, vt Iudæi dicunt,& multos de habitatorib⁹ orbis interficiet,& omnes residuos Iudæis subijciet.parte.4.folio.101.B.& folio.372.G.Item parte. 3.folio.97.B.Item parte.1.folio.309.C.D.
Romani regni temporibus possunt comparari decem plagæ, quibus Aegyptus p Israelitas verberabatur.pte.1.fol.143.F.H.
Romana ciuitas tempore beati Pauli dominabatur toti mundo, & eorum fides annūciabatur vniuerso mundo.parte.6.folio. 4.G.Vide etiam parte.4.folio.41.A.
Romanis quare & vnde Paulus epistolas scripserit.parte.6.folio. 3.B.D.& folio.4.G.H.
Romulus nominis sui condidit ciuitatem in Italia,& duodecimo anno sui regni cœpit Ezechias regnare in Ierusalem.parte.4. folio.3.F.
Romulus Romani imperij conditor,natus est eo tempore quo Esaias vidit visionem.parte.2.folio.231.B.
Romuli nomen confirmatum est in memoria hominum ex ædificatione ciuitatis Romanæ.parte.3.folio.429.B.
Ros & pluuia quomodo differunt.parte.3.folio.72.C.
Ros tenuis aqua,vnde terra germinat.parte.3.folio.286.F.
Rostrum suum quomodo aquila renouat.parte.4.folio.71.E.
Rota dicitur etiam quædam spes tribuli seu herbæ,quæ in summitate facit quandam spheram albam lanugini similem, quæ ad modicum flatum venti dispergitur.parte.3.folio.209.C.
Rotæ impetus est in mundo,cum homines ignari vbi salus,vbi periculum,huc & illuc discurrunt.parte.4.folio.388.A.
Rotunditas,figura pulcherrima est,etiam apud philosophos,& in pluribus ostenditur.parte.4.folio.275.E.
Ruben nisus est liberare fratrem suum Ioseph,ostendendo fratribus horrorem fratricidij,& offensam dei,& anxietatem patris. parte.1.folio.102.G.
Ruben fuit absens in venditione Ioseph:nam abierat ad quærendum meliora pascua,vt fratres suos faceret elōgare à fouea in qua erat Ioseph,vt sic ipsis absentibus posset eum liberare & reddere patri.parte.1.folio.103.B.
Ruben an propter enormitatem facti potius videtur dedisse ipsi Iacob materiam patientiæ quàm iusticiæ,& an occasionem dedit Iacob,quòd de cætero cessaret ab actu generationis. parte. 1.folio.100.C.& folio.116.G.
Rubescit & ardescit facies hominis irati.parte.3.folio.363.H.
Rudentes sunt funes quibus nautæ vela suspendunt.parte.6.folio.225.B.
Rudibus solet præberi moralis scientia,hi lectionem in qua nihil est obscurum libenter accipiunt.Verbi gratia,Hester,Iudith, Tobiam,& mandata sapientiæ.Si legatur eis Leuiticus, continuò offenditur animus,quasi non sit cibus suus.parte.1.folio. 321.E.
Rudimenta Iudæorū(qui imbuebant elemētis)molesta nobis videntur,cum primò audiuntur.Vult enim quisq; discere de his quæ ad salutem pertinent.parte.1.folio.315.F.
Melius est ruere vt pœniteat,quàm sub specie religiōis superbire. parte.3.folio.209.B.
Ruminatio signum est temperatæ complexionis,& quare.parte. 1.folio.233.F.
Ruminant moraliter qui meditando legis cōtinuam habent intentionē.parte.1.folio.233.E.& folio.263.B.
Rusticitas sancta solum sibi prodest,& quantum ædificat ex vitę merito ecclesiam Christi,tantum nocet si destruentibus non resistat.parte.4.folio.263.D.
Rusticorum arrogantia nihil impudentius,qui garrulitatem auctoritatem putant,& parati ad lites.parte.6.folio.119.F.
Rustico qui crucifixum adorare nolebat,eo quòd lignum crederat in horto suo,assimilantur Iudæi Saluatoris nostri patriam incolentes.parte.5.folio.100.D.
Ruth de qua progenie,& cuius filia fuit.parte.5.folio.56.G.H. & fol.88.C.Item parte.1.folio.337.B.
Ruth cum fuerit Moabitis,quomodo intrauit ecclesiam,contrahendo cum Booz.parte.1.folio.357.B.C.
SABA EST CIVITAS IN FINIbus Aethyopię sita.pte.4.fo.75.A.F.& fo. 133.A.Alibi dicitur regio.fol.356.F.
Sabbati obseruatio,an & qñ legitur fuisse sita tuta à principio creationis.parte.1.folio. 39.E.& folio.290.B.
Sabbati obseruatio & sanctificatio,an ceremoniale vel morale,& qñ & in qb⁹ obseruat.pte.6.fol.107.B.
Sabbatū triplex.s.tpis, æternitatis, & mentis.pte.3.folio.225.F.
Sabbati benedictio & sanctificatio quomodo est intelligenda. parte.1.folio.39.E.H.
Sabbatum verum est,ab omni malo cessare.pte.4.folio.246.F.
Sabbatum ita custodiri præceptū est,vt si necessitas fuerit,non sit reus qui violauerit.parte.5.folio.95.A.
Sabbato actus quosdam facere non licet,etsi in genere entis boni sunt:actus verò bonos in genere moris licet facere, & etiam laudabiliter.parte.5.folio.95.C.
Sabbato requieuit dominus,sex diebus primò operatus,sed illis non tantum sed vsq; modo operatur.parte.5.folio.201.E.
Sabbato bene possunt fieri opera corporalia quæ sunt ad dei honorem.parte.5.folio.201.F.
Sabbatis maximè Christus sanat & docet,nec soluitur lex si fit renouatio hominis iam labentis.parte.5.folio.137.G.
Sabbati sanctificatio requirit cessationem ab operibus peccatorum,quæ sunt maxime seruilia,& occupationem & meditationem circa diuina.parte.4.folio.96.B.C.& folio.136.F. Itē parte.2.folio.269.B.
Sabbatum domino consecratum agimus, cum ab huius mundi curis ad tempus separati orationibus vacamus,& cælestium cogitatione mentem suspendimus.parte.2.folio.269.A.
Sabbati die ligna colligens punitus est,& significat eum qui hodie in Christo signatus,inuenitur agere carnale opus(id est cōtrahere ligna,fœnum,stipulam in escam ignis æterni)qui si fuerit deprehensus,lapidatur.parte.1.folio.290.A.
Sabbati obseruatio fiebat in memoriam beneficij creationis. parte.1.folio.315.D.
Sabbati obseruatio qualis debeat esse Christiano relinquenti Iudaicum sabbatum.parte.1.folio.315.A.
Sabbato quæ fuerunt licita fieri.parte.1.folio.164.D.
Sabbato non obseruatur cum tanto rigore vacatio ab operibus manualib⁹,sicut in veteri lege,quia possunt parari cibaria.parte.1.folio.164.G.
Sabbati in die(vt Hebræi tradunt)tenetur quilibet ter manducare.s.vnū prandiū & duas cœnas,afferentes q oēs hoc obseruantes sunt securi à iudicio gehennæ:quod est valde ridiculosum. parte.1.folio.166.G.
De sabbato debet homo habere memoriam in omni re preciosa, vt dicunt Hebræi,vt si habeat nouam vestem &c.debet expectare diem sabbati,vt primò tunc vtatur ipsa.parte.1.folio. 164.C.
Sabellius hæreticus posuit in deo vnitatem personæ sicut & essentiæ,& Arrius econtrario posuit diuersitatem essentiarum sicut & personarum.parte.5.folio.217.D.& folio.186.D.
Sacculus facilius contemnitur quàm concupiscentia vel voluptas.parte.5.folio.108.E.
Saccum & peram qui prohibuit,sumptus ex prædicatione concedit,sic tamen vt oblato cibo & potu sint contenti.parte.5.folio. 152.A.
Saccus vestis aspera in vsum laboris vel tempo tristiciæ concessa,vt Niniuitis &c.parte.3.folio.125.E.

# Index in Glos. ordi.


Sacerdos quis & qualis & vbi eligendus est ad sacerdotium. parte.1.folio.227.E.

Sacerdotis nomine non solum epi vel presbyteri,sed & omnes qui altitudine cõuersationis & doctrinæ salutaris præeminẽt, solent appellari,parte.2.folio.137.F.& folio.217.E.Item parte. 1.folio.296.C.

Sacerdotes omnes sum⁹,vel omnes sacerdotes imitari debemus. parte.5.folio.41.A.Item parte.1.folio.215.C.

Sacerdotes dicuntur filij dei speciales,licet omnes Christiani sunt filij dei per baptismum.parte.4.folio.423.H.

Sacerdos dum ordinatur,non infunditur habitus scientiæ de no uo,sed imprimitur character sacerdotalis, in quo fundantur hæ duæ potestates, discernendi scilicet & ligandi seu soluendi. parte.5.folio.53.D.

Sacerdos minister sacramenti,tantum profert verba,non in pro pria persona,sed in persona Christi in sacramento eucharistię. In alijs autem sacramentis vtitur verbis suis vel ecclesiæ.parte. 5.folio.206.D.Item parte.4.folio.100.H.Item parte.1.folio. 230.A.

Sacerdotes non propria virtute benedicunt,sed quia figurã Chri sti gerunt,& per eũ qui in ipsis est benedictionis plenitudinem tribuunt.parte.1.folio.230.F.

Sacerdotum ptãs ligandi & soluendi,quæ & qualis.parte.5.fo lio.52.E.F.Et quando liger.Ibidem.G.

Sacerdotum sententia apud dominum non quæritur,sed reo rum vita.parte.5.folio.52.H.

Sacerdotibus ecce mundus plenus est,& tñ in messe dei rarus val de inuenitur operarius,quia officium sacerdotale suscipimus, sed opus officij non implemus.parte.5.folio.151.H.

Sacerdotum culpa,ruina est populi.parte.4.folio.185.A.

Sacerdotes & doctores in ecclesia sanguinem iustorum effundũt qui iusti esse possent,nisi eorum negligentia deperissent,par te.4.folio.197.G.

Sacerdotes habent exemplũ nõ solum flendi & orandi,sed etiam ieiunandi pro his qui peccauerunt.parte.2.folio.253.E.

Sacerdotum bona conuersatio & deuota diuinorum celebratio, principes inducit ad dei reuerentiam & honorem ecclesiæ,& diuini cultus ampliationem.parte.4.folio.463.H.

Sacerdotes non solum pro suis peccatis rationem reddituri sunt, sed pro omnium donis quibus abutũtur.parte.4.folio.282.F.

Sacerdotes discant quia propter scelera punientur, & subditorũ culpa illis imputabitur.parte.2.folio.65.E.

Sacerdotes qui ecclesiæ quasi nutricij præponuntur,dum violãt templum spiritussancti, magis in ecclesia opprobrium sunt, quàm decus.parte.4.folio.186.A.

Sacerdos in sanctuario occiditur,quãdo ab eo indignè sacramen tum eucharistiæ celebratur.parte.4.folio.188.H.

Sacerdotum capita vult dominus operiri,non aliquo extrinse cus velamento,sed sua naturali cæsarie: non ad ornatum atq; luxuriam,sed ad honestatem.parte.4.folio.282.B.

Sacerdotes quinq; in se debent habere,& illa significantur per quinq;.parte.4.folio.262.E.

Sacerdotes putant in administratione eucharistiæ non esse inqui rendam vitam sacerdotum,sed tantum solennem orationem, & impiè agunt in legem Christi.parte.4.folio.400.A.

Sacerdos nouæ legis accedens ad altare,primò debet confiteri se peccatorem esse.parte.1.folio.230.D.

Sacerdotes noui Testamenti qui cum igne cupiditatis vel luxurię ministrant in altari percutiuntur morte culpæ,nostra percutien tur morte gehennæ.parte.1.folio.231.D.

Dic sacerdos,dic clerice,quid tibi cum fœminis,qui quotidie ad altare cum domino confabularis,quomodo eisdem labijs de oscularis filium virginis,quibus deosculatus es filiam mere tricis.parte.1.folio.231.D.

Sacerdotum malorum quinq; sunt defectus,per quos subditis bona debita subtrahuntur.parte.6.folio.254.D.

Sacerdotes abluant lachrymis actus & incessus & manus ad con tingenda dei mysteria,deinde proferant,& sic ad altare accedãt. parte.1.folio.196.E.

Sacerdos ad tantam excellentiam deuotæ conuersationis perue niat,vt nihil in eo nisi splendor & flos varius bonorum ope rum videatur,nihil aliud cum os operit q; suauissimus horum sonus audiatur.parte.1.folio.191.A.

Sacerdotis ore vel opere nihil vile ac sordidum appareat,sed cũ cta quæ agit,loquitur,cogitat,corã hominibus præclara opor tet esse & gloriosa.parte.1.folio.188.E.

Sacerdotibus nostris, qui quotidie esse præsto debent altari, perpetua castitas indicitur.parte.5.folio.124.B.

Sacerdotis vestimẽta sunt recta opa.par.1.folio.191.B.

Sacerdos quisq; in lege diuina velut in speculo se inspiciat:si vi deat se secundum eam ornatum,& in scientia & actibus vel in doctrina talẽ ac tantũ,vt non solum nomine sed & meritis sa cerdotiũ possit obtinere.parte.1.fol.228.F.

Sacerdotis operatio non solum vtilis sit sed etiam singularis,nec inter nos tantummodo recta faciat sed bene operantes, sicut ordinis honore,ita morum virtute transcendat.parte.1.folio. 229.B.

Sacerdos mens consecrata deo dicitur,& quare.parte.1.fo.259.F.

Sacerdotis negocium est deo orationem fundere,& pro iustis ne cadant:& p peccatorib⁹ vt resurgãt.pte.1.fo.292.B.

Sacerdotes & maxime curam animarum habentes, per exempla bonæ vitæ,& hortamenta sanæ doctrinæ,& opera misericor diæ,debent portare fideles.parte.1.folio.343.F.

Sacerdotibus & ministris væ,qui gradus sui sumptus delectan tur à populo sumere,sed nihil pro eius salute laborare,nec ali quid sacri ducatus rectè viuendo præbere,sed peruersè agendo ianuas supernæ ciuitatis occludere.pte.2.fo.267.G.

Sacerdos quiuis potest solẽni ministerio fungi ad populũ:pauci autem sunt qui ornati moribus, doctrina,sapientia,ad manife stendum idonei.parte.1.fo.228.E.

Sacerdotes nouę legis quinq; in se habere debent.Et significãtur per quinq; quæ portabant sacerdotes ve.Tes.Et enumerãtur. parte.1.folio.271.H.

Sacerdotum & principum ecclesiæ ob iniquitates,mala crebre scunt qui legem in publico peruertunt,iudicia inuertũt,& san guinem sanguini addunt repleti dolis.pte.4.fol.197.F.

Sacerdotes aliqui intantum cupidi sunt,q; à pauperibus sibi sa tisfacere non potẽtibus accipiunt ab eis vestimenta necessaria pro pignore,cum gratis deberẽt eis remittere.pte.4.f.361.D.

Sacerdotum principes ex auaricia diuersis astutijs populum ex coriabant & excoriant.parte.5.fo.64.E.F.

Sacerdotum ingratitudo arguitur,de patrimonio crucifixi lautè viuunt & pauci officium debitum faciunt.parte.4.fol.424.D.

Sacerdotes ve.Te.poterãt omnes secundum legem accipere vi duas quascunq; in vxores, licet antea non fuissent sacerdotis vxores,excepto summo sacerdote.parte.4.fo.283.B.

Sacerdotes Iudæorum licet non haberent hæreditates ad excolen dum,habebant tamen domos ad animalia nutriendum,& ad manendum:tempore quo nõ vacabant cultui diuino parte.5. folio.64.C.Item pte.2.fo.128.A.

Sacerdotes ve.Te.Vide in Dauid.

Sacerdotalis dignitas intelligitur per filios Leui.parte.4.f.426. E.Item parte.1.folio.267.E.H.

Sacerdotalis dignitas & spiritualis agonis militia,quib⁹ cõmissa est sæpe per cupiditatem terrenam magis auaricię suę satisface re volunt,q; Christi voluntatem pugnando explere.parte.4. folio.472.F.

Sacerdotalibus tubis videmus robur mundi & munimenta esse destructa,cultum.f.idolorum, commenta augurum,aruspicũ, & magorum.pte.2.fol.10.B.

Sacerdotaliter qui viuunt(quorum pars est dominus)illi veri sa cerdotes & leuitę domini,qui legẽ portant in humeris,implen do opere.parte.2.fo.13.G.

Sacerdotium Christi multiformi excellẽtia prefertur sacerdotio Leuitico.parte.6.fo.145.per totum.

Sacerdotium ve.Tes.requirebat sanctitatem,innocẽtiam,impol lutionem,segregationẽ à coinquinatis.pte.6.fo.146.H.

Sacerdotium ante legem fuit annexum primogenituræ.parte.1. folio.87.G.Et.fo.116.F.

Sacerdotio Christi subdi debemus humiliter & deuotè duplici ratione.parte.6.fo.145.B.

Sacerdotij vnũ nomen est,sed nõ vna pro vitę merito vel animę virtutibus dignitas.pte.1.fo.228.E.

Sacra aliqua fuerunt quibus nõ erat licitum vti.Alia erant sacra quę non poterant venire in vsum hominum.pte.1.fo.222.D.

Sacræ res ex abusu malorum sacerdotum non sunt contamina tę.parte.1.fo.231.D

Sacra veteris legis dicuntur vmbra,& etiam exemplar,& quare. parte.6.fo.147.F.H.

Sacramẽtum quid est:Similiter & mysterium.parte.6.fol.120.A.

Sacramenta secretiora quæ rudes non capiunt perfecti inqui runt.parte.5.folio.149.B.

In sacramentis tria sunt,scilicet ipsum sacramentum,& res signa ta,& contenta,& res signata,& nõ contenta.par.6.folio.33.H.

Sacramenta veteris legis quotuplicia,& quæ sunt.Et de eorun dem imperfectione.parte.6.folio.132.B.Et quomodo idoneos faciebant.

faciebant ad cultū diuinum. Ibidem.
Sacramenta & sacrificia ve.le. vtrū iustificabant. Et arguitur pro & contra cum responsione &c. parte. 6. folio. 154. B. C. D.
Sacramenta conferendo, an requiratur sanctitas ministri ea conferentis. parte. 6. folio. 147. B.
Sacramenta in duplici forma sunt, quędam imprimunt characterem, quædam non. parte. 6. folio. 157. F.
Sacramenta pro temporum ratione discrepant, fides tamen vna eademq; concordat. parte. 6. folio. 171. A.
Sacramentorum celebrationes nouæ legis non sunt vbiq; vniformes, nec etiam omnibus temporibus quantum ad ea quæ sunt de solennitate. parte. 1. folio. 146. B.
Pro sacramentorum administratione & prædicatione & pro spiritualibus actibus & cōsimilibus, nō debet aliquid accipi quasi precium. parte. 5. folio. 36. F.
Sacramenta nouæ legis tanq; instrumenta diuinæ misericordiæ agunt ad inductionem gratiq ipsam instrumentaliter attingendo, vel saltem aliquam dispositionem ad ipsam. parte. 5. folio. 100. B. Item parte. 6. folio. 18. C.
Sacramentum omne cum intelligitur, vel ad contemplationem veritatis, vel ad bonos mores refertur. parte. 6. folio. 82. B.
Sacramenta visibilia nihil prosunt sine sanctificatione inuisibili. Tolerabilius est tamē si quis dixerit, sine illa istam non esse quā si fuerit non prodesse. parte. 1. folio. 252. B.
Sacramenta fidei populo prædicare non est omnium, sed eorum tantum qui castitate fidei, & exercitio operis ad filium summi sacerdotis dei probantur pertinere. parte. 1. folio. 188. A.
Sacramenta ineffabilia qui contingit exterminatur, nisi meritis & scientia in sacerdotij gradum promotus fuerit. parte. 1. folio. 171. E.
Sacramenta etsi habuerunt præcones vtriusq; Testamenti pro tempore differentia, tamen eadem habent in emundatione peccatorum, & perceptione cælestis vitæ in gratia dei per Iesum Christum. parte. 1. folio. 186. G.
Sacramentum passionis populus antiquus in carne & sanguine victimarum, nos verò in oblatione panis & vini celebramus. parte. 1. folio. 181. A.
Sacramenta fidei qui committit minus instructis nec vicia deserentibus, quasi altare domini in terra sine basibus ponit. parte. 2. folio. 243. F.
Sacramentum multi sumunt & nō rem, & multi sacramentum & rem sacramenti percipiunt. parte. 3. folio. 261. F.
Sacramenta nouæ legis & maximè sacramentum baptismi dicuntur portæ. parte. 3. folio. 304. D.
Sacramentum aquæ visibile, necessarium est ad ablutionem visibilis corporis, sicut est necessaria doctrina ĩuisibilis fidei ad sanctificationem animæ inuisibilis. parte. 5. folio. 194. F.
Sacramenta quatuor per quatuor portas templi significantur, quæ, & quomodo, & quare. parte. 2. folio. 210. G. H.
Sacramentum altaris quod quotidie in ecclesia offertur non est sacrificij reiteratio, sed vnius sacrificij in cruce oblati quotidiana commemoratio. parte. 6. folio. 152. D.
Sacramentum eucharistiæ an & quomodo possit congrue dici memoriale operum dei mirabilium præfigurantium ipsam eucharistiam. parte. 3. folio. 254. A. C.
Sacramentum eucharistiæ differt à cæteris sacramentis. Et quomodo differenter sumitur à sacerdote & laico. parte. 5. folio. 209. F.
Sacramentum tegit Christus verbis vt Iudęi & etiam aliqui discipuli non credentes verbis illius magis scandalizentur, & apostoli humiliter credentes probent. parte. 5. folio. 206. B.
Sacramentis dominicę passionis prius reficimur, quàm corporalibus escis pro reuerentia tanti sacramenti, licet Christus post cœnam instituerit. parte. 5. folio. 79. E.
Sacramentum eucharistiæ duo in se habet, quę inter alia maxime sunt attendenda. Vnum est potestas instituentis, alterum vtilitas huius sacramenti in ecclesia. parte. 3. folio. 286. B.
Sacramentum eucharistiæ tria in se habet. Vnum quod tantum est sacramentum, alterum quod est sacramentū & res, tertium quod est res & non sacramentum. parte. 6. folio. 50. E.
Sacramenta omnia nouæ legis ad sacramentum eucharistiæ ordinantur. parte. 3. folio. 156. C.
Sacramentum eucharistiæ perficitur in consecratione materiæ, & non in vsu ipsius. Alia verò sacramenta perficiūtur in vsu & non in consecratione materiæ. parte. 6. folio. 50. H.
Sacrificium ecclesiæ quod est eucharistia, non est licitum offerre nisi in debitis vestimentis propter sacramenti reuerentiam. parte. 2. folio. 295. G.
Sacramentum eucharistiæ vtrum melius sit sumere frequenter vel raro. parte. 6. folio. 51. F.
Sacramentum eucharistiæ. Vide in Eucharistia.
Sacrificari seu immolari deo, an propriè pertineat secundum significationem huius nominis tetragrammaton. parte. 1. folio. 130. B. & folio. 121. G.
Sacrificia ve.le. figura fuerunt vnius sacrificij perfecti scilicet eucharistiæ. parte. 4. folio. 121. D. Item parte. 1. folio. 375. D.
Sacrificium in lege fiebat triplici de causa. parte. 6. folio. 151. F. H. Item parte. 1. folio. 214. D. Et notabiliter. folio. 306. G. H.
Sacrificium solenne in lege duplex erat. parte. 6. folio. 152. H.
Sacrificia non fuerunt præcepta populo Israelitico ex intentione principali, quasi fuissent per se intenta à deo, sed secundario quasi per accidens indirectè, vt per huiusmodi retraherentur à sacrificijs idolorum. parte. 5. folio. 51. A.
Sacrificia in ve.le. fuerunt multa. parte. 1. folio. 214. D. & folio. 216. D.
Sacrificiorum tanta multitudo & sub tot modis sacrificandi potest secūdario intelligi fuisse figuratiua multitudinis sacrificiorum martyrum &c. parte. 1. folio. 216. E. & folio. 241. H.
Verum amare in verbis,non verba boni ingenij indoles est in signis. Quid enim prodest clauis aurea si non aperiat? Quid obest lignea,si aperiat?parte.1.folio.280.B.
Verum tacere non est malum.parte.3.fo.93.B.
Vera sunt suauia amatori veritatis,sed iudicia hominum de occultis non suauia.parte.3.fo.263.B.
Vera falsis permixta in aliqua disputatione vel narratione cuiuslibet,tanq; in vnius corporis colore apparentia,significant lepram,tanq; veris falsisq; colorum locis humana corpora variãtem.parte.1.fo.273.A.
Vera & bona qui de se loquitur necessitate cogente,tanto magis humilitati iungitur,quantò veritati sociatur.parte.5.fo.225.A
Verè dicuntur res in tum conformantur primæ veritati.parte.5.fo.212.H.
Ves Ad vesperam mundi verbum,est caro factum.In illa carne tantũ agnoscere dicimur deum,quam suscepit ex virgine.Has verbi dei carnes neq; mane neq; meridie quis manducauit,sed ad vesperam.& de hoc figura.parte.1.fo.157.B.
Vestimenta licut ad ministrandum congruè debent deponi, ita ad docendum honestè debent assumi.parte.5.fo.225.B.C.
Vestimentum ad decorem vel ad delectationem seruus dei non debet habere,sed tantum ad tegendam nuditatem.parte.5.folio.13.F.
Vestimenta per se calere nõ possunt,sed adiuncta viuentium corpori,dum exhalantes membrorum poros contegunt,emanantem ab intimis calorem exprimunt.parte.3.fo.69.B.
Vestimenta grossiora cum induta fuerint,quia induentis membris bene applicata non inhærent,stare referuntur.parte.3.folio.71.C.E.
Vestimenta viduarum certa & sua fuerunt in temporibus patriarcharum,nec qualia coniugatorum.parte.1.fo.104.C.
Vestimentum tuum quo operiebaris nequaq; vetustate defecit &c.Hoc dictum de Iudæis per desertum peregrinantibus,quomodo & de quibus intelligendum.parte.1.fo.281.F.& fo.264.A.& fo.341.B.
Vestimenta summi pontificis quę & qualia sint,& quid per illa designetur.parte.3.fo.385.E.F.Item .parte.1.fol.188.C.D.E.F.G.H.& fo.192.B.D.E.& fo.228.B.C.D.
Vestimenta puerorum(vt dicit Ra.Sa.)crescebant cum eis secundum augmentum suæ quantitatis,dum peregrinabantur per desertum Hebræi.parte.1.fo.341.B.
Vestimentum ecclesiæ est quisq; fidelis.parte.1.fo.238.E.
Vestimentorum, alia sunt bona, alia pessima. parte. 4. folio. 282.A.
Vestis linea habilis & mollis est, & adhærens corpori.parte.1. folio.223.B.
Vestium in fluxu & studio nemo putet peccatum deesse.parte.5. fo.144.E.& fo.167.B.
Vestis quæ ex lana linoq; conficitur,linum interius celat,lanam in superficie demonstrat.parte.1.fo.356.B.
Vestes communes atq; speciales sacerdotum atq; pontificum veteris legis,quæ,quot,& quales describuntur.parte.1.fo.227.F.G.H.& fo.228.B.
Vestibus quotidianis & quibuslibet pro vsu vitę communis pollutis,non debemus ingredi sancta sanctorum:sed munda conscientia & mundis vestibus tenere domini sacramenta.parte.4.fo.282.B.
Vestem nuptialem charitatis facimus de lana immaculati agni, & lanam de colo infusum,de læua in dexteram trãscimus,quãdo de bonis nostri redemptoris,& de exemplis operum eius stolam gloriæ cælestis nobis,ac vestem nuptialem charitatis facimus.parte.3.folio.340.B.
Vestes Christi quare milites diuiserunt.parte.5.fo.340.D.
Vet Veteris Testamẽti habere noticiam multum prodest.parte.6.fo. 126.E.& fo.148.B.Item parte.1.fo.284.A.& fo.291.G.& folio. 315.F.& fo.321.E.
Veteris Testamenti & noui scientia comparantur ad soliditatem panis & teneritudinem lagani.Panes sparguntur oleo,lagana vnguntur.Maius enim est lumen & gratia noui Testamenti q̃ veteris.parte.1.fo.217.B.& fo.225.F.& fo.229.B.
Vetus Testamentum quod per nouum euacuatum est,significatur per primas tabulas Moysi fractas,& nouum per secundas. parte.1.fol.205.D.
Veteri Testamento connectitur nouum fraterno fœdere:& gratia legi,sicut Aaron Moysi.parte.1.fo.188.B.
Veteris Testamenti cultus per varias figuras mutabilis fuit,euangelium verò stabile & fixum,& de hoc figura.parte.2.folio. 309.A.
Vetus Testamẽtum & nouum dicuntur liber intus & foris signatus,& quomodo.parte.6.fo.247.E.F.
Veteris Testamenti autoritatem cur tenemus,cuius ritum nõ iob seruamus.parte.6.fo.148.B.
In veteri Testamento est nouum Testamentum,sicut rota.parte. 4.fo.211.E.
Vetus Testamentum:vide in Testamentum vetus.
Vetulę aliquæ sortilegæ dimittunt de nocte vasa in quibus est aqua, discooperta,vt numina nocturna(quæ vocant bonas res)ad prosperandum illuc veniant ad bibendum:vnde & hic error prouenit.parte.1.fo.235.B.
Vetustatis consuetudo est tanta,vt etiam confessa plerisq; vitia placeant.parte.3.fo.2.A.
Vetustas humana & maledictio in duobus consistit.s.in culpa & pœna.parte.6.folio.15.A.
Vexillum cuiuslibet tribus(sicut dicunt aliqui Hebræi)erat simile in colore lapidi posito in rationali,in quo erat scriptum nomen sui patriarchæ.parte.1.fo.268.D.& fo.269.A.
Via dei,pax,humilitas,patientia est.quæ qui despiciunt,dicunt: Via Scientiam viarum tuarum nolumus.parte.3.fo.44.A.
Viæ vniuersæ domini quibus mundum regit,& rationalem creaturam,sunt misericordia & iustitia.parte.1.fol.204.C.& folio. 288.G.& fo.372.A.
Viæ non sunt assignadæ deo,per quas ipse incedit secundũ deitatem.parte. 1.folio.208.D.
Viæ aliæ non sunt quibus ad nos venit deus,nec sunt aliæ quibus ad eum veniamus q̃ misericordia & veritas.parte.3.folio. 291.A.
Vias quatuor ambulauit Christus,& applicantur ad vias de quibus Salomon dicit:Tria sunt mihi difficilia,& quartum penitus ignoro.parte.4.fo.21.C.
Vias duas animæ ostendit scriptura,Vnam,qua in carne posita per legem dei virtutibus exerceatur.Aliam verò qua post resurrectionem ascensura ad cælos,per multas mansiones ad patrẽ luminum peruenit.parte.1.fo.322.B.
Via bene agendi triplex est,quia vel opere,vel cogitatione, vel verbo aliquid boni agitur.parte.1.fo.154.A.
Via peccandi hominibus est triplex,in facto,in dicto,& in cogitatione peccant.parte.1.folio.154.A.
Via impiorum dicitur contritio,quia terit & teritur. Dicitur etiam infœlicitas, quia ad infernum ducit. parte.3. folio. 104.A.
Viæ duæ sunt per quas diabolus nititur subuertere animã rationalem.Vna sub specie leuitatis.Alia est per oppositum.parte. 4.fo.241.H.
Viam trium dierum profecti sunt Israelitæ &c.dupliciter intelligitur.s.q; prima die sui recessus ambulauerunt per tantum spacium quantum faciunt tres dietæ,vel q; per tres dies continuè ambulauerunt.parte.1.folio.281.B.
Viator quis dicatur.parte.3. fo.44.B.& fo.45.D.E.F.G.
Viator in biuio vel in compito circunspicit quo gradiatur.parte.1.fo.104.C.E.
Vicarius Iesu Christi debet esse valde mollis pietate erga bonos, Vie & durus æquitate aduersus malos obstinatos.parte.4.folio. 142.D.
Vicarius Christi significatur per Samuelem.parte.2.fol.80.D.& per Ezechiam.fo.234.H.
Vicenarius vtriusq; Testamenti coniunctionem significat,legis. s.quæ in quinq; libris:& euangelij,quod in quatuor scriptum est.parte.1.fo.196.A.
Vices ministrorum(vt tradunt Hebręi)Phinees nepos Aaron ordinauit.Sunt autem vices vigintiquatuor, quas Dauid ordinauit ad ministerium tabernaculi.parte.2.fo.199.A.C.
A vicesimo anno numerantur qui ad bellum eliguntur,quia ab hac ętate cõtra vnumquenq; viciorum bella nascuntur:ideoq; ad pugnam eliguntur,vt pugnent contra libidinem,ne luxuria superentur.parte.1.fo.267.D.
Vicium,Vide in Vitium.

# Index in Glos. ordi.


Victima quid sit re & moralitate.parte.4.fo.94.B.
Victima animæ quando dicitur cæca,clauda,& languida.parte. 4.fo.424.A.D.
Victimam huius deo esse aceptam difficile est,qui non prius reliquit culpam pro qua offert.parte.2.fo.254.B.
Victores viciorum victoriam attribuere non debent propriꝫ virtuti,sed bonitati diuinæ.parte.1.folio.320.C.
Victoria duplex,vna vincitur mũdus,alia vincuntur regna.parte.6.folio.158.C.D.E.G.& fo.235.G.
Victoria adepta de hoste,fornices sibi erigebant antiquitus victores,in quibus virium suarum laudes describebantur.parte.3. folio.328.F.H.
Victum negare seminantibus spiritualia,quibus tenentur homines de iure naturali,diuino & humano,grauius est peccatum cꝫ manum non porrigere egeno simplici,spiritualia non seminanti.parte.5.fol.37.B.
Victum tenuem sub vili tugurio sumere,melius est cꝫ splendidas epulas cum fatigatione incertis locis quærere.parte.3.folio.414.A.
Victus tenuis tam animę cꝫ corpori vtilis est,superfluus verò ecõtra,parte.3.fo.419.E.
Vicus quid est.parte.6.folio.181.E.
Viduæ veræ sunt in duplici gradu.parte.6.fo.121.C.
Videre pro audire accipitur,vt ibi,Cunctus autem populus videbat voces:quomodo & quare.parte.1.folio.165.D.
Videre aliquando accipitur non solũ pro visione corporali,sed etiam pro cognitione intellectuali.parte.5.fo.188.B.
Videre deum negant,qui dicunt eum non curare humanas res. parte.3.fo.100.E.
Non videt vana q fixus est in illo qui est super omnia,cuius mens sursum est:qui vero hæc cogitat sub sole viuit,vbi vanitas.parte.3.folio.265.A.
Vig Vigenarius numerus sicut dualis,propter duas decades,in malo solet accipi,sicut vndenarius,qui vno indiget vt sacrũ expleat numerum.s.duodenarium.parte.4.folio.273.E.& fo.432.B.
Vigilat qui oculos apertos in vero lumine tenet.parte.5.fol.158. E.Item parte.6.fo.227.E.
Vigiliꝫ tres sunt,& possunt per eas intelligi tria tempora.s.iuuentutis,senectutis,& ætatis mediæ &c.parte.5.fo.158.F.H.
Vigiliæ quatuor.Prima vigilia est custodia puericiæ,secunda est custodia iuuentutis,tertia status virilis,quarta senectutis.parte.5.fo.158.G.Item parte.1.fo.269.B.
Vigiliæ multæ in quibus laudandus est dominus,parte.4.folio. 18.E.
Vigintiduo numerus in scripturis diuinis,principalibus causis ascriptus sæpe reperitur,& enumerantur plura.parte.1.folio.270.F.
Vigintiquinꝫ numerus est quadratus,& quid per eum repræsentatur.parte.5.fo.204.E.& vix aut nunꝫ in bono reperitur. parte.4.fo.225.F.& fo.269.E.
Vigintiseptem:Numerus iste & ad bonum & ad malum potest referri.parte.4.fo.253.A.
Vigintiocto complebis si ab vno vsꝫ ad.vij.omnes in ordine numeros numeraueris.parte.1.fo.180.F.
Vil Villa(vt dicit Lyra)est,quæ non habet muros,& ciuitas villa est clausa muris.parte.1.fo.333.D.
Villæ cuilibet notabili debet vnus præsidens præpositus assignari,qui faciat inter homines iusticiam obseruari.parte.2.folio.212.D.
Vim Vim facere,est possidentem violenter expellere,& possessionem diripere.parte.2.folio.16.E.
Vin Vincere frustra nititur malignos spiritus,qui seipsum prius non vincit.parte.3.fo.76.B.
Vincula iniusta dirumpit iusticia.parte.5.fo.57.D.
Vincula corporea sunt fames,sitis,&huiusmodi,quę hic nequeũt solui.parte.3.fo.12.E.
Vinculum plaustri est grossius cꝫ funiculus.parte.4.fo.15.C.
Vindicta an sit per se petenda,vel appetibilis propter se.parte.6. fo.282.H.& fo.283.A.
Vndictam appetere,quando est iustum,& quando iniustum,& quot modis hoc contingat iniuste appetere.parte.5.fol.20.H. Item parte.3.folio.416.G.
Vindicta quomodo,& qualiter,& quot modis est appetenda,& quando non est quærenda.parte.5.fo.22.D.
Vindictam per se nullus debet sumere de propria iniuria,nisi incumbat sibi ex officio:& tunc melius esset cꝫ per alium faceret, vt legitur de Platone.parte.2.folio.90.E.
Vindicta in quibusdam non prohibetur quæ sit ad correctionẽ, quæ & ipsa pertinet ad misericordiam,nec impedit propositũ mansuetudinis.parte.5.fo.22.E.
Vindicta pia dum rebellis subditur..parte.3.fo.110.A.
Vindictam quomodo sancti petunt à deo in terra de aduersarijs. parte.5.fo.170.D.G.
Vindictam Christus duobus modis in his qui merentur,exercet. &c.parte.4.fol.444.E.
Vindicta iusta punitur creatura,quando se erigit contra creatorem,vt se inferiorem cognoscat.parte.3.fo.379.A.
Vindictæ diuinæ ordo.Prius deus peccatis irascitur,quãdo nõ compunguntur,inde maliciam hominis in sua indignatione, ira,& tribulatione derelinquit.parte.3.fo.200.B.
Vindictas quas minatus est dominus Adæ dicens:In quacunꝫ die co.mor.mo.confirmauit sic vt non ad horam,sed sint vsꝫ in finem seculi.parte.3.fo.138.F.
Vineam florentem si immoderatum frigus vel æstus attigerit,discusso flore botrus tabescit.parte.3.fo.35.G.
Vineę fructus de nouo plantatę.tribus annis primis secundum legem reputatur immundus.parte.1.fo.356.C.
Vineę quicunꝫ locatur,cum baptismi mysterium sibi datur.parte.5.fo.66.D.
Vinea etiam est instrumentum bellicum ad destruendum murum.parte.4.folio.248.G.
Vinum ex vetustate laudem consequitur,mala verò ex nouitate. parte.3.fo.366.A.
Vinum non esse bibendum,asserit Titianus,sed quomodo hoc intelligendum.parte.4.fo.361.A.
Vinum probare volentibus quis modus est.parte.3.fo.132.F.
Vini fortis potio multiplicat spiritus,& sic est remedium contra dolorem animi & corporis.parte.3.folio.339.D.
Vinum sanos iuuat,& cor hominis sani duntaxat lætificat:febrientibus verò perniciem parit.parte.2.fo.36.E.
Vini potatio excessiua inducit ad læticiam ineptam & ad luxuriam.parte.4.fo.468.D.
Vinum corda superborum inflammans,sic ad facinus impellit,sicut ignis ferri duriciam mollit,& candescere facit.parte.3.folio.419.F.
Vinum omnia per talenta loqui facit,& quomodo.parte.2.folio.271.E.
Vinum preciosum dicitur vinum prædonum,& quare.parte.4. folio.359.H.
Vini haustus immoderatus,& interioris & exterioris visus ingerit cæcitatem.parte.3.fo.331.E.Item parte.2.folio.25.E.
Vini deus dicitur Liber,& quare,& quomodo depingitur,habet etiam alia nomina.parte.4.fo.468.D.
Vinum pressum à Christianis prohibitum est modo Iudæis bibere ex traditiõibus paternis,licet in lege non sit eis prohibitum. parte.4.folio.295.C.
Vinum bibere gentilium permissum fuit Neemiæ:quod tamen de communi cursu erat Iudæis illicitum.parte.2.fo.242.F.G.
Vinum detulerunt secum Israelitæ de Aegypto,quod ex illo cõstat:Nam si omnino nihil tulissent,vnde diceretur,Sedit populus manducare & bibere.parte.1.fo.366.E.
Violentia fidei religiosa est,segnicies criminosa.parte.5.fol.167. Vio B.Item parte.4.fo.236.G.
Violentia grandis est,in terra nasci,& cælum capere,& habere per virtutem quod non possumus per naturam.parte.5.fo.39. B.& fo.167.B.
Violentatus,secundum nostrum modum loquendi,dicitur vsꝫ ad cor confixus.parte.4.fol.427.B.
Vipera sic nascitur,vt violenter exeat.parte.3.fo.42.F. Vip
Vir dicitur à virtute,& ideo quilibet vir efficitur quãdo in virtu Vir tibus moralibus conuenienter exercitatur.parte.2.fo.284.D.
Vir non debet exercere actus muliebres,vt filare & lauare pãnos & similia.parte.1.fo.155.H.
Virum muliebria facere contra naturam,est comam crispare,torquere capillos.&c.parte.1.fo.355.E.
Virilitatis & pulchritudinis indicium sunt cæsaries & barba.parte.4.fo.218.F.
Vir dicitur imago dei & ad imaginem dei.Hoc multipliciter exponitur.parte.6.fo.49.E.F.
Vir vt portionem sui corporis amplecteretur in fœmina,salubri dei consilio factum est,ne à se putaret diuersum,quod de se cognosceret fabricatum.parte.5.fo.58.E.
Vir caput mulieris est quadruplici ratione.parte.6.fo.49.A.B.
Vir si loquitur,continuo contemplamur si viro digna sint quæ dicuntur:& si eruditus sit pro eruditionis intuitu etiam dicta pensamus.parte.1.fo.320.B.

Vir orans,dum suō iudici se offert & colloquitur,vbi conditionem suam profitetur,non debet se velare.parte.6.fo.49.A.B.
Vir literatus vel super aliosin aliqua gratia eleuatus,siue secularis fuerit siue religiosus,ex gratia sibi data aliquando erigitur in superbiam,& vult vsurpare sibi ecclesiam vel dignitatem:& significatur per Ruben.parte.1.folio.98.H.
Vir ad deum conuersus oliuæ fructiferæ comparatur.parte.4.folio.350.B.
Vir bonus qui deo permittente,& diabolo procurante cadit in aliquod peccatum,sed ex dei misericordia resurgit ad maius bonum,illius figuram gerit Ezechias.parte.2.folio.180.D.
Viri sancti tanto vigilantiori se circunspectione custodiunt,quāto se pulsati sinistris motibus vel transitoriè dedignantur.parte.2.folio.108.A.
Viro iusto periculum est manere prope locum peccatorū,ne patiatur in anima vel in corpore propter vicinitatem eorum.parte.1.folio.73.H.
Vir fortiter pugnans contra passiones inordinatas,triumphat de quatuor passionibus principalibus,quæ sunt ineptum gaudiū in prosperis,& dolor nimius in aduersis,& spes de bono futuro incompetenti sibi,& timor inordinatus de incursione temporis mali,& significatur per Dauid.parte.1.folio.106.D.
Viri excellentes in ecclesia Christi,odorem famæ per sanctam vitam & sanam doctrinam dantes in ecclesia dei,signantur per mandragoram,& sunt poma valde rara.parte.3.folio.366.F.
Viri sancti cum quicquid sapientiæ, eloquentiæ & actionis bonæ percipiunt,bene viuendo in ædificationem fidelium conferunt,aurum & argentum in impensas templi offerunt.parte.2.fol.243.B.
Viri sancti lucernæ sunt,qui oleo spiritussancti infusi,& ipsi igne dilectionis ardent in corde,& proximis lucem scientiæ præferunt in lingua.parte.2.folio.143.E.
Viri spirituales sic subditos suos vel monendo vel plangendo foueant & coanimentsicut gallina fouet oua sua & coanimat.parte.4.folio.181.F.
Viri perfecti in scientia & vita,intelliguntur per stellas.parte.3.folio.50.D.
Viri perfecti ascendentes de virtute in virtutem,signantur per Rechabitas.parte.4.folio.159.D.
Viri sancti quicquid habent boni,deo attribuunt,non sibi:& per quid significentur.parte.2.folio.70.A.
Viri virtutibus clari,lignis cedrinis assimilantur.par.2.fo.208.A.
Vir bonus realiter,& nō apparenter tantum,significatur per Tobiam.parte.2.folio.283.H.
Vir bonushabens in se rationem dominantem carni,significatur per Abraham.parte.1.folio.66.H.
Vir sanctus dicitur lumbare dei,& quare.parte.4.folio.129.F.
Viri sancti vxor est sapientia.parte.4.folio.236.F.
Viris perfectis terrenorum sæpe contingit indigentia,cum semper assit virtutum copia.parte.3.folio.363.B.
Vir duplex animo quis dicitur.parte.6.folio.210.E.
Vir pessimus & vir bonus est animæ,qui & quales sint.parte.6.folio.16.G.
Virum non cognosco,quomodo exponendum,secundū qp pertinet ad virginitatem purgati animi.s.heroicam.parte.5.fo.128.F.
Viri tres qui apparuerunt Abrahæ,dicunt Hebræi, qp fuerunt tres angeli,Michael.s.Gabriel & Raphael.parte.1.folio.70.C.
Viri in sacris Veneris portabant ornamenta mulierum & instrumenta earum,vtpote colum,fusum & similia.parte.1.fo.355.H
Virago non signat mulierem de viro sumptam,vt fuit Eua,sed magis propriè diceretur vira,si sermo Latinus pateretur.parte.1.folio.39.D.
Virga diuersimodè accipitur,propriè scilicet,& metaphoricè.parte.5.folio.36.F.
Virgam in manu portabāt doctores Hebræorum,& quare.parte.5.folio.36.G.Item parte.3.folio.252.B.Itē parte.1.folio.137.H.& folio.292.D.
Virga multipliciter dicitur.parte.4.folio.190.A.& fo.384.E.H.
Virgam habet omnis princeps.parte.1.folio.292.C.
Virga est signum dominij & correctionis.parte.1.folio.292.C.
Virgam ferre,& non ferre virgam apostoli iussi sunt,quomodo intelligendum.parte.5.folio.148.E.
Virgæ quot in tabernaculo fœderis coram testimonio positæ fuerunt.parte.1.folio.292.H.
Virgæ magorum an veri dracones facti fuerant,an potius videbantur esse quod non erant ludificatione venefica.parte.1.folio.138.A.
Virga virilis apud Hebræos communiter nominatur sagitta.parte.3.folio.415.D.
Virginitas supergreditur cōditionem humanæ naturæ,per quā homines angelis assimilantur.parte.6.folio.43.E.
Virginitas tenet supremum gradum in virtute castitatis,ideo significat vitam contemplatiuam.parte.5.folio.76.G.
Virginitas carnis,corpus est intactum,quæ virginitas paucorum est.parte.6.folio.74.A.
Virginitas cordis,fides est incorrupta,quæ est omnium fidelium.parte.6.folio.74.A.
Virginitas quæ & qualis & quomodo reparari potest.parte.4.folio.13.D.
Virginitatem qui domino consecrant,mores oportet virginitate cōdignos,ostendant;abstineant ab ociosis verbis,ira,rixa,detractione, habitu impudico,comessationibus,potationibus,& huiusmodi,vigilijs,sanctis orationibus,lectionibus,eleemosynis,& huiusmodi vacent,vt qui futuræ vitæ statum in professione tenent(in qua nō nubent neq; nubentur,sed sunt sicut angeli in cælo)huius quoq; statum quantum mortalibus possibile est,in præsenti studeant imitari.parte.2.folio.134.A.
Virginitas altus mons est,ad quam qui non potest conscendere,maneat in legitimo coniugio,quia melius est mediocri bono vti,qp in abrupta libidinis præcipitari.parte.1.folio.73.B.
Virginitas in paradiso,extra nuptiæ.parte.1.folio.44.F.
Virginitatis testificatio quomodo fiebat in lege veteri.parte.1.folio.356.F.G.
Virginitatem vel viduitatē vouentibus,non solum nubere,sed & velle damnabile est.parte.6.folio.121.E.
Virginitatem quomodo voluit Apostolus omnes seruare,sicut ipse fecit,cum vt sic non fuisset completusnumerus electorum.parte.6.folio.42.G.
Virgo vera,& corpore & spiritu casta est.parte.4.folio.121.F.
Virgo vel mulier continere proponens,sed de sua securitate nimis confidēs per Thamar significatur.Diabolus enim inter valde propinquos ignem concupiscentiæ carnalis accendit.parte.2.folio.110.D.
Virginibus quæ iactant pudicitiam,& impudenti vultu præferunt castitatem,cum aliud habeant in conscientia,potest conuenire dictum propheticum.Templum domini &c.parte.4.folio.121.F.
Virginem non esse,magis expedit qp de virginitate insolescere.parte.2.folio.79.D.
Virgines discite non circuncursitare per alienas ædes,non demorari in plateis,non aliquos in publico immiscere sermones,ecce Maria in domo,serò festinans in publico.parte.5.folio.125.H.
Virginum est trepidare,& ad omnes viri ingressus pauere,& omnes affatus vereri.parte.5.folio.124.E.
Virgines lilia dici possunt qui per augmentum in deo crescunt,& induuntur gratiæ vestibus in præsenti,& gloriæ in futuro.parte.5.folio.157.H.
Virgines in scriptura solent appellari mulieres.parte.5.fo.318.A.
Virginem suam.i.virginitatem suam,sic nonnulli intellexerunt verbum Apostoli,nulla tamē hoc simili scripturarum locutione demonstrant,cum sit inusitatissima.parte.1.folio.318.A.
Virtuosus homo & cōstans magis eligit mori pro Christiana veritate,qp fictionem transgressionis fingere.parte.4.fol.468.H.
Virtuosum sicut decet lætari de obseruatione diuinæ legis,ita & tristari de eius transgressione,non solum in se sed etiam in alijs.parte.3.folio.273.C.
Virtuosus adulationibus deceptus merita sua manifestat ad sui gloriam,& sic amittit ea per diuinam sententiam.parte.4.folio.69.H.
Virtuosus homo comparatur tetragono,quia sicut corpus tetragonum optime sedet in quolibet latere,sicvirtuosus bene se habet in omni euentu fortunæ.parte.3.folio.5.D.
Virtuosus homo verè ex laude nullo modo extollitur,sed melior efficitur,& apparet veritas virtutis.Si autem extollitur,appareret falsitas.parte.3.folio.335.C.
Virtuosus homo qui cōtra vitia fortiter præliatur disponit exercitum suum.s.congeriem actuum bonorum in tres partes,& significatur per Dauid.parte.2.folio.116.D.
Virtuosi manentes cum vitiosis,significantur per filios Israel manentes cum Aegyptijs,quorum rex.i.diabolus excitat populū suum.i.malorum collegium ad persecutionem iustorum,vt per impatientiam frangantur.parte.1.folio.123.D.
Virtuosam vitam assequi,valde promouet & coadiuuat,qp quib ā pueritia sua sit consuetus operibus virtuosis.parte.5.folio.39.F.
Virtuosum opus requirit discretionem & operationem.Discre-

# Index in Glos. ordi.


dio non valet sine operatione,nec aliquod opus bonum est sine discretione.parte.1.fo.233.G.

Virtus est bona qualitas mentis qua quis bene vtitur,& nullus male vtitur,quam deus in nobis siue nobis operatur.parte.3. folio.264.F.

Virtutes quædam sunt communes seu humanę,quædam autem sunt excellentes seu heroicæ.parte.5.fo.18.C.& folio.128.E. Itē parte.1.fo.50.H.

Virtutes dicuntur quatuor anguli domus mentis,& etiam quatuor flumina paradisi.parte.3.fo.7.F.

Virtutes quatuor principales dicūtur quatuor latera.Vel etiam virtutes tres theologicæ & ipsa operatio,dicuntur latera.parte.6.folio.272.E.Item parte.1.fo.51.D.

Virtutes cardinales secundum doctores catholicos manent in patria,tamen secundum alios actus cę in via.parte.6.folio.272.F. Item parte.1.folio.54.D.

Virtutes septem,tres theologicæ,& quatuor cardinales,significātur per septem boues,quæ dicuntur pulchræ & crassę,& quare.parte.1.folio.106.H.

Virtutes quatuor cardinales,quia cæterarum virtutum genera, conuenienter nominantur cornua.parte.1.fo.219.F.

Virtutum septenarius,quibus quieſcit homo de terra formatus, significatur per sabbatum terræ,& quo modo.parte.1.folio. 258.H.

Virtutes distinguuntur in politicas purgatorias,purgati animi, & exemplares.parte. 3.folio.287.C.

Per virtutes morales efficitur homo bonus simpliciter,per virtutes autem intellectuales non efficitur bonus simpliciter,sed secundum quid,vt bonus artifex,bonus philosophus,& huiusmodi.parte.3.fo.375.D.

Virtutes morales vndecim.s.fortitudo,temperantia,liberalitas, magnificentia &c.significantur per vndecim stellas.parte.1.folio.102.D.

Virtus moralis dicitur quædam sanitas animæ,& firmatur,& augetur per resistentiam contra fomitis inclinationem.parte. 3. folio.352.G.

Virtutes morales infusæ & acquisitæ,differunt penes medium & finem.parte.3.folio.264.F.

Virtutes morales infusæ sunt mirabiles, & quare. parte. 3. folio.264.F.

Virtutis cuiuslibet moralis finis consistit in moderatione passionum & actionum humanarum.parte.3.fo.330.C.

Virtutum moralium finis non possunt esse diuitiæ temporales, & mundi honores,& quare.Ibidem.

Virtutes quatuor principales per quatuor flumina paradisi designantur,& quare:Phison prudentiam,Geon temperantiam, Tigris fortitudinem,Euphrates iusticiam.parte.1.fo.37.B.

Virtutes politicæ possunt designari,per solem.s.prudentia,per lunam iusticia,per stellas verò cæteræ virtutes intelliguntur.parte.1.fo.26.D.

Virtutes politicæ ex actibus acquisitæ sicut connectuntur prudētiæ diuinæ vel infusæ.parte.4.folio.204.D.

Virtutes cardinales quibus spiritualiter viuitur,quatuor panibus signantur,& quis cuiusq; effectus.parte.5.folio.50.F.& fo. 91.F.Item parte.2.fo.137.A.

Virtutes percuti & mori dicuntur,quæ & quomodo.parte.3.folio.8.A.

Virtutes tres theologicæ quomodo mori dicuntur.Ibidem.

Virtutum gradus octo.parte.6.fo.224.A.

Virtute in qualibet tres gradus assignari possunt.parte.5.fo.44. D.& fo.45.D.

Virtutum omnium matres sunt fides,spes,charitas,ex quibus deo nascimur & cæteræ virtutes generantur.parte.4.fol.20.E.

Virtutes tres theologicæ per quid significantur.parte.4.folio. 269.B.F.

Virtutes quæ dicuntur maiores,& quomodo virtutes connexæ proportionabiliter crescere dicuntur.parte.5.folio.55.H.

Virtutes licet sint connexæ,tamen aliquæ sunt magis proprie cō templatiuorum,aliquę actiuorum,& aliquæ prælatorum.parte.5.folio.18.C.

Virtutes connexę sunt,vt qui vnam habet,plures habere videatur:sed eius quæ fuerit vberior,& vberius præmium. parte.5. folio.141.F.

Virtutis alicuius actus secundum inferiorem statum,bene est impeditiuus actus virtutis alterius altioris gradus.parte.5.fo.18. D.& folio.31.F.

Virtutes iunctæ sunt nec possunt separari.parte.2.fo.137.B.

Virtutum excellentia,videntur virtuosi vitam humanam excellere,& ad vitam beatam quodammodo appropinquare,& tales dicuntur beati quodammodo.parte.5.fol.18.C.

Virtutes qui sine humilitate congregat,quasi puluerem in ventum portat.parte.1.fo.356.A.

Virtutum gradus maximè in humilitate consistere pater Benedictus intelligit,cum in scala patriarchæ Iacob iter nostrum ad cælestia designatum incrementis & profectibus bonorum operum comparat.parte.2.fo.257.E.

Virtutes sunt ordinatæ in modum scalarum,vt alius quasdam alius assequatur omnes,vt quisq; subleuetur à terra.parte.1.folio.218.B.

Virtutes summæ designantur per holocaustum,virtutes minores & communia vota fidelium quibus pacatur deus,per hostias pacificorum.Ibidem.C.

Virtus fidelium quælibet,vicinarum sibi virtutum societate velut consanguinitate crescit.parte.1.folio.187.D.

Virtuti vni non semper studendum est,sed de virtute in virtutem eundum, & de alia ad aliam transeundum. parte.1. folio.299.E.

Virtutum quælibet alijs suffragatur,sine quo vnaquæq; valde destituitur.parte.3.fo.5.F.

Virtutes sibi hærent & ita connexæ sunt,vt qui vna caruerit, omnibus caret.parte.1.fo.299.E.

Virtutes quædam sunt incipientium,aliæ proficientium,aliq; perfectorum.parte.3.fo.287.C.

Virtutum opera aggredi refugiunt aliqui ex pusillanimitate,curantes & quærentes tantum terrena.parte.5.folio.77.C.

Virtutum perfectionem nullus ingreditur,nec in ea permanet, nisi dei gratia adiuuetur.parte.1.folio.53.H.

Virtutum iter inchoantibus adiuuando occurrit Christus.parte. 5. folio.87.B.

Virtus magna hominis parare cor suum ad obsequium diuinæ voluntatis,& dicere posse:Paratum cor meum deus &c.parte. 2. folio.249.H.

Virtutis aliquid,vel boni operis quicunq; bene laborans acquirit,deo non sibi attribuat.parte.2.folio.211.A.

Virtutes dupliciter habentur ab hominibus.Primo modo communi & humano.Alio modo excellenter quasi diuino.parte. 3.folio.287.C.

Virtutum perfectio est ad hunc statum animi conscendere,quo gratiam conditoris vel in modico timeamus offendere.parte. 3.folio.330.A.

Virtutum perfectio in hac vita est,vt castè timeamus deum.parte.3.folio.330.B.

Virtutum finis in futuro est,vt diuitias promissæ hæreditatis,regni cælestis gloriam & vitam recipiamus æternam.Ibidem.

Virtutum præmia in hac vita dari non possunt,quia præmium virtutis excedit omne illud quod temporaliter posset dari.parte.3.folio.4.D.

Virtutum opera vt exerceam(ait piger)timeo in publicum prodire,ne me antiqui hostis aduersitas tentet:vel quilibet peruersus derideat;conuitijs confundat,iniurijs afficiat,aut sicut alios iustos consumat tormentis.parte.3.folio.330.B.

Virtutum in operibus assuefieri iuuenes non parum facit ad virtutem,immo multum.Ibidem.D.

Virtutes qui deserit,in quibus proficiebat,immundis spiritibus Villas prodit.Et facit sicut auis quę oua vel pullos quos fouerat raptui exponit.parte.3.folio.334.F.

Virtus perfecta est morum possessio.parte.5.folio.18.B.

Virtutibus anima sustentatur,sicut corpus ossibus.parte.4.folio.107.E.

Virtutibus quicunq; cum modestia continentiæ,auditioni siue iudicio sapientium,obseruantiæ mandatorum dei,& maxime simplicitati & humilitati studere videris,huius munda & recta opera intellige.Si autem his contrarium,corrige:aut si hoc nō potes,deuita ne ab eo corrumparis.parte.3.folio.328.A.B.

Virtus laudata crescit.parte.3.folio.324.D.

Virtutum exempla sunt secularibus & regularibus prædicanda. parte. 4.folio.159.F.

Virtutes aliquas vt habeas,& alias negligas,non vult scriptura sancta,sed vt omnibus adornatus,& in earum actibus positus deo seruias.parte.2.folio.33.A.

Virtutes sibi inuicem hærere philosophorum sententia est.parte. 4.folio.37.A.

In virtutibus conseruandis non remissior solicitudo debet esse, cę in acquirendis.parte.2.fo.7.E.

Virtus aliqua perfecta est in fuga,& fugiendo vincimus.parte.2. folio.13.A.

Virtutes discretiones quærunt,quarum nimietas omnis in vitio est.parte.3.folio.317.A.
Virtutis occasio fit sæpe culpa fortium,& virtus infirmorum occasio peccati.parte.3.folio.430.F.
Virtus rara,& arta & angusta est via quæ ducit ad vitam.parte.4.folio.256.B.
Virtutibus semper contradicitur.parte.4.folio.288.B.
Virtutum custodia est agnitio infirmitatis.parte.3.folio.76.B.
Virtus nō est insensibilitas cordis,sicut & membra per stuporem incisa non dolent.parte.3.folio.8.B.
Virtus non est,non posse peccare,sed nolle.parte.5.folio.171.A.
Virtus tua cum deficit,tūc erit virtus dei in te.parte.3.folio.184.F.Interl.
Virtute sua nullus saluatur,sed ecce vnde salus.Oculi domini super metuentes eum.parte.3.folio.131.B.
Virtutes vbi decet compositas esse nisi in sede dei: De cælo nāq; ad nos descendunt.parte.1.folio.219.F.
Virtutes animi excoluerunt aliqui,& philosophia in nonnullis aliquid egit:sed Gentilis si quid honestum habeat in moribus quia non deo,sed sibi ascribit,non sanctificatur,nec inter primitias recipitur.parte.1.folio.193.F.
Virtutibus si aliquis studeat siue in seipo siue alijs pium laborem impendat,non sibi sed diuinę gratiæ imputet,vt ei consecretur omnis boni initiū,à quo speratur perfectionis supplementum.parte.1.folio.289.C.
Virtus est animi quā Græcorū philosophi docēt, q̄ nō pro deo, sed p gloria exercet humana.Est & Assyriorū virtus vel Chaldæorum in astrologiæ studijs,sed non Israelitica,nec ad deum pertinens.Sola verò apud deum virtus Israelitica numeratur, quæ à deo docetur &c.parte.1.folio.266.A.
Virtus discenda est,& imitanda & magistrorum terenda sunt limina,non confisi naturæ.parte.4.folio.5.F.
Virtus est quædam in anima nostra quę parit sensus,velut mater qui procedit ex nobis.Hæc virtus in alijs generat fortes sensus, in alijs languidos & ineptos.parte.2.folio.24.E.
Virtus animi & sensus,mentis filij sunt:filiæ verò opera corporis ministerio impleta.parte.1.folio.313.E.
Virtutis inchoatæ laudem qui acceperit,quasi plantati ligni fructum ante tempus comedit.parte.1.folio.248.A.B.
Virtutum variarum species qui ostentant propter laudes hominum,significantur per pauonem.parte.2.folio.221.E.
Virtutis bonum vastatur per quatuor vitia,quæ sunt,ferocitas tyrannica,perfidia hæreticorum,fraudulentia simulatorū,malicia æmulatorum.parte.4.folio.309.D.H.
Virtutum opera quidam causa cupiditatis terrenæ seu ambitione humanæ laudis foris agitant,sed sub velamine pietatis dolū nequitiæ intus celant,& per quos significentur.parte.4.folio.476.A.
Virtutes cum hominem deserunt quæ eum defendere debuerāt. in defectione carnalis sensus capitur,vt sæpe bona opera se amittere,ipse qui captus est animus dolens cernat. Et de hoc figura. parte.2.folio.186.B.
Virtutum operibus à diabolo nudati,qui de ecclesia recesserunt, ad communionem illius maioribus virtutibus exercitati plerūq; redeunt.parte.2.folio.243.B.
Virtutum exercitio in ordine ad deum,tria occurūt impedimenta.parte.3.folio.400.F.G.
Virtutes aduersarias dicitur deus permitere,imo incitare propemodum,vt veniāt contra nos in prælium vt vincamus,& illæ pereant.parte.2.folio.18.F.
Virtutes contrariæ apud infideles audientes quædam nomina, assunt,etiam dans operam in hoc ad quod inuocari se sentiūt, multo magis cælestes virtutes,si verba scripturæ ex ore promamus, etsi illa non intelligimus,illę virtutes intelligunt &c. parte.2.folio.22.A.
Virtutibus decem ad atria domini peruenitur,in exemplum decalogi decem virtutes,decem virtutum effectus.parte.3.folio, 105.A.
Virtutes cum non extollunt animum,sed quasi in puluerem reputatione agentis rediguntur,ad perfectionem perducunt. Et cui assimilantur.parte.3.folio.359.F.
Virtutum fabrica motus interiores,& actus exteriores asperitate & tortuositate remota ad rationis rectitudinem reducūtur. parte.1.folio.50.H.
Virtutum doctrinam qui faciendo ostendunt, quia lingua non possunt,hi sunt qui in ecclesia humiliter & obedienter, quæ à magistris audiunt,deuota mēte suscipiunt.parte.2.folio.211.A.
Virtutes quædam clarissimæ sunt sanctorum quæ non omnibus in exempla operis possunt ostendi,sed tantum ad glorificandam dei gratiam recitari.parte.2.folio.250.B.
Virtutum multiplicitate cum redolemus,in altari boni operis thymiama ex aromatibus compositum facimus.parte.1.folio.197.A.
Virtus quantum virtuti iungitur,tātum incensum boni odoris sincerius exhibetur.parte.1.folio.197.A.
Virtutes recogitando terere,& vsq; ad subtilitatem examinis occulti retractare,est aromata in puluerem redigere.parte.1.folio.197.A.
Virtutes per vestimenta intelliguntur,quæ per exercitium bonorum operum in religione nō atteruntur,sed magis solidantur. parte.1.folio.366.H.
Virtutum vnaquęq; propriam habet illuminationē,alium diem habet sapientia,alium intellectus,sic & cæteræ. parte.3.folio.5.E.
Virtutum perfectione qui magni sunt,possunt coronari.Qui autem parui,licet fulgore maiorum latere videantur,à tenebris tamen maledictionum sunt alieni.parte.4.folio.159.B.
Virtutum viriditatem in regno animæ deuastant quatuor,& per quæ significantur.parte.4.folio.351.H.
Virtutes Christus vult esse sine vana gloria. parte.1.folio.238.B.
Virtutem conscientia quisq; examinat.parte.1.folio.259.A.
Virtutum dona percipere non est satis fidelibus nisi studeant pro commissis pœnitere.parte.1.folio.370.B.
Virtus prima est per pœnitentiam perimere veterem hominem, & vitia odire.parte.5.folio.13.E.
Virtus virtutum est pro inimicis orare,& de salute eorum curare.parte.6.folio.273.F.
Virtus est genus signorum & prodigiorum.parte.6.folio.76.E.
Virtutes dicuntur arma lucis,& quare.parte.6.folio.28.H.
Virtutes,margaritæ sunt.parte.5.folio.46.D.
Virtutis in actu in quo tota lex implet,maior difficultas est quā in alio quocunq; in quo non implentur nisi singularia præcepta legis.parte.1.folio.166.D.
Virtus perfecta non habet studium vltionis,nec vlla est iracūdia vbi est charitatis plenitudo.parte.5.folio.151.A.
Virtus lenta est & cunctatrix,ante iudicat quā incipit,quid decorum,quid honestum.parte.1.folio.232.E.
Virtutis vir,significatur per Iacob.parte.4.folio.423.H.
Virtus creata ad actus aut habitus supernaturales se nō extendit. parte.2.folio.81.D.
Virtus actiua quę potest in maius,potest & in minus. Quomodo illa regula intelligatur. Ibidem.
Vis humana sola sufficit in plerisq;,nec res indiget,necq; decet spi- Vis
ritus sancti adesse præsentiam.parte.1.folio.282.H.
Visio quid est.parte.8.folio.75.B.
Visionum tria genera sunt,quę & qualia.parte.6.folio.76.A.B. & folio.240.B.H.& folio.241.C.Item.parte.4.folio.3.E.& folio.294.C.D.
Visio & fruitio trium personarū eadē est &c.parte.6.folio.217.H
Visio dei per essentiam soli Christo conuenit per naturam,hominibus autem per gratiam:per quam trahuntur quodammodo ad naturam diuinam.parte.5.folio.194.H.
Visio clara diuinæ essentiæ an & quomodo excludat rationem prophetiæ.parte.3.folio.8.E.H.& folio.85.G.
Visio nō dicit nisi cōtineat aliud mystice qd deo reuelāte sciatur. Et iō triplex visio dicitur triplex cælum. parte.6.folio.240.C.
Visio & visionis intelligentia reuelatæ diuinitus sunt de intrinseca & formali ratione prophetiæ. parte.3.folio.85.G.& fo.88.A
Visio beati Stephani vtrum fuerit mentalis, aut imaginaria,vel corporalis.parte.6.fo.178.G.H.& folio.180.H.
In visionib⁹ solet esse tentatio: solet enim angelus iniquitatis trāsfigurare se in angelum lucis,& ideo solicitę agendum est vt discernas visiones.parte.1.fo.323.A.
Visitans(vt papa vel legatus)vnam prouinciam,potest accipere sumptus ab alia.parte.6.fo.74.F.
Visitare dicitur deus hominem,quando dat ei beneficia spiritualia & corporalia.parte.3.folio.27.B.
Visitare dicitur deus peccata patrum in filios vsq; in tertiam & quartam generationem,& quomodo hoc intelligendum sit. parte.1.fol.164.A.B.C.& folio.205.E.& folio.336.F.& folio. 359.G.Vide in Iniquitatibus.
Visitatio bona de genere,si sit alicui occasio ruinæ,debet eam relinquere.Notent visitatores.parte.5.fo.21.G.
Visitatio,& consolationem.& supplicium significat.Vel:Visitatio in bono,& visitatio in malo.parte.4.fo.35.F.& folio.47.F. G.& folio.155.B.& folio.224.A.

# Index in Glos. ordi.


Visum maximè delectant virides sationes & cõfortant, & maxie quando sunt herbæ aromaticæ. parte. 3. folio. 363. E.

Visus nomine vtimur aliquando in his quæ pertinent ad intelle ctum. parte. 5. folio. 188. B.

Visus, quia primatum obtinet in sensibus, intermiscetur omnibus. Sic enim dicimus: Audi & vide, olfac, & vide, palpa, & vide. parte. 1. folio. 165. A. Interl.

Visus exterioris & interioris ingerit cæcitatem immoderat⁹ haustus vini. parte. 3. folio. 331. E.

Visus malorum nisi prius claudatur, non patebit intuitus bonorum. parte. 1. folio. 307. B.

Vit Vita corporalis & vita spiritualis comparantur quo ad generationem & nutritionem. parte. 6. folio. 50. D. F.

Vita præsens ad sufficientiam duo requirit, scilicet nutrimẽtum, & vestimentum, & ideo circa ista solet magis solicitari. parte. 5. folio. 26. H.

Vita animalis vt continuetur, requiritur cibus per quem restauratur humidum deperditum per actionem calidi naturalis. parte. 1. folio. 36. H.

Vita frequenter accipitur pro operatione vitæ in qua principaliter aliquis operatur, sicut potare dicitur vita ebriosi, & peccare vita peccatoris, & agere iustè, vita virtuosi hominis. parte. 6. folio. 14. H.

Vita humana continuata per vitales spiritus egredientes à corde qui in senectute debilitantur, & tandem deficiunt, & sic vita terminatur. parte. 3. folio. 38. B.

Vitæ causa, vitalem spiritum conferendo deus sic est, sicut sol per suam præsentiam est causa luminis in aere radios influẽdo. parte. 3. folio. 33. C.

Vita carnalis per aerẽ exprimitur, quia aeris spiramine hũanum corpus viuificatur. parte. 1. folio. 364. E.

Vita tam longa quomõ homines primis temporibus viuebant? Ad hoc potest ratio assignari multiplex. parte. 1. folio. 49. B. F. G. & folio. 50. A.

Vitæ siue viuentium gradus sunt quatuor. Vegetatiuum, sensitiuum, motiuum secundum locum, intellectiuum. parte. 5. folio. 185. D. Item parte. 1. folio. 36. D.

Vitæ secularis circũitus & labor significatur per molã asinariam. parte. 5. folio. 56. A. & folio. 107. D.

Vita hominis multas infirmitates corporis & animę & angustias solet generare. parte. 3. folio. 33. D.

Vita præsens dicitur ipsa tentatio, sed non tentari, quia caro corrupta ex se contra se molestias gignit. parte. 3. folio. 20. F.

Vita præsens mari & fluuio comparatur, quia modo aduersitatis amaritudine afficimur, modo dulcedine ꝓsperitatis replemur. parte. 3. folio. 33. E. Item parte. 1. folio. 375. H.

Vitæ huius miseria & breuitas exprimitur per similitudinem aranęę, quę texit inanes telas vt dolo capiat muscas, sic nos in rebus corruptibilibus laborabamus, inania texebamus. parte. 3. folio. 222. A. & folio. 223. C.

Vita hominis comparatur telæ texentis, quia sicut texitur addendo fila filis, sic humana vita deducitur addendo dies diebus, & perfecta tela succiditur à texente, sic humana vita à deo de vita præsenti. parte. 3. folio. 21. D.

Vita diebus singulis proficit sicut tela filis, sed quo magis tela crescit, ad incisionem tendit. parte. 3. folio. 21. B.

Vita præsens est hyems, in qua nos mortalitatis nostræ frigidus torpor astringit. parte. 3. folio. 68. F.

Vita præsens est ventus transiens, & quare. parte. 3. folio. 69. E.

Vita nostra in hac peregrinatione nõ potest esse sine peccato, nec ꝑficere tentatiõe: quia profect⁹ noster per tentationẽ nostrã fit, nec sibi quisq; innotescit nisi tentat⁹, nec põt coronari nisi vicerit, nec potest vincere nisi certauerit, nec potest certare nisi inimicum & tentationes habuerit. parte. 3. folio. 81. H.

Vita humana prope omnis, peccatis circunlatratur, omnisque conscientia suis cogitationibus accusatur. parte. 3. folio. 283. B.

Vita impiorũ non vera sed falsa est, videntur viuere nec viuunt. parte. 3. folio. 166. B.

Vita miseriis subiecta, an & quomodo sit simpliciter odibilis. parte. 3. folio. 27. G. H. & folio. 10. G. Item parte. 4. folio. 139. E.

Vitam hominis quare abbreuiauit deus. parte. 3. folio. 222. A.

Vitæ suæ terminum attingere dicunt quidam non meretur quis male viuendo, & bene viuendo, ante tempus meretur rapi ad præmia vitæ. parte. 4. folio. 68. E.

Vitam præsentem qui diligunt, longiora sibi eiusdem vitæ spacia promittunt. parte. 3. folio. 46. F.

Vita præsens per septenarium designatur, sicut per octonarium futura. parte. 4. folio. 423. B.

Vita præsens rectè perditur, quando per ipsam ad æternã vitam non peruenitur. parte. 5. folio. 38. F.

Vita cuius hic mortua fuit in culpa, illic ei⁹ mors viuit in pœna. parte. 3. folio. 43. A.

Vita simulata potest significari per statuam auream Nabuchodonosor, & quare. parte. 4. folio. 299. C.

Vita sine scientia de facili potest errare. parte. 4. folio. 263. D.

Vitas duas habet sancta ecclesia. Vnam qua laborat in terra. Alteram qua remuneratur in cælo. parte. 4. folio. 272. F.

Vitæ duæ ecclesiæ. Vna per fidem, altera per spem. Hęc agitur in corpore & peregrinatione, vbi beatitudo est tantum in spe, sed miseria præsto est de aduersis & de peccatis. Illa in immortalitate, vbi nihil mali, sed perfectio boni. parte. 5. folio. 243. F.

Vitam nostram cum deo dicamus, membra hostię frustratim cõcisa super ignem ponimus. parte. 1. folio. 215. E. Interl.

Vitę duę sunt. Vna corporis, altera animæ. Vita corporis anima, vita animæ deus. parte. 6. folio. 94. E. & folio. 232. A.

Vita præsens sit fidelibus in vsu, futura in fructu. parte. 2. folio. 298. E.

Vitæ duæ nobis in corpore Iesu Christi prædicantur. Vna temporalis, & istam declarauit dominus in passione, altera æterna, & illam in resurrectione. parte. 1. folio. 91. B. E.

Vita Christiana configuranda est Christo, vt mystice nõ tantum eius dictis, sed & gestis configuretur. parte. 6. folio. 14. F.

Vita bene inchoantium tenera ac terræ proxima, signatur per herbas. parte. 3. folio. 56. E.

Vitæ melioris vias aggredi metuentes ex ignauia arguuntur. parte. 5. folio. 77. E.

Vita prius esse debet quàm doctrina. Vita ducit ad scientiam veritatis. parte. 5. folio. 19. E.

Vitæ austerioris exemplum præbent apostoli, non præparatas epulas, sed simplices quærunt. parte. 5. folio. 94. F.

Vitæ austeritas requiritur in euangelij prædicatore. parte. 5. folio. 13. H.

Vita rigida & prædicatio debet declinare mollium palatia quæ frequentant mollibus induti adulantes. parte. 5. folio. 39. G.

Vitam solitariam ducere est melius quàm ob vitæ præsentis necessaria vitam æternam perdere. parte. 5. folio. 56. B.

Vitam bonorum quid persequitur sicut vita iniquorum, quare, & quomodo. parte. 6. folio. 126. E.

Vitam veritatis & charitatis spernentes, Iudæ proditori dominum suum vendenti comparantur. parte. 5. folio. 115. D.

